ANTONII MATTHAEI JURIS IN ILLUSTRI ACADEMIA LUGDUNO-BATAVA ... DE NOBILITATE, DE...

Antonius 1635-1710 Matthaeus


BIBLIOTECA NAZIONALE
VITTORIO EMANUELE
7
5 I
17



ANTONII MATTHÆI
Juris in Illustri Academia Lugduno-Batava Antecessoris

DE

NOBILITATE,

DE

PRINCIPIBUS, DE DUCIBUS, DE COMITIBUS, DE BARONIBUS, DE MILITIBUS, EQUITIBUS, MINISTERIALIBUS, ARMIGERIS, BARSCALCIS, MARSCALCIS, ADELSCALCIS,

DE

ADVOCATIS ECCLESIÆ


DE

COMITATU HOLLANDIÆ ET DIOECESI ULTRAIECTINA

LIBRI QUATUOR

In quibus passim Diplomata & Acta hactenus nondum visa.







AMSTELODAMI, & LUGD. BATAVOR.

Apud { JANSSONIO-WAESBERGIOS, & FELICEM LOPEZ.

M DC LXXXVI.



BENEVOLO LECTORI S.



eguntur Ultrajectini & jure scripto & non scripto. Consistit scriptum potissimum in Ordinum constitutionibus, rescriptis, edictis. Non scriptum jussit colligi Carolus V. Imp. Nec, quod redactum id in scripturam, desinit non scriptum esse. Libri titulus nihilominus. *Costumen, Usantien, Policien, ende Styl van procederen der Stadt, Jurisdictie, ende Vryheyt van Utrecht &c.* Ex his quædam jam abolita. Detracta multa ut & addita. Philippus patri cum successisset, & in Belgium Ducem Albanum misisset belli civilis facem, Dux querelis motus Trajectensium provinciale jus jussit colligi, id scilicet quod receptum per universam provinciam. Collectio hæc adhuc extat. Sed nec typis descripta, nec bello invalescente vim legum habere jussa. Radel. *decis.* 31. *n.* 7. *& decis.* 93. Ab Urbis etiam Senatu, ut accepi, decisum, rationem ejus non habendam, si non possit probari porro legitimis documentis, Ann. 1592. 25. Septemb. Verum est. Fateor. Nihil ad essentiam consuetudinis scriptura. Et

2

nec requiritur confirmatio, ut verbis ſcilicet expreſſis eam Princeps confirmet. Quod non ſublata ſit, ſufficit. Sed Carolus V. conſuetudines collectas ſuo juſſu confirmans alias quaſcunque tollit verbis expreſſis. Alias prolibet non tantum in judiciis allegari. Diſerte etiam, ſi omiſſum quid, ad jus ſcriptum remittit. *Abolerende, af, ende te niet doende alle ander Coſtumen, Uſantien, Obſervantien, ende manieren van procederen ter contrarien, oft van deſer onſer Ordonnantie diſcreperende. Verbiedende den Borgheren ende Inwoonders onſer Stadt ende Vryheyt van Utrecht, ende allen anderen, van wat qualiteyt, conditie, ende auctoriteyt die ſyn, Advocaten, Voorſpraken, ende Procureurs van partyen voortaen te introduceren, allegeren, oft poſeren, ander Coſtumen, Ordonnantie, Uſantie, oft maniere van procederen der voorſchreven Stadt ende Vryheyt, dan de gene hier boven geinſereert &c.* Unde & Conſuetudinum, quas Dux Albanus juſſit colligi, vis exigua Ultrajecti, ſi jus urbanum reſpicias. Quod ad reliquam diœceſim, nec ibi vim unquam nactæ. Nec mirum, quod non nactæ. Ut patet, dubitatum, an conſuetudines, nec ne. Si de eo conſtitiſſet, & Urbs ipſa admiſiſſet, nec impoſuiſſet, ut opinor, probandi neceſſitatem. Nam cur alioquin non admiſiſſet? Quid quæſo impedimento? An Caroli V. edictum? Regimen jam mutatum. Ex iis quædam jam correcta, mutata, ſublata. Et certe id Ordinum tum arbitrii, quorum Urbs etiam membrum, vel tollere eas vel admittere, & per conſequens recipere etiam quodvis jus aliud, *arg. l. 32. §. 1. ff. de legib. §. pen. Inſt. de jur. nat. gent. & civ.* Multa interim tamen continent, digna admodum notatu; & quæ multum jus illuſtrant, quod Ultrajecti in uſu. Nuper eas cum evolverem, & inciderem in articulum: *Item dat Edelluyden, Leenmannen van den Stichte van Utrecht, ende allen geboren Borgheren, van ouds ghenaemt St. Martens*

tens dienstmannen, mogen jagen, vliegen, ende vangen, hasen, velthoenderen, Counnen, vossen, wachtelen, ende diergelycke, sonder eenigh grof wilt te mogen vangen; serio cœpi inquirere, quinam hic *Sint Martens dienstmannen*, & cur cives sic dicti. Nemo enim hactenus id explicuit, quod sciam. In eo cum essem totus, animadverti pertractari hanc materiam vix posse, si non altius ascenderem. Si non omnia hæc explicarem, quinam ministeriales olim. Quinam *Mannen* olim, *Dienstmannen*, *Dienstluyden*, *Vrye dienstluyden*. Et an omnes hi olim nobiles. Cur nobiles Famuli etiam dicti. Cur *Knechten*, *Knapen*, &c. An & cur prælati ipsis Equites, Milites. Jus & mediæ ætatis, & quod in usu, cum omnia occuparet barbaries, a plerisque neglectum jam, evolvendum hic fuit. Multa enim hinc petenda, quæ usum quidem adhuc habent, sed quorum causa & origo non cuivis in promtu est. Non possum non hic claudare, quod Beatus Rhenanus vir olim doctissimus præfatione in Germaniam suam: *Hoc mirum*, inquit, *quod in Romana antiquitate cognoscenda diligentissimi sumus, in media, aut etiam vetustiori, quæ ad nos maxime pertinet, negligenter cessamus. In causa fortassis est, quod ex luculentissimis scriptoribus illa facile cognoscantur, quæ nusquam non exstant: hæc autem propter auctorum inopiam judicio magis colligere sit necesse, quam alio quovis præsidio. Quamobrem*, inquit, *bene mereri de studiosis putandi sunt, qui rem minime obviam, non sine ingenti labore perquisitam, in medium candide proferunt.* Qui apud Romanos nobiles facilius cuivis cognitu, quam qui postea, cum excisis his omnia immutata. Famuli, ministeriales, & armigeri etiam nobiles, sed non omnes indistincte. Variæ eorum species. Nobiles etiam & Equites, seu ut vulgo jam *Ridders*, non iidem omnino. Gradus etiam Nobilium. Nobiles etiam summi Principes. Etiam Duces & Comites.



Et hinc dixi de Comitibus, & quædam, quæ minus trita. Ducum olim & Comitum jus tantum temporale. Nec in heredes transmissum. Et nec nomen Comiti a territorio. Territorio id dabat Comes. Summum ei olim jus. Etiam merum imperium. Inferior tamen Duce. Dicto Duci etiam audiens. Comes urbis tantum rector. Dux provinciæ universæ. Unde & eo progressus, ut quædam dicerem de origine etiam Comitatus Hollandiæ. Vulgo enim Theodericus, qui I. ejus nominis, primus Comes Hollandiæ audit. Datam ei Hollandiam ajunt, & datam in feudum. A Carolo Calvo, ut nonnulli. A Carolo Simplice, ut alii. Neutri tamen recte. Neutri etiam, ni fallor, satis validis argumentis. Quædam data concedo. Nego datam Hollandiam. Nec primus Comes Theodericus. Et ante eum plures. Et quin plures etiam in Hollandia, eo adhuc vivente, de eo etiam non dubito. Sensim tractu quodam temporis non simul & semel redacta est Hollandia sub imperium unius. Certe hic Theodericus nec totius Hollandiæ, nec Zelandiæ fuit Comes. Nec inficiatur de Zelandia id Clarissimus Boxhorn. ad Chronic. Reygersbergii *cap.* 1. Primus forsan, qui Comitatum in Hollandiæ ea parte, quam nactus Principis beneficio, in heredes transmisit. Verum latius de eo infra. Quantum ad Ultrajectum splendidissimam urbem, insignem inter Fœderatas & nobilissimam vetustate, domicilium non dicam Præsulum, sed domicilium etiam Cæsarum, omni ope & industria, quandum potui, annisus sum, ut devotionis meæ erga eam extaret aliquod monumentum. Utinam id possim, quod olim Solon, usurpare hic, ὦ πάτρις βεβοήθηκά σοι λόγῳ καὶ ἔργῳ. Sed ea Urbis præstantia est, ut quicquid vel ego, vel alius quisquam de ea dixerit, minus futurum sit. Quæ confessio expressa etiam Clarissimo Iunio, dum Bataviæ suæ, illustris operis cap. XI. non procul ab initio, *Et si vero,*

o Patria juvi te & verbo & opere.

vero, inquit, *omnium luminibus facile obstruat altitudine eminentis fortunæ, dignationis sacerdotalis fulgore, ac virtutis bellicæ gloria, cumulatissima civitas Trajectum &c.* Dixi etiam non pauca de finibus diœcesis, de jure ipsius Urbis, de jure Episcoporum & eorum, qui ab officiis ipsis, a servitiis &c. Tractavi multa etiam alia, quæ repetere hic nihil attinet. Id interim possum addere, vix aliud quicquam huc adductum, quam quod ex priscis scriptoribus, ex chartis didici & instrumentis, cum editis, tum ineditis. Res ipsa id docebit etiam me tacente. Multa communicavit vir doctrinæ, judicii, & ingenii præcellentis, Musarum amor & deliciæ JOANNES STRICK vir Consularis, in suprema molium ad Leccam Curia Assessor, & a Provincia Ultrajectina ad consessum Ordinum Generalium olim Hagam delegatus, vir in tantum laudandus, in quantum virtus & eruditio, in quantum candor quidam incredibilis, & insignis animi probitas laudando possunt intelligi. Prudentia & sanctitate, in Rempublicam fide, in cives studio singulari, & affectu conspicuus. Meliorum literarum, rerum veterum, & antiquitatum urbis patriæ præsertim & supellectilis literatę scrutator diligens & indefessus. Tot & tam eximiis adornatus virtutibus, ut malim silere hic, ne aut videar adulari, aut propter affinitatem, quæ cum eo intercedit, affectu transversus abripi, quam pauca de iis dicere. Multum juvit etiam, multum contulit, vir libris eruditissimis toto orbe jam celebris & summis functus honoribus, Amplissimus & Consultissimus JOANNES VAN SOMEREN, Curiæ primum Provincialis Senator gravissimus, ex Electis mox Ordinum, nec quiete admodum diu usus post fatalem illum annum, quo victricia Rex Galliarum per Belgium arma circumtulit. Votis bonorum omnium expetitus rursum & admotus ad

pri-

pristinam dignitatem. Non possum non recordari pueritiæ memoriam, suavissimam consuetudinem, & summam viri humanitatem, quam nuper adhuc testatus apertis etiam Archivis templi S. Johannis dignissimus Collegii ejus Canonicorum Decanus, Præses Curiæ Provincialis, & in suprema etiam aggerum ad Leccam Curia Assessor. Multa etiam collegi ipse. Operę non peperci. Alieni judicii mancipium ne essem, quantum potui, contendi. Ad majorem rei evidentiam, quo magis omnia dilucida magisque essent in aperto, adjeci ipsa Auctorum verba. Nec quicquam me deterruit, quod incompta, quod barbara. Impulit potius auctoritas & prudens me commonitio Wiguleji Hundii, Jcti, & consiliarii Bojoarici, qui in illaudatas aliorum paraphrases, in Salisburgensi metropoli, ni fallor, recte & egregie: *Decreta,* inquit, *antiqua Synodi Dingelfingensis Aventinus lib. 3. Annal. breviter, sed suo paraphrastico more mutatis verbis refert, cum tamen hoc quampluribus in locis, meo judicio, consultius fuisset, veterum diplomatum, epistolarum, ac decretorum verba genuina & authentica, utcunque parum elegantia, prout seculum illud tulit, ponere. Nam mutatio verborum sæpenumero sensum quoque ac ipsam sententiam pervertere videtur, quod plerosque doctos viros ac Aventini alias studiosos in ipso desiderare audio.* Qui demit quicquam, qui mutat, Notarius committit falsum. Sic Felinus. Sic Baldus. Sic alii passim docent. Negant falsam Latinitatem corrigi posse a Notario, ne sub prætextu Latinitatis fraus interim excogitetur. De probationum defectu nemo, opinor, me accusabit. Videbor forsan in iis nimius. Sed plerumque id momentum rei. Quæ nota & obvia non probo. Dubia tantum & ambigua. Arbitrentur, dijudicent, censeant, qui volent omnia, sed quibus jus suffragii in Doctorum consessu. Garrulos & semidoctos & qui, nisi quod ipsi faciunt,

ciunt, nihil rectum putant, non moror. Novi multos ejusmodi οἵους λύκους ἐν ἰφίσω δ' ἀλώπεκας. Qui aliud nihil agunt, quam ut toti sint dies totos in alienis vellicandis & arrodendis impune. Sed carpant, ut velint. Parum id ad me attinet. Supercilio eorum & ferulæ jam diu manum subduxi. Vetus scio & vulgatum id: * Ἕκαστ☉ αὐτοῦ τὸ βδίσμα μᾶλλον γλύκιον ἡγεῖται. At tu, Lector benevole, laboribus nostris fave. Habebis brevi, si Deus volet, rerum Ultrajectinarum scriptorem ineditum, & qui Beka est vetustior. Habebis ad eum Notas. Habebis vetera monumenta, & quæ hactenus nondum visa, insigni accessione. Vale interim & εὖ πράττε, & siquæ occurrant forsan σφάλματα γραφικὰ, condona, rogo, & emenda. Dicebat de iis olim, siquando mentio hac de re, vir & doctus & ut alibi Camerarius ait laudatus typographus Joannes Secerius: Non posse hæc quicquam officere. Nam aut docti legunt libros, aut pigri & indocti. Docti facile istos lapsus & deprhendunt & corrigunt. Indoctis ne prosunt quidem, quæ & valde incorrupta & studiosissime edita. An operæ pretium ut moneam *suspicatur* legendum pro *suspiciatur p.* 37. *Calvi* pro *Calvia p.* 108. *generatim* pro *generatum. p.* 939. *Principibus* pro *Princibus p.* 106. θυσιαστήριον pro θυσιαστήριον *p.* 481? Unum id tantum moneo. Pag. 652. incuria typothetæ excidit linea. Post, *Nunquam inscius & invitis*, addendum porro. *Ne expectata quidem cleri aut plebis petitione præficiebat Princeps quem vellet. Ut multis constat exemplis &c.*

* *Suus cuique crepitus malo dulcior existimatur.*

HONORI ET MERITIS,

EXIMII VIRI, ET ANTECESSORIS,

ANTONII MATTHÆI,

HISTORICI NON MINORIS

Quam Juris-Consulti.

Sat tibi, *Roma*, datum; ſat vobis, turba Quiritum,
  Togæ, Triumphi, Conſules, Tribuni,
Prætores, Aquilæ, Faſces, Capitolia, Ludi,
  Theatra, Mundo gloriam ſtupente:
In Latio Latium jam quæritur : iſta fuerunt:
  Viciſſitudo non levis ſequuta:
Mox mera barbaries, mox *Abbas*, *Papa*, *Barones*,
  Scabinus, *Offertorium*, *Decanus*,
Marchio, *Heribannum*, *Scultetus*, *Guardia*, *Feudum*
  Sonos in aurem barbaros agebant.
Quàm vigil hæc *medii* monumenta recolligis *ævi*,
  Ocelle rerum perſpicax priorum!
Trajectum in primis, clara olim *Antiſtitis* Aula,
  Manu exaratis juvit ipſa dictis,
Undique dum lectis oritur lux ſplendida chartis.
  Recluſum ut aurum dives eniteſcit,

Si

Sic velut e puteo caligine surgis ab ima,
  Jubarque fulges grande Literatis,
Crebraque in antiquis *Batavorum* somnia fastis
  Labore deles nemini secundus.
Siquis adhuc talis veniet MATTHÆUS in Orbem,
  Anilis omnis fabula exulabit.

L. Vande POLL.

ELENCHUS CAPITUM

LIBRI PRIMI.

7

XXII. Ba-

INDEX CAPITUM.

adi-

XXXVI. Glo-

LIBRI SECUNDI.

iam

10

Armis

DE

ANTONII MATTHÆI

Juris in illustri Academia Lugduno-Batava Antecessoris

DE

NOBILITATE.

De Principibus, De Ducibus, De Comitibus, De Baronibus, De Militibus, Equitibus, Ministerialibus, Armigeris, Barscalcis, Marscalcis, Adelscalcis, *St. Martens*, *St. Peters*, *St. Robberts Mannen.*

DE

Advocatis ecclesiæ

DE

Comitatu Hollandiæ & Diœcesi Ultrajectina.

LIBER PRIMUS.

CAPUT I.

Nobiles apud Romanos. Qui novi homines. Qui veteres. Qui equestris ordinis an nobiles. An qui Senatorii. Novitas. Vetustas. Imagines. Stemma. Ναΐδιον. Quinam nobiles apud nos. An doctores. An Professores. An sartor Principis. An coquus. An Bibliothecarius. Munus Advocati an nobilitati officiat. An munus procuratorium. An adoptio nobilitet. An prædium nobilitet. An in Ordinem Equestrem propter prædium Ultrajecti admitti quis possit. Cui nobiles creandi jus.



Alii apud Romanos, alii apud nos nobiles. Apud Romanos, qui vel ipsi gesserant magistratum, vel qui iis oriundi, qui eum gesserant vel Romæ, vel alibi in municipiis. In Actis Præsidialibus Tarachi, Probi, & Andronici: *Maximus Præses dixit,*

 quo

quo genere es Andronice? Andronicus dixit de nobili genere, & primi ordinis Ephesiorum filius. Græcis εὐπατρίδαι. Herodian. *in Caracall.* Καὶ εἴ τι γένος ἦν βασιλικὸν, ἢ ἐν συγκλήτῳ ἐξ εὐπατριδῶν καταβαῖνον, πᾶν ἐξέκοψεν, *Postremo quicquid ex cognatione imperatoria, aut in Senatu ex nobilitate supererat, plane quasi ab stirpe abscidit.* Quorum majores, hi veteres erant homines. *Novi*, qui primi ipsi ad magistratum admoti, quorum recens nobilitas. Unde & *novitas* & *vetustas* invicem opponuntur. Auctor *de caussis corr. eloquent. Ullane tanta ingentium opum, ac magnæ potentiæ voluptas, quam spectare homines veteres, & senes, & totius orbis gratia subnixos, in summa omnium rerum abundantia confitentes id quod optimum sit se non habere.* Valer. Max. *lib. 2. cap. 3. Novitatis suæ conscientia vetustati non sane propitius.* Homo *novus* C. Marius. Sallust. *in Jugurth. Ita percussa nobilitate post multas tempestates novo homini consulatus mandatur.* Marius ipse *ibid. Bellum me gerere cum Jugurtha jussistis, quam rem ægerrime nobilitas tulit.* & mox: *Contemnunt novitatem meam, ego illorum ignaviam.* Item: *Comparate nunc, Quirites, cum illorum superbia me hominem novum.* Item: *Quod si jure despiciunt me, faciant idem majoribus suis, quibus, uti mihi, ex virtute nobilitas cœpit. Novus* etiam Cicero. Vellej. Patercul. 2. *hist. 34. M. Cicero, qui omnia incrementa sua sibi debuit vir novitatis nobilissimæ.* Sallust. *in Catilin. Ea res imprimis studia hominum accendit ad consulatum mandandum M. Tullio Ciceroni. namque antea pleraque nobilitas invidia æstuabat, & quasi pollui consulatum credebat, si eum quamvis egregius, homo novus adeptus foret.* Unde & alibi de se ipse: *Ego*, inquit, *meis præluxi majoribus.* Idem contra *Sallust. Sanctius est meis me fulgere moribus, quam majorum opinione niti, ut sim posteris meis nobilitatis initium & virtutis exemplum.* Appian. Alexandr. *lib. 2. de bell. civil.* Κατιλίνας δὲ αὐτὸν ἐς ὕβριν τῶν ἑλομένων ἐπέσκωπτεν, ἐς μὲν ἀγνωσίαν γένους, καινὸν ὀνομάζων (καλοῦσι δὲ οὕτως ἀφ' ἑαυτῶν, ἀλλ' οὐ τῶν προγόνων γνωρίμους) ἐς δὲ ξενίαν τῆς πόλεως, ἰγκυιλῖνον, ᾧ ῥήματι καλοῦσι τοὺς ἐνοικοῦντας ἐν ἀλλοτρίαις οἰκίαις. *In eum Catilina ob generis ignobilitatem irridens populi suffragia cavillabatur, ut novum hominem, sic enim vocare solent eos, qui non majorum gloria, sed suapte virtute inclaruerunt) & quia in urbe natus non erat, Inquilinum appellabat, quo nomine vocantur, qui alienas ædes incolunt.* Add. Liv. *lib. 22. cap. 34.* Sigon. *ad Liv. lib. 7. pr.* Clari nobiles imaginibus. Quorum plures imagines, eorum major nobilitas. Valer. Max. *lib. 2. cap. 9. Exiguum viri patrimonium, astricti continentia mores, modica clientela, domus ambitioni clausa, paterni generis una imago.* Sallust. *in Jugurth. Si quem ex illo globo nobilitatis ad hoc aut ad aliud tale negotium, mittatis, hominem veteris prosapiæ, ac multarum imaginum.* Imagines atrium exornabant, aut celeber-

berrimam domus partem. Martial. 4. *epigr.* 40.

Atria Pisonum stabant cum stemmate toto,
Et docti Senecæ ter veneranda domus.

Ad singulas stemma aut tabella nomen picti significans. Plin. *lib.* 35. *cap.* 2 *Expressi cera vultus singulis disponebantur armariis &c. stemmata vero lineis discurrebant ad imagines pictas.* Senec. 3. *de benef. cap.* 28. *Qui imagines in atrio exponunt, & nomina familiæ suæ longo ordine ac multis stemmatum illigata flexuris in parte prima ædium collocant, noti magis quam nobiles sunt.* Omnes e cera. Ad corporis olim modum. Vulgo tegmine quodam clausæ aut ædicula lignea. Ναΐδιον Polybius *vocat lib.* 6. *hist.* Sed si dies solemnis, conspicuæ & apertæ. Vopisc. *in Florian. in fin Senatores omnes ea esse lætitia elatos, ut domibus suis omnes albas hostias caderent, imagines frequenter aperirent, albati sederent.*

Gentilis siquod funus, deferebant in forum. Deferebant in curru. Deferebant ad Rostra. Currum ipsum præcedebant magistratus insignia. Fasces aderant & secures. Ad Rostra ubi ventum, collocabant pro Rostris, omnes togatas, in sellis omnes eburneis. Quo spectaculo nihil pulchrius, nihil jucundius, nihil ad juvenum animos accendendos illustrius, nihil utilius, nihil ad urbis famam præclarius, nihil ad populi, nihil ad provinciarum notitiam gloriosius. Quis, quæso, enim est, quem non impetus capiat, ad laudem, ad gloriam, cum virorum imagines, quos sua olim virtus, fecit honoratos, præclaros & insignes, velut vivas intuetur, velut spirantes, & quadam adhuc quasi majestate conspicuas? Sallust. *in Jugurth. Sæpe audivi Q. Maximum, P. Scipionem, præterea civitatis nostræ præclaros viros solitos ita dicere; cum majorum imagines intuerentur, vehementissime sibi animum ad virtutem accendi, scilicet non ceram illam neque figuram tantam vim in sese habere, sed memoria rerum gestarum eam flammam egregiis in pectore viris crescere, neque prius sedari, quam virtus eorum famam atque gloriam adæquaverit.*

Virtutis pretium nobilitas ergo, non pecuniæ, non opum. Ne equestris quidem ordinis omnes nobiles indistincte. Etiam tempore Impp. nobilitatis pars minima hæc, *l. un. C. de equest. dign. lib.* 12. Et quid dico equestris? Ne Senatorii quidem omnes. Multi apud Romanos Senatores plebeji. Liv. 5. *hist. cap.* 12. *Non tamen ultra processum est, quam ut unus ex plebe usurpandi juris causa P. Licinius Calvus tribunus militum consulari potestate crearetur. Ita plebes mirabatur se tantam rem obtinuisse, non is modo qui creatus erat, vetus tantum senator & ætate gravis.* Idem *lib.* 59. *Q. Pompejus & Q. Metellus, tunc primum uterque de plebe facti censores, lustrum condiderunt.* Multi qui de plebe, & qui tamen nobiles. Nobiles enim, ut dixi, qui magistratibus functi. Idem *lib.* 22. *cap.* 35. *Tribus*

patriciis petentibus P. Cornelio Merenda, L. Manlio Volsone, Marco Æmilio Lepido, duobus nobilibus jam familiarum plebei C. Attilio Serrano, & Q. Ælio Pato. Quo respectu haud dubie Nazianzenus ita *orat.* 18. *μέγιστον, ait, εἰς εὐγενείας ἀπόδειξιν συγκλήτου βουλῆς μετουσία καὶ προεδρεία, Maximum,* inquit, *nobilitatis argumentum Senatus dignitas vel primatus.* Non tanti certe nobilitas rescripto data aut codicilis. Nec hujus ratio apud Turcas. Apud Turcas tantum nobiles Turcici proceres. Virtute apud eos comparatur nobilitas. In heredem non transit. Idem orat. 27. *Οἱ τὸ γένος κομπάζοντες τὸν τρόπον ἐξευγενήσατε. ἐξευγενέστατον ἦν ἄν τι τὸ ὑμέτερον, εἰ μὴ καὶ δέλτοι τοὺς δυσγενεῖς ὑμῖν ἐνέγραφον, Genus jactantes mores quoque nobilitate; nam tum vere nobilissimus ordo vester esset, nisi libelli ignobiles etiam in vestrum ordinem adscriberent.* Add. Busbeq *epist.* 1.

Contra nobiles apud nos, qui vel quorum majores insignia nobilitatis a summo Principe nacti. Regum item descendentes, Ducum, Principum, Comitum. Bartolus Doctores addit ad *l. medicos C. de dignit. lib.* 12. *Secundum leges,* inquit, *quilibet Doctor dicitur nobilis.* Jura Comitum etiam asserit, si jam annos viginti legerint publice in cathedra, *l. un. C. de Profess. qu. in urb. Constant.* Sed nec lex hæc servatur, nec quod Bartolus sic sentit in aula ullius ponderis. Bugnyon. *de legib. abr. lib.* 2. *sect.* 97. Asseclas tamen habet & non infimi nominis, Gloss. *ad l.* 5. *ff. pro soc.* Chassen. *ad cons. Burg.* 4. *§.* 19. *gl.* 1. Boër. *ad cons. Bituric.* 1. *§.* 6. *gl.* 1. Ant. Fab. *C. de dign. def.* 9. *& seqq* Freh. *ad Petr. de Andlo lib.* 2. *de imp. Rom. cap.* 11. Sed Faber non ad quosvis sed ad juris Doctores expresse id restringit, *d. defin.* 10. Quod & habet rationem. Doctorum magna privilegia in Anglia, in Hispania, in Italia &c. Majora Themidis sacerdotum. Qui & nobiles ibi habiti. Decian. 4. *resp.* 71. *n.* 13. Crus. *de jur. proedr. cap.* 31. *n.* 31. *n.* 69. *& seqq.* Guttierrez 4. *pract. quæst.* 17. *n.* 8. Et quidni etiam nobiles? In Academia Patavina non nobilis tantum, sed & Comes, qui sedecim annos docuit ex constitutione Friderici, cujus meminit Decian. 3. *respons.* 38. *n.* 31. Coquus Principis etiam nobilis. Et haud dubie etiam sartor. Ant. Fab. *ibid.* Quamvis tamen de eo dubitem, an id verum usquequaque. Si verum; nobiles improprie, & non nisi abusive. Et temporalis tum nobilitas, & quæ iis extinctis etiam statim extinguitur. Limnæ. *de jur. publ. lib.* 8. *cap.* 8. *n.* 10. *& seq.* Tabor *de suffrag. pericop.* 5. *§.* 14. Forsan dicis tantum gratia, ut nobiles vulgo omnes, qui in Regis, in Principis, in Legati comitatu. Vid. Brunemann. *ad d. l. un.* Groenew. *ad rubr. C. de dign.* Proprie si loquamur, nec is, qui Præfectus Bibliothecæ Cæsareæ etiam nobilis eo ipso. Hugonem Blotium, qui ei olim Præfectus, petiisse id Lambecius ait *lib.* 1. *comment. de Biblioth. Cæsar.*

sar. cap. 51. a Rudolpho II. ut is nobilis censeretur, & Cæsaris Consiliarii etiam titulo posset uti. Verba ejus, pertinentia eo, inferit, quæ sequuntur: *Reliquum est*, inquit, *ut de Bibliothecarii dignitate pauca dicantur. Qua re, quia cum nonnulla gloriæ cupiditate conjuncta esse videtur, libens supersederem, nisi eandem cum non parva Bibliothecæ Cæsareæ utilitate cohærentem cernerem. Romæ, qui Bibliothecæ Vaticanæ præest, Cardinalis est. Florentiæ etiam Magni Hetruriæ Ducis, Monaci Ducis Bavariæ, & Parisiis Galliarum regis Bibliothecis nobilissimi & maxima celebritatis Viri Præfecti sunt. Hi quocumque veniunt, auctoritatis pleni, facile sibi abditos & pretiosos aliorum Principum thesauros librarios, patefactos habent, facileque rerum singularum & librorum non vulgatorum copiam atque descriptionem impetrant. In Monasteriis, Arcibus, & Civitatibus, non facile illis aditus ad res præclaras, quæ adsunt, visendas negatur. Quamquam autem Augustus nominis Imperatorii splendor Bibliothecario suo satis auctoritatis addere apud unumquemque debebat, nescio tamen quomodo fiat, ut non tantum apud imperitum, verum etiam apud homines nobiliores, plerique ex vestibus & titulis æstimentur. Ad vestitus rationem quantum attinet, Bibliothecarius, si talis erit, qualem supra requisivi, ipsi se ex conditionis suæ dignitate gerere noverit. Sed cum tituli, honores, & dignitates ab Imperatoria majestate maxime procedant, non abs re fortassis esset ad augendam apud homines Bibliothecarii Cæsarei existimationem, Consiliarii nomine clementer ipsum condecorare, & etsi nulla antiqua prosapia sua stemmata proferre, aut claros natales ostendere posset, indulgentia Imperatoriæ beneficio ipsi nobilitatem clariorem constituere, quo ad quoscunque veniret Principes vel populos honoratior, & accessum ad lustranda ea, quibus Augusta S. Cæs majestis tuæ Bibliotheca illustrari posset, procliviorem haberet, & charior esse acceptiorque omnibus posset.* Hactenus Blotius.

Dixi Fabrum restringere id ad juris Doctores. Quod ad medicos dissentit, exceptis Principis medicis, *ibid. def.* 11. Sed is disputet sic ut vult, nec juris Doctor jam tanti. Pluris quidem apud Fabrum, quam sunt ceteri, qui atavos & prosapiam suam jactant. Non nobilem tantum censet, sed nec statuto obnoxium, quod collectam aut vectigal nobilibus imponit. Et ait sic judicatum *ibid. d. def.* 9. Vix tamen id ita obtinet. Forsan apud Sabaudos olim. Alii in alia eunt omnia. Sed ut-ut se res habeat, ut ut possit id controverti, munus interim Advocati & jam & olim honorificum, *l.* 2. *§.* 43. *ff. de orig. jur. l.* 14. *C. de advoc. div. jud.* Nec quicquam officit nobilitati, ut putat vulgus imperitum, præsertim siquis oret non ad turpe compendium, sed ad laudem & gloriam, nec apud quemvis indistincte, sed in Curia suprema, & apud summum tribunal, *l.* 6. *§.* 5. *C. de postul.* Papon. 5. *tit.* 11. *arest.* 22. Seminarium id dignitatum, *nov. Valent de postul.* Capitol. *in Macrin. deinceps advocatum fuisse, ex quo officio ad amplissima*

quaque pervenit. Ennodius *Marciano: Non est bonis artibus infœcunda Liguria, nutrit foro germina, quæ libenter amplectatur & Curia, nota proximitate sociantur causidicus & senator His qui bene toga usi fuerint, reseratis suscepturæ finibus palmata blanditur* Add. Juret. *ad Symmach.* 5. *epist.* 39.

An idem dicendum sit, si nobilis procurator fiat, non omnes idem sentiunt. Idem Sabaudis placuit Ant Fab *Cod. de dign. def* 5. Idem Tiraquel. *de nobilit. cap.* 30. Christ. *ad leg. Mechl. tit.* 1. §. 47. *n.* 4. Diss. Guid. Pap. *decis.* 89. Costal. *ad l.* 1. *ff. de postul* Mornacius opus rescripto ait, ut nobilitas conservetur ad *rubr. ff. de procur.* Tutius id fateor. Sed cum nullo proditum juris loco eam ideo amitti, non puto hac ratione præripiendam nobilibus quærendi victus rationem.

De eo, ni fallor, constat. Gens nobilem jam facit. Codicilli, rescriptum. Nec id pretium virtutis. Morn. *ad l.* 7. *ff. de senat.* Argentr. *ad cons. Brit. art.* 224. *glos.* 3. Gomes. *ad l. Taur.* 79. *n* 6. Auget virtus. Pluris nummi. *Laus militia*, inquit Tacitus, (de meo addam & *armata* & *togata*, *l.* 14. *C. de advoc. div jud.*) *summis tantum mortalium agnascitur, & a Diis æstimatur.* Sed & id exolevit jam. Jam

Et genus & formam regina pecunia donat

Quæ virtuti olim omnia, divitiis jam parent. Nescio tamen an non dictum id ad invidiam Germanorum, quod habet Poggius Florentinus *lib de Nobilitate: Germani*, inquit, *atque Alemanni, quibus census patrimonii ad victum suppetit, & hos qui procul urbibus, aut qui castellis dominantur, quorum magna pars latrocinio deditur, nobiles censent.* Minuit tamen si non demit invidiam prorsus Petrus de Andlo nobilis Alsatus *lib.* 2. *de imp. Rom. cap.* 11. *Ut ad nostros redeam*, inquit, *sunt nonnulli fastuosi, plebeji tamen, qui cum nobilitatem summo conatu adipisci desiderent, nec aliam viam sibi ad illam consequendam apertam vident, ad equestrem ordinem se conferunt, itineribus & stratis publicis insidiari moliuntur, hoc enim exercitio gradum nobilitatis se assecuturos arbitrantur, & quo quisque eorum animo audacior & ad invadendum rempublicam promtior est, tanto se magis existimat nobilitari. Imo quod risu quoque dignissimum est, plerique ex stultorum numero bis quasi ob virtutum meritum adscribentes, propter hujusmodi invasionis exercitium bene meritos illos appellare non verentur: nobiles autem modeste & pacifice viventes tanquam degeneres despiciunt, cives eos appellantes &c.* Alibi Aristoteles sic ex quorundam sententia *lib.* 4. *Politic. cap.* 7. *in fin.* ἡ γὰρ εὐγένεια, inquit, ἐστιν ἀρχαῖος πλοῦτος καὶ ἀρετή, *nobilitas namque est veteres divitiæ & virtus.* Rectius Stoici, & ex sententia eorum Seneca *epist.* 44. *Non facit nobilem atrium fumosis imaginibus plenum, sed animus. Nam Socrates patricius non fuit. Platonem non suscepit philosophia nobilem, sed fecit.* Sed apud eos

eos nobilitas quædam tantum excellentia, qua meliora & digniora indignioribus præstant. Petr. de Andlo *d. loc.*

Adoptionis non memini. Nam nec in usu hæc apud nos, nec adoptivum nobilitat. Et nec ratio est obscura. Jus sanguinis, ex qua nobilitas, adoptio non tribuit, *l.* 23. *ff. de adopt.* Et ut liceat privatis, quod Principi tantum licet, defendi non potest. Struv. *ad tit. ff. de adopt. th.* 65. Tiraquell. *de nobilit. cap.* 15. *n.* 6. *& seqq.* Dicatur nobilis adoptatus, adoptatus a nobili. Nobilis tantum erit, ut & filius Senatoris, si adoptavit Senator, honoris tantum causa, & dum durat adoptio, *l.* 13. *ff. de adopt.* Ut uxor nobilis, clarissima, quamdiu vivit maritus, *l.* 8. *ff. de Senat. Illustris pro forte viri*, ut Sidon. Apollin. *carm.* 22. Vid. Petr. de Andlo *d. loc.* Bart. *ad d. l. fœmina.* Bugnyon. 1. *de legib. abrog.* 122. Savar. ad Sidon. *ibid.*

Quærunt etiam Doctores, an cum quæritur, an quis nobilis, etiam prædii habenda ratio. Et multi sunt qui id ajunt, quod prædium nobile facit nobilem, si a Principe concessum. Argentr. *ad cons. Britan. art.* 56. *gl.* 1. *n.* 26. *& art.* 310. 343. 512. *gl* 2. *n* 2. Molin. *ad cons Paris.* §. 15. *gl* 3. *n.* 3. Chassan. *ad cons. Burg.* 4. §. 19. *gl.* 1. *n.* 27. Sed sit id ita apud Gallos. Vix est tamen apud nos, ut ejus ratio habeatur. Videndum esset, quo animo id a Principe esset datum. Et an animo nobilitandi. Si animo nobilitandi, extra controversiam tum, quod nobilis cui datum, modo datum ab eo, apud quem est majestas. Ut rex sit, non necesse est. Populis etiam liberis & Ordinibus idem jus. Tiraquell. *de nobilit. cap.* 6. *n.* 6. Etiam Comes Hollandiæ eo jure olim usus. Et ab eo jure optimo olim equites creati. Io. a Leidis *lib.* 17. *cap.* 6. Veldenaer *Chron. Holl. ad Ann.* 1398. Auctor *Chron. Goudan. in Car. Audac.* Etiam Comes Flandriæ. Mejer. *Annal. Flandric. lib.* 17. *ad Ann.* 1467. Quamvis huic idcirco, quod vasallus regis Franciæ, interdictum nonnunquam, ne quem nobilem deinceps faceret, ut *Ann.* 1280. Io. Gallus *in arrest. syntagm. Non obstante*, inquit, *usu contrario ex parte Comitis Flandrensis proposito, dictum & pronunciatum fuit contra dictum Comitem, quod non poterat, nec debebat facere de villano militem, sine auctoritate regis, & hoc fuit dictum pro filio Philippi de Borbonio.* Sed pro temporum ratione aliter atque aliter id olim obtinuit. Cæsa aliquando cruentissimo prælio Campana nobilitate, a Comitibus Campaniæ suis lex lata, ut materna etiam origine censeretur nobilitas. Unde orta vox Gallica: *En Champagne le ventre anoblist*, ut notavit Pithæus alibi ad *consuet. Trecens.* Nobile autem id dicitur, cui annexa est jurisdictio, ut & merum imperium. Molin. d. loc. Multa ejusmodi in Belgio. Quædam etiam in diœcesi, de quibus Ordinum constitutio, ex qua

operæ

operæ pretium, ut quædam excerpam hic, ut hinc possit cognosci, quodnam eorum jus, qui ejusmodi prædiorum possessores & domini.

Extract uytte Resolutien vande Ed. Mo. Heeren Staten 's Lants van Utrecht.

Mercurii 28. February 1677.

Ende hebben haere Ed. Mo. verders goetgevonden te verclaeren dat alle die geenen die eenige Hooge Jurisdictien in dese Provincie sijn exercerende, mitsgaders derselver successeurs, door de alrede aengestelde ofte noch aen te stellen Drosten, Schouten, Schepenen ende Gerechts-luyden hoedanig die sijn, ofte in toecomende souden mogen werden geintituleert, geen andere politie ofte Jurisdictie sullen mogen houden, exerceeren, ofte doen exerceeren, dan de Ordonnantien vande Ed. Mo Heeren Staten vande 14. May 1594. mitsgaders vordere hare Ed. Mo. Reglementen, Placaten ende Ordonnantien ten platten Lande sijn medebrengende, gevende, ende toelatende, ende dat sonderlinge sal worden achtervolgt het xx. Art. *vande voorsz. Ordonn. d'anno 1594.*

Dat in alle Hooge Jurisdictien het beroepen ende stellen van de Predicanten, sal blyven aen de respective Kerckenraeden ende de approbatie aen haer Ed. Mo. in voegen tot noch toe volgens Kercken ordre is geobserveert, uytgesondert ter plaetse, alwaer den Heer het Jus Patronatus *uyt anderen hoofde of respect is competerende, ende heeft geexerceert gehad.*

Gelyck mede aen haer Ed. Mo. is gereserveert ende sal blyven het recht van den opheff en voorderinge der reële en personele ongelden ende schattingen, mitsgaders der selver Domeynen, ende daer over soodanigh te ordonneren, Stateeren, ende bevelen, soo bevinden sullen te behooren, ende over sulcx sijn ende blijven in allen deelen ongeprejudiciert ende onvercort inde Hoogheyt ende Heerlykheyt deser Provincie.

Dat insgelyck de Stad en Steden mette Borgers ende Ingesentenen van dien sullen blyven geconserveert, gemainteneert, ende in haer geheel in hare privilegien

gien, oude vrij ende gerechticheden, sonder dat daer door de delatie vande voorsz. Hooge Heerlyckheden in eenigen deele ofte maniere sijn ofte sullen werden vernaedeelt ofte vercort.

Dat ook de opgesetenen der voorsz. Heerlyckheden, ofte de goederen, Landen ende huysen daer inne gelegen, buyten consent, goet vinden, en believen van haer Ed. Mo. niet sullen mogen werden beswaert.

Ende voorders ten opsichte van het Crimineel, dat ymant vande Borgers ende Inwoonders der Stadt en Steden, ende vryheyt van dien, over eenich delict ofte mesusen wordende geapprehendeert, deselve volgens ende in conformite van de voorsz. privilegien, voor den Gerechte der Stadt Utrecht, ende respective Steden sullen werden te recht gestelt, ende daer toe des versocht werdende aenstonts overgelevert.

Dat oock alle andere Heeren ende Particulieren, onder de voorsz. Heerlyckheden gegoet ende gecomprehendeert, in haer recht, gerechtigheden, ende privilegien sullen blyven onvercort ende ongeprejudicieert.

Et ejusmodi eorum jus, amplum quidem & illustre, sed & varie restrictum. Adde & quod notandum, quod nec eo usque id extendat se, ut qui possessor talis prædii aut eo ipso sit nobilis, aut tanquam nobilis eo ipso in Ordinem Equestrem etiam possit admitti. Multa ad id requiruntur. Non tantum ut nobilis sit, sed ut Ultrajectinus, ut reformatæ religionis, ut immobilium possessor, ut prædium habeat nobile, ut prædium id fossa cinctum, ut per pontem ad id aditus, ut intra ambitum ejus villa, ut pons possit & demitti, & subduci, seu attrahi. Senatus consultum est, quod probationes præstabit, sed, quia id prolixum, rejeci ad calcem. Nobile autem in diœcesi, non tantum præcise id, cui merum imperium, aut jurisdictio criminalis, sed & cui civilis, quod ponte & fossa cinctum. Nam pauca in diœcesi, quibus criminalis. Vid. *lib. 2. infra*

CAPUT II.

De privilegiis nobilitatis. An venari liceat per alium. An liceat in alieno. An servile id officium. Canum studium an turpe. Festi eorum dies. Affixa postibus ferarum cornua. Forestis. Forestum. Foresta aquatica. Clericis an jus venandi. Nobili an hodieque a tributis immunitas. Confiscatio an usitata, & qua summa hæc possit redimi. Insignia gentilitia ob crimen fracta aut inversa.

Satis, puto, hinc patet, quod paulo pinguius iis jus, quorum major nobilitas. Alioquin & indistincte nobilitas privilegia habet. Et privilegia non exigua, quorum alii meminere. Præ ceteris jus venandi, & a tributis immunitatem, & quod possint confiscati facultates redimere XL. florenis. Quantum ad jus venandi, jam ab omni memoria id magnatum, nobilium, & virorum illustrium. Pollux in *Onomastico* ad Commodum Imp. *lib.* 5. *pr.* Ἐπεὶ δὲ κυνηγεσίων σοὶ προσήκει μέλειν, ὅτι τὸ ἐπιτήδευμα ἡρωικὸν καὶ βασιλικόν, *Quoniam venationum te studiosum esse convenit, quandoquidem hoc studium heroicum regiumque est.* Idem de Hercule *lib.* 1. *cap.* 4. Εἴπερ ἄρα τῷ Ἡρακλεῖ καὶ κύων κατὰ τὸν παλαιὸν νόμον· οἶσθα δ᾽ ὅτι τοῖς ἥρωσι συνεισῄεσαν μέχρι ἐκκλησίας οἱ κύνες. Hinc alibi Xenophon εὕρημα θεῶν venationem indigitat. Civi, rustico, non permissa hæc, nisi verbis expressis, & ex speciali privilegio, ut olim Ultrajecti. Nam jam ferme id exolevit. Consuet. juss. Duc. Albani collectæ §. 4. *Dat Edelluyden, Leenmannen vanden Stichte van Utrecht ende alle geboren Borgheren, van ouds genaemt St. Martens dienst-mannen, mogen jagen &c.* Resp. Ultraj. 1. *consf.* 82. *n.* 3. & 7. Et quod nobilibus concessum, concessum in suo. In alieno non item, *l.* 16. *ff. de serv. præd. rust.* Grot. 2. *man.* 4. §. *Dog yder een.* Pœna in eos statuta est, qui prædium alienum venandi causa ingrediuntur, qui prope villam alienam aut sclopetum explodunt, aut per sata, per segetes, aut frumenta discurrunt, *l.* 51. §. 2. *ff. ad leg. Aquil. l.* 206. *ff. de reg. jur. l.* 38. *ff. de rei vind.* Angel. *ad d. l.* 16. Dec. *resp.* 97. Choppin. *ad ll. And. lib.* 1. *cap.* 33. *n.* 9. Barones, Principes, excipiuntur, & nobiles majorum gentium. Quibus feram licet persequi per subditorum suorum terras, etiam iis invitis. Ferrer. *ad Guid. Pap. decis.* 218. Per se id faciant, an per alium, per famulos, per domesticos, non multum atttenditur. *Ordonn. van de Staten van Utrecht op 't stuck van de jacht Ann.* 1667. *art.* 25. Laudabilius tamen si per se, ut suspicio evite-

evitetur sic turpis compendii. Jam olim, fateor, exercita etiam ob ignaviam dominorum servorum industria. Sed servile hinc officium Sallustio & aliis. Ammian. Marcellin. *lib.* 28. *hist.* *Pars eorum si agros visuri processerunt longius, aut alienis laboribus venaturi, Alexandri Magni itinera se putant æquiparasse vel Cæsaris.* Sallust. *in Catilin pr.* *Neque vero agrum colendo, aut venando, servilibus officiis intentum ætatem agere.* Symmacho id quidem displicet *lib.* 6. *epist.* 68. *Recuso*, inquit, *sententiam, quæ rem venaticam servile ducit officium. Statuerit hoc scriptor stilo tantum probandus: nam morum ejus damna non sinunt, ut ab illo agendæ vitæ petatur auctoritas.* Nihil tamen verius, quam quod priscis Romanis non tanti momenti. Aliis in pretio. Et crevit studium sub Principibus. Hadrianus, ut Spartianus ait, *usque ad insaniam & periculum eo detentus.* Etiam Antoninus piscando & venando multum se oblectavit Capitolin. *in ejus vit.* Usum habet, si modum. Nobile etiam & illustre, & quod concessum nobilitati ut animi laxamentum & honesta remissio. Plin. *in Panegyric.* *Nec vero laudaverim per se magnopere duritiam corporis ac lacertorum: sed si his validior toto corpore animus imperitet, quem non fortunæ indulgentiæ molliant, non copiæ principales ad segnitiem luxumque detorqueant, tunc ego, seu montibus, seu mari exerceatur, & latum opere corpus, & crescentia laboribus membra mirabor.*

Remissio admodum familiaris Francorum principibus. Annal. Metens. *ad Ann.* 813. *Assidue vero exercebatur equitando, ac venando, quod illi gentilitium erat. Quia vix ulla in terris natio invenitur, quæ in hac arte Francis possit æquari.* De Dagoberto Aimoin. 4. *hist.* 17. *Adolescentiam vero suam venatibus (quem morem Francorum principibus sæpe fati sumus fuisse familiarem) assuefaciens &c.* Add. Gesta Dagoberti apud du Chesne *to.* 1. *hist. pr.* Et quis carpat, aut reprehendat? *An non plerique Principes hoc idem tempus in aleam, stupra, luxum conferebant? cum feriarum laxamenta curarum vitiorum contentione supplerent.* Plin. *ibid.* Certe & belli quoddam simulachrum, præsertim si res sit cum majoribus feris, cum cervis, cum apris. Xenophon. *lib.* 1. Κυροπαιδ. Διὰ τοῦτο ἡ δημοσίᾳ τοῦ θηρᾶν ἐπιμέλονται, καὶ βασιλεὺς, ὥσπερ καὶ ἐν πολέμῳ ἡγεμὼν αὐτοῖς ἐστὶ, καὶ αὐτὸς τε θηρᾷ, καὶ τῶν ἄλλων ἐπιμελεῖται, ὅπως ἂν θηρῷεν. ὅτι ἀληθεστάτη δοκεῖ αὐτοῖς ἡ μελέτη τῶν πρὸς τὸν πόλεμον εἶναι, *Ob hanc autem rem publice dant operam venationi, & Rex quemadmodum in bello Ducem se iis præstat, & ipse tum venatur, tum ut alii venentur diligentiam adhibet, quod hæc eis verissima videtur meditatio rerum bellicarum.* Non aliæ Persis picturæ, quam venationes & prælia. Ammian. *lib.* 24. *hist.* *In medio diversorium opacum est, & amœnum gentiles picturas per omnes ædium partes ostendens, Regis bestias venatione multiplici trucidantis; nec enim apud eos pingitur, vel fingitur aliud præter varias cædes & bella.* Cum Germanicus obiis-

obiisset, Rex venatu abstinuit, *quod apud Parthos*, ut Suetonius ait, *in Caligul. cap. 5. justitii instar est.* Zeno dignus propterea Armeniorum imperio, quod his studiis exercuisset se. Tacit. *lib. 2. annal. Favor nationis*, inquit, *inclinabat in Zenonem Polemonis Regis Pontici filium, quod is prima ab infantia instituta & cultum Armeniorum æmulatus, venatu & quæ alia barbari celebrant, proceres, plebemque juxta devinxerat.* Interdum nimii in his Cæsares. Vitio vertit in Panegyrico Latinus Pacatus. *Taceo*, inquit, *infami sæpe delectu scriptos in provinciis aucupes, ductasque sub signis venatorum cohortes militasse conviviis.*

Si modus adsit, nemo dubitat, quin nihil utilius. Cæsar *lib. 4. de bell. Gall. Pecore vivunt: multumque sunt in venationibus. Quæ res & cibi genere, & quotidiana exercitatione, & libertate vitæ (quod a pueris nullo officio aut disciplinâ assuefacti nihil omnino contra voluntatem faciant) & vires alit, & immani corporum magnitudine homines efficit.* Idem de Germanis *lib. 6. de bell. Gall. Vita omnis in venationibus atque in studiis rei militaris consistit: ab parvulis duritiei ac labori student.* Nec aliud Carolus M. liberos doceri jussit, quam primum ætas pateretur. Eginhart. *in ejus vit. Tum filios*, inquit, *quamprimum ætas patiebatur more Francorum equitare, armis ac venationibus exerceri fecit.* Ioan. Sarisberiens. *Polycrat. lib. 1. cap. 4. Verum ne venaticam & aliàs curialium nugas non tam judicio quàm odio stilus persequi videatur, eam indifferentibus annumerandam facile libensque consentio: nisi quia immoderato voluptatis incursu virilem animum concutit, & fundamentum subvertit rationis.* & mox: *Potest igitur venatica esse utilis & honesta, sed ex loco, tempore, modo, persona, & causa &c.* Add. Jacob. Card. Papiens. *epist.* 48. Parid. de Puteo *de Syndic. cap. 1. n. 39.* Mornac. *ad l. 26. ff. de usur.*

Nec canum studium tam turpe. Tam ingens olim, ut & festi natales eorum dies. Symmach. 4. *epist.* 18. *Quas tu nobis indagines leporum, quos natales canum dies, quæ venatica festa mentiris*; & mox: *Unde ergo est, quod iisdem litteris a me poscis historiam, quibus canum tuorum festos ac profestos dies prædicas?* Sed ut nimium vitiosum, sic decorum magis, quod solemne olim, templorum postibus, ut & ædium, ferarum cornua affigere, ut argumentum virtutis. Sic Mycon apud Virgil. cervi cornua & caput apri, *eclog. 7.*

Setosi caput hoc apri tibi Delia parvus,
Et ramosa Mycon vivacis cornua cervi.

Manil. 4. *Astronom.*

Hoc habet, hoc studium postes ornare superbos
Pellibus, & captas domibus configere prædas.

Celtis etiam usitatum. Diod. Sicul. *lib. 5. hist.* Καὶ τὰ ἀκροθίνια ταῦτα ταῖς οἰκίαις προσηλοῦσι ὥσπερ ἐν κυνηγίαις τισὶ κεχειρωμένα θηρία. *Et has manubiarum primitias non secus atque feras a se trucidatas vestibulis domorum*

domorum affigunt. Et nequid domi deesset, quo exerceri posset virtus, ornatu nemorum opacæ virorum ædes illustrium Virgil. 7. *Æneid.*

Tectum augustum, ingens centum sublime columnis
Urbe fuit summa Laurentis regia Pici
Horrendum sylvis & relligione parentum.

Trebell. Polluo *in Tetric. junior. Tetricorum domus hodieque exstat in monte Cœlio inter duos lucos contra Isium Metellinum.* Tibull. 3. *eleg.* 3.

Et nemora in domibus sacros imitantia lucos.

Lucos dicit, quæ *forestes* deinceps media ætate. Verum duplex *forestis.* Non nemus tantum in quo feræ. Fluvius etiam, in quo pisces, in quo quis jus aquaticum, jus piscandi exercet. Hinc *foresta* aquatica. In veteri quadam charta: *Dedit etiam forestam aquaticam, quæ a fluvio Savara est, usque Cambrejas &c.* Childeberti regis charta apud Aimoin. 2. *hist.* 20. *Has omnes piscationes, quæ sunt, & fieri possunt in utraque parte fluminis, sicut nos tenemus, & nostra forestis est, concedimus ad ipsum locum, ut habeant ibidem Dei servientes victum cotidianum &c. Forastum* apud Balderic. est *lib.* 1. *Chron. cap.* 108. Piscari clericis etiam licet. Venari non item. Et plane, ut ut nobiles, jus venandi non habent, *clem. ne in agro §. porro & §. siqui vero cap.* 1. *ext. de cler. venat.* ne ab horis Canonicis, a precum consuetudine, ad buccinarum clangorem, ad arma, quæ interdicta *c. diœcesanis clem. de vit. & hon. cleric.* abstrahantur paulatim. Karlomanni Principis Capitulare *Ann.* DCCXLII. apud Baluz. *tom.* 1. *Capitul. Nec non & illas venationes & sylvaticas vagationes cum canibus omnibus servis Dei interdiximus. Similiter ut accipitres & falcones non habeant.* Caroli Calvi Capitula *tit.* 41. *§.* 9. *Venationem quoque nullus tam sacri ordinis exercere præsumat; neque arma militaria pro qualicunque seditione portare audeat.* Add. Carol. M. Capitul. *Ann.* DCC LXIX. cap. 3. Bonifac. *epist.* 105. Compilat. Chronolog. apud Pistor. *ad Ann.* ML. Synod. Augustan. apud Canis. *to.* 5. *antiq. lect. cap.* 2. Bugnyon. *de legib. abr. lib.* 3. *sat.* 60.

Quod ad jus immunitatis; vetus prærogativa hæc, & quæ locum habuit propemodum etiam ubique. Fingit Rener. Snoyus *lib.* 5. *hist.* Theodericum I. Comitem a Carolo Calvo deductum armis in Hollandiæ possessionem, Hollandos præliis aliquot ab eo victos fremebundos tandem recepisse eum, icto cum eo fœdere, inter cetera etiam in hunc modum:

Populus Hollandus ac Frisius Theoderico submittuntor.
Illi omnes parento.
Comitem bona fide appellanto.
Vetusta stemmata ac bona nobilium libera sunto
Qui non paruerit rebellis esto.

Ficta hæc haud dubie. Veri enim nihil. Sed quod de bonis nobilium aliun-

de id satis constat. Wilhelmi Comitis Hollandiæ charta *Ann.* 1305. apud Boxhorn. *theatr. urb. Holl. cap.* 7. *Nos Wilhelmus Comes Hannoniæ, Hollandiæ, Zelandiæ & Dominus Frisiæ notum omnibus facimus, dissensiones nuper exortas fuisse inter nobiles nostros ex una, & plebem ex altera parte &c. Quamobrem &c. Atque ibi ex communi Feudalium consilio statutum est, ut omnes illi qui stirpis suæ nobilitatem probare non possunt, vectigalia & portoria una cum reliqua plebe persolvant.* Charta apud Mantel. *in addit. ad histor. Lossens. Wy Johan van Beyeren by der genaden Godts Elect van Ludick ende Grave van Loon doen kondt allen lieden, die dese tegenwoordige letteren sullen sien, oft hooren lesen, Dat want in onse landen ons Bischdom van Ludick ende Graefschap van Loon swaerlyck ende seer belast waren ende verbonden groote somme gelts te betalen onsen lieven geminden Broeder van Bourgoingnen ende Hollant, ende soo wielen die Ridderen ende Lieden van wapenen ons landts van Loon voorschreven ongehouden sijn van alleen beeden van gelde ende schattingen, naer teneur des briefs, daer onse tegenwoordige letteren doorgesteken sijn, ende nochtans sy van gratien, en mits sunderlinghe gunsten wille, die sy tot ons dragen, ende om onse landen voorschreven uytter grooten last ende commer te helpen, mede andere lieden onsen landen voorschreven gratien gedaen hebben, ende betaelt naer der Ordonnantien daer op verdragen, des sy biwies ontdraegen ende ongehouden souden sijn naer inhouden des briefs voorschreven. So ist dat wy voor ons ende onse Successeuren verwoerwaert ende geloofst hebben, ende met desen tegenwordigen Brieve verwoerwaerden ende geloven Ridderen en Knapen van wapenen onser Graefschap van Loon voorsz. van alle beeden van gelde ende schattingen, die in onse landen voorsz. gevallen mochten, ongehouden te laten &c.*

Idem Transisalanis jus. Vetus jus Transisalan. *part* 3. *art.* 8. *Unde wert sake, datmen an den doetslage wer schult gave, de gene schult en hadde, die ein denstman were, die mochte sick dat affnemen mit siner ener hand, und ein schotbaer man mit sijner twelfter hant.* Idem *part.* 1. *art.* 16. *Ock en sollen Ridderen, Knapen, Manne, und denstmanne, und hore eygen luyde, die woenaftich sijn binnen Twente, oft hör gudt genen tollen geven &c.* Idem Ultrajectinis. Hortens. *lib.* 1. *hist. Equestres homines ab initio (sive id acciderat ob antiquam nobilitatem, sive ob sua in patriam merita, sive per aliorum negligentiam) ad nullam contributionem, neque agrariam, neque ad censum domorum rusticarum tenebantur, ut in vetustis rationibus & publicis perscriptum videre adhuc licet.* Ex Friderici Badensis charta episcopi Trajectini *Ann.* 1512. *Item die rechte Ridderschap van het Nedersticht voorsz. die vesten, huysen, ende opgetogen bruggen hebben, ende andere die de drie Staten s'Lants van Utrecht voor rechte Ridderschap houden, sullen van haer Ridder hofsteden, bouwhuysen, ende wooningen, in sulke hare Ridderwoninge begrepen van den huysgelde voorsz. vry wesen, ende van haer bier, datse selfs brouwen, ofte drinken op haer*

hare huysen niet geven, dan die 't misbruycken. Ex Caroli V. edicto *Ann.* 1532. 22. *Januar.* Item *dat die eygen landen onder Ridder-hofsteden behoorende, die opgetogen bruggen hebben, ende andere die gebruykt worden by Riddermatige luyden, heure eygen huysgesinne oft brodige dienaers, en de gelyke vryheyt van outs te gebruyken plegen, van den voorsz. huysgelde gevryt sullen worden, ende of 'er swaricheyt viele, wie van outs die vryheyt te gebruyken plach, Dat onse Stadhouder die eerste ende andere onsen Raden t'Utrecht daar af die kennisse ende decisie hebben zullen*, Item *indien zulke Riddermatige daar toe gebruyken eenige landen anderen toebehorende die zullen onvry wesen, en nae advenant van dien betalen*, Item *indien eenige landen onder Ridder hofsteden behorende by buyrlingen wonende in den begrype vande deselve Ridder hofsteden gebruyckt worden, die sullen van der helft van dese huysgelden bevryt worden*, Item *dat buyrlingen in 't begryp van eenige Ridderhofsteden woonende, ende eenige landen daer uyt gebruykende, die totte Ridderhofsteden niet en behooren, daer af onvry wesen sullen, ende betalen na advenant.*

Huysgelt pensio tum non magna, & sex tantum florenorum, quorum singuli faciebant stuferos viginti octo, ut in eodem edicto. Sed jam maxima ex parte id ab usu recessit. Grot. 1. *man.* 14. *§. Het onderscheyt.*

Confiscatio apud nos, si atrox sit delictum, adhuc habet locum, sed pretio potest redimi. Passim enim sic se habent privilegia civitatum. Sexaginta florenis Leydæ. *Hantvest van Hertogh Jan van Brabant Ann.* 1418. 20. *April.* Centum Amstelodami. Roseb. *recueil. cap.* 13. *pr. & §.* 3. *item cap.* 40. *§.* 29. *&* 39. Roterodami LXXX. *Hantvest van Coningh Philips Ann.* 1580. 13. *Febr.* Ultrajecti similiter ex Caroli V. edicto *Ann.* 1529. *ult. Mart.* LXX. Ziriczeæ. Boxhorn. *Chron. Zel. part.* 2. *cap.* 27. Specialiter Harlemi olim facultatum semisse ex charta Wilhelmi Ducis *Ann.* 1355. sed ex Ducis Alberti *Ann.* 1394. ob factum homicidium Flor. LXXX. LX ob crimen aliud. Velavi redimunt 10. libris. *Lantrecht van Veluwe cap.* 3. *§.* 5. Hollandi nobiles LXXX. excepto crimine majestatis, & siquod simile inveniatur. Resp. Holl. 4. *cons.* 272. Ultrajecti præterea & multis aliis in locis, si reus capite puniatur, confiscatio omnis cessat. Ex veteri charta, vulgo *der Gilden Ann.* 1455. *Item die 't lyff verboert, ende men over recht, en sell geen goet verboeren mogen.* Locum habet, si absens, si contumax, & citatus sui copiam non faciens causa cognita condemnetur, sed redimi tamen potest ea summa, quam dixi, excepto crimine majestatis, in quo redemptio omnis cessat, ex Caroli V. edicto, quod rejeci ad calcem. Vid. *Costuymen van Utrecht tit.* 40. *§.* 1. *van Amersfoort p.* 56. *van Rhenen art.* 88. *& seqq.*

Et

Et id etiam notandum, quod vetustissimum jus id, quod ob crimen majestatis bona adhuc confiscentur. Voluit id Imp. in *nov.* 134. *cap. ult. in fin.* Et pulsis aquilis Romanorum idem fere ubique a Germanis invectum, diserte etiam adjecto, ob crimen majestatis aut siquod aliud ei simile. In edicto, quod dixi: *Wel verstaende dat hierinne niet begrepen en sijn, die gene die committeren souden mogen* crimen læsæ majestatis, *rebellie, commotie, ofte diergelijcke groote excessen ende delicten, die lyf ende goet verbeuren sullen.*

Quæ autem hæc *diergelijcke* quærenti forsan satisfaciet Concilium Bajoaricum, quod est apud Velser. *lib.* 5. *de reb. Boic.* habitum sub Thassilone *Ann.* DCCLXXII. *De eo, ut nullus hereditate sua privetur, nisi per tres causas, quas in pacto scribentur: propter homicidium, hoc est, ut quisquis hominem Principis sibi dilectum occiderit, ob injuriam Principis, & ad calumniam, hominem componat secundum legem, tunc privetur hæreditate sua.*

Nec hactenus inter nobilem & ignobilem distinguitur. Ob crimen majestatis etiam nobilis confiscatur, & rei etiam memoria post mortem damnatur. Eraditur nomen fastis, ut apud Romanos olim. Tacit. *lib.* 3. *annal. Nomen Pisonis radendum Fastis censuit.* Cicer. de Antonio *Philipp.* 14. *Cujus totus Consulatus est ex omni monumentorum memoria revulsus.* Albo equitum deletur. Nec dicendum, nec nominandum. Sic passim Anastasius in *ecclesiastic. histor.* cum loquitur de perduelle, de hæretico &c. ut in *Adeodato* de Mezentio tyranno: *Et Deo auxiliante interemptus est nec dicendus Mezentius.* De Macario Antiocheno ob hæresim deposito in Synodo VI. in Trullo Idem in *Agathone: Cumque post hæc adhortatus est nec dicendus Macarius a sancta Synodo.* Idem de Saracenis in *Johan.* V. *Pacem constituit cum nec dicenda gente Sarracenorum.* Idem de Philippico hæretico in *Gregorio II. A Philippico nec dicendo.* Idem in *Stephano III. Juxta quod a præfato nec dicendo Haistulpho fuerat directus.* Apud Reginonem Stephanus Papa ad *Ann.* 753. *Pro oppressione sanctæ ecclesiæ a rege atrocissimo & blasphemo & nec dicendo Haistolpho.* De Manlio proditore Liv. *lib.* 6. *hist. cap.* 20. *in fin. Additæ mortuo notæ sunt: publica una; quod domus ejus fuisset, ubi nunc ædes atque officina Monetæ est, latum ad populum est, ne quis patricius in arce aut Capitilio habitaret: gentilitia altera; quod gentis Manliæ decreto cautum est, ne quis deinde Manlius vocaretur.* Add. Lambec. *lib* 3. *comm. de Biblioth. Cæsar. p.* 359. & Francisc. du Chesne *to.* 3. *hist. p.* 790. Statuæ teguntur luto. Dejectæ conculcantur, trahuntur &c. Insignia gentilia aut inversa statuuntur, aut ad caudas equorum alligata raptantur. Sub initium *Anni* MDXXIV. Fontarabia a Cæsarianis capta, Frangeti oppido Præfecti supina quadam negligentia, jussu regis Francisci Frangeto gladius adimitur. Ad plebejos redigitur. Clypeo ejus eraduntur majorum insignia. Pingere ea, vel uti iis

in

in posterum prohibetur, exemplo aliis futurus, vitam potius ponendam, quam hosti dandam victoriam. Pont. Heuter. *lib. 9. rer. Austr. cap. 1. pr.* Idem de Borbonio, qui ad Cæsarem defecerat, *eod. lib. cap. 7. in fin. Contra mortuum Borbonium sententiam pronuntiat, eumque læsæ Majestatis condemnat, nomen silentio premi jubet, insignia gentilitia expungit, bona Regis fisco addicit.* Idem de nobilibus, qui ad Francum defecerant, *lib. 1. rer. Austriac. cap. ult. Eoque*, inquit, *loci, ubi eorum gentilitia in clypeis steterant arma, tabula reponitur, nil continens præter causam, quare erasis armorum insignibus, equitum numero essent moti. Sed in neminem gravius majorique cum ignominia est animadversum, quam in Philippum Creveceurium. Signa enim ejus gentilitia inversa, ante summi templi valvas, ut proditoris sunt collocata.* Add. *lib. 13. rer. Austr. cap. 10.* De Colinio summo olim viro Thuanus *lib. 53. hist. Bonis omnibus fisco addictis, ejus memoria infamatur, nomen in perpetuum aboletur, decerniturque, ut corpus illius, si uspiam inveniri posset, aut si minus, imago cratis imposita a carnifice per urbis vias raptetur, & in ripensi foro ad patibulum suspendatur, &c. ut insignia ad caudas equorum alligata itidem in sempiterna ignominia testimonium per urbes raptentur, & ubicunque locorum toto regno in ejus honorem erecta, & ad decus affixa comperientur, a carnifice publice confringantur, ac lacerentur &c.* Durum tamen quod de liberis addit: *Tum illius liberi*, inquit, *ignobiles & intestabiles pronunciantur, & indigni, qui publicis muneribus fungantur, aut ullis bonis in Gallia fruantur, iis, si qua possidere comperiantur in fiscum redactis.* Secundum *leg.* quidem *quisquis* 5. C. *ad l. Jul maj.* Sed quæ ob sævitiam vix recepta. Rigor saltem mitigatus jam *l. sancimus* 22. *C. de pœn.* Nec filius sua perdit ob delictum parentis, nec parens ob filii, nec uxor ob mariti, *d. l 22. l. 2. §. ult. ff. de decur. l. 26. ff de pœn.* In eod. Concil. *De eo quisquis de nobili genere deprehensus fuerit de illis III. causis, de quibus supra diximus, si ille hereditate sua portionem pro illius criminis reatu perdat, uxor autem illius suo jure non privetur, ita constituit.* Add. Tacit. *lib. 6. annal.* Sueton. *Domit. in fin.* Langl. 11. *Semest.* 1.

CAPUT III.

Gradus nobilitatis. Half Edel. Nobilissimi, Nobilissimi dignitas. Principum olim tituli. In iis modestia. Sua tranquillitas. Titulus excellentiæ. Regum olim filia quemadmodum salutata. Quemadmodum Professores. Quemadmodum Nobiles. Reges Domni, non Domini. Deus Dominus κατ' ἐξοχὴν.

Certius autem nihil quam quod gradus nobilitatis. Nam & quidam, qui *Half Edel.* Charta Comitis Hannoniæ & Hollandiæ Joannis *Ann.* 1303. *Wy Jan van Grave Henegouwen, van Hollant, van Zeelant, ende Heere van Vrieslant, maken kent, dat wy by rade onser goeder luyden van onse Landen hebben een recht gemaeckt tusschen den Edelen luyden in Kennemerlandt, die half Edel sijn, of daer beneden, ende van onse gemeente in Kennemerlant &c.* Alii contra Nobilissimi, ut procul dubio Imp. Cæsar, Rex, Princeps. Imo & Dux, Comes. Subscriptio chartæ Alamannicæ: *Sub Chunrato Duce nobilissimo, feliciter. Amen.* Chron. Rothomagens. *ad Ann.* 1218 *apud Labb. to.* 1 *Biblioth. Rex Hungaria, Dux Austria, & multi alii nobiles Romani imperii &c.* Nobilissimi etiam dignitas translato Constantinopolim imperio inventa. Zosim *lib.* 2. *hist.* συνῆρχον δὲ αὐτοῖς τρόπον τινὰ Δαλμάτιος Καῖσαρ ὑπὸ Κωνσταντίνου καταστάθεις· ἔτι δὲ καὶ Κωνστάντιος ἀδελφὸς ὢν αὐτοῦ καὶ Ἀναβαλλιανὸς, ἐσθῆτι χρώμενος κοκκοβαφεῖ καὶ περιχρύσῳ, τῆς τοῦ λεγομένου νωβελισσίμου παρ' ἑαυτοῦ Κωνσταντίνου τυχόντες ἀξίας, αἰδοῖ τῆς συγγενείας, *Erant & imperii quodammodo participes, Dalmatius a Constantino Cæsar dictus, & Constantius ejus frater, & Anaballianus, qui purpurea & aureis ornata limbis veste utebantur, dignitatem Nobilissimatus, ut vocant, ab ipso Constantino propter agnationis reverentiam consequuti.* Proximà hæc Cæsareæ. Cæsar Candidatus majestatis imperatoriæ. Contra Nobilissimus dignitatis Cæsareæ: Olympiodorus apud Photium: Οὗτος δύο παῖδας ἔσχε Κώνσταντα καὶ Ἰουλιανόν· ὧν τὸν μὲν Κώνσταντα Καίσαρα χειροτονεῖ, εἶτα ὕστερον κατὰ τὰς αὐτὰς ἡμέρας καὶ τὸν Ἰουλιανὸν νωβελίσσιμον, *Huic duo filii erant Constans & Julianus. Illum Cæsarem constituit, Julianum deinde eo ipso tempore creat Nobilissimum.* Anastas. Biblioth. *ad Ann.* DCCLXVIII. *Et ita processit ad magnam ecclesiam uterque Imp cum duobus Cæsaribus & tribus nobilissimis.* De Valentiniano, qui III ejus nominis, quod Nobilissimus primum, dein Cæsar Olympiod. apud Phot. *Valentinianus, superstite etiamnum Honorio, Nobilissimus dictus, impellente fratrem Placidia.* Et deinceps

ceps *ibid.* p. 198. *Ad Thessalonicam Helicon officiorum magister a Theodosio missus Valentinianum in illa ipsa urbe Cæsaris veste induit.* Cæsarem hac ratione etiam recte Nobilissimum, sed non omnem Nobilissimum recte Cæsarem dixeris. Inscriptio *l. 2. C. de fer. Impp. Constantinus & Maximianus AA. Severus & Maximinus Nobb. CC.* id est, *Nobilißimi Cæsares.* Imp. etiam Nobilissimus, l. 3. *ff. de natal. rest.* si in genere vox sumatur. Ceteri eo intuitu tantum nobiles nuncupati. Arguit id subscriptio *l. 14. C. de relig. & sumpt. fun. Honorio nobili puero & Evodio Coss.* Bulla aurea Andronici apud Meibom. *in opuscul. hist. Andronicus in Christo Deo fidelis, Imperator & moderator Romanorum, Palaeologus, excellentißimis Regibus, nobilibus & egregiis Principibus, Comitibus, Marchionibus, Capitaneis, Communitatibus, Dominis, Castellanis, ac Potestatibus &c.* Græci Cæsares non nisi sero se θεοστεφεῖς a Deo coronatos, Χριστὰς Κυρίου, unctos Domini scripserunt. Irene agnoscit Nicephorum ἐκ θεοῦ προβληθέντα, apud Zonar. Cedren &c. Homerus reges alibi διοτρεφεῖς vocat, in Jovis sinu educatos. Sed Homerus - Non Reges. Nisi forsan Alexander Jovis filium se mentitus victoriarum magnitudine in superbiam elatus. Sero demum audita hæc, *divino nutu, Dei gratia, divina favente clementia &c.* Ea Principum modestia olim. Nobiles dici contenti, βασιλεῖς Principes, qui Constantinopli, Egregii, Nobilissimi, & quod visum excellens aliquid, Sanctissimi, Sacratissimi, *d. l. 3. procem. Inst. pr.* Sed ita dicti inprimis ob tribunitiam potestatem, quæ sacra & sacrosancta.

Βασιλεῖς distinctionis causa. Nam Ῥῆγες cæteri, ἐπάρχοντες, φύλαρχοι. Procop. 1. Gotth. *καὶ βασιλέως μὲν τοῦ Ῥωμαίων οὔτε τοῦ σχήματος, οὔτε τοῦ ὀνόματος ἐπιβατεῦσαι ἠξίωσεν· ἀλλὰ ῥὴξ καλούμενος διεβίω· οὕτω γὰρ σφῶν τοὺς ἡγεμόνας οἱ βάρβαροι καλεῖν νενομίκασι, Romanorum Imperatoris neque habitum neque nomen usurpare contendit. Sed Rex appellatus transegit ætatem. Sic enim barbari solent Principes suos appellare.* Olympiod. *apud Phot. p.* 180. ὅτι Ἀλάριχος ὁ τῶν γότθων φύλαρχος &c. Vid. Bangert. *ad Arnold. Lubec. lib. 3. cap.* 9. Idem tamen in effectu Ῥὴξ & βασιλεὺς, & ridet distinctionem Ludovicus Imp. ad Basilium Macedonem Imp. Orientis apud du Chesne *to. 3. hist. p.* 558. *Scito*, inquit, *quia qui Riga quemque appellat, quid dicat, nec ipse novit. Siquidem etiam si linguis omnibus more Apostolorum imo Angelorum loquaris, cujus lingua sit Riga vel cui dignitati sonus ille barbarus congruit, quod Rex dicitur, interpretari non poteris. Nihil enim forte ad idioma propria lingua tractum, Riga, Regem significare monstraveris. Quod si ita est, quia non jam barbarum, sed Latinum est: oportet ut cum ad manus vestras pervenerit, in linguam vestram fideli trans-*

 latione

latione vertatur. Quod si factum fuerit: quid aliud nisi hoc nomine Basileus interpretabitur? quod non solum veteris sed & novi testamenti omnes interpretes attestantur. Unde si in alienis personis hoc detestaris vocabulum, stude ex omnibus tam Latinis libris quam Græcis, sive Regis sive βασιλέως nomen eradere.

Francorum olim reges *Viri* tantum *illustres* dicti. Lex Salica *in fin. Childebertus Rex Francorum vir Inluster.* Diploma apud Chiffletium *differt. de ann. Dagobert. cap.* 6. *Clodoveus Rex Francorum, Vir inluster, Duci Archenaldo.* Marculf. 2. *form.* 29. *Ille Rex vir Inluster illi fideli nostro.* Ennodius Ticinensis scribens ad Trasimundum regem Vandalorum sic orditur simpliciter: *Ennodius Trasimundo V. I. id est, Viro Illustri.* Inter literas de rebus Francicis apud du Chesne *to.* 4. *hist.* Romanorum etiam epistola est CCCCXVII. ad Ludovicum regem Franciæ, cujus hæc est inscriptio: *Senatores urbis urbium illustri & prudenti viro Ludovico Francorum regi amico eorum carissimo salutem & dilectionem.* Siqui miretur id, cum jam passim sic superbiant etiam quivis de plebe, nec tantum prudentes, sed prudentissimi salutentur, sciat sic salutatos etiam Principes Romanorum. In *l.* 67 *§. ult. ff. de leg.* 2. de Marco Antonino: *& ideo princeps providentissimus & juris religiosissimus. Celsissimi* titulus, *Serenissimi*, nondum ita adhuc notus. Imo Principes Francorum contenti titulo *Excellentiæ.* Apud du Chesne *to.* 4. *hist. epist.* 392. *Dilectissimo & principali Domino suo Ludovico Dei gratia Regi Francorum Hugo Berziacensis per omnia fidelis sibi subjectus miles salutem & diligens obsequium. Longo intervallo terrarum disjunctus vestram Excellentiam nec videre nec alloqui valeo &c.* Add. *epist.* 418.

Hodie tandem quotusquisque est, qui non eo jam utitur. Professores passim in Germania, & alii etiam indistincte viri opibus præpotentes. Tuentur se, scio, sed nequicquam tuentur se *§.* 3. *proœm. Inst.* ubi juris Antecessores Theophilum & Dorotheum Justinianus expresse vocat *viros Illustres.* Ita enim vocat, non quod Antecessores, sed quod sacri Comites consistorii, ejusdem ordinis, quo hi, qui vicariam dignitatem nacti, *l. un. C. de Profess. qu. in urb. Constant. tit. Cod. de nov. Cod. fac. §.* 1. Alioquin Professores *Clarissimi* nuncupantur, *Disertissimi*, *Consultissimi*, *Facundissimi*, &c. Strauch. *de Beryt. cap.* 4. *§.* 26. Et opinor id sufficit. Nam & Consules salutantur tantum viri discreti in charta apud Lambecium *lib.* 2. *rer. Hamburg. n.* 386. Viri honesti & providi in chartis apud *eund. n.* 308. *&* 515. Ad Senatum Academicum cum scribit Princeps Auriacus literas inscribit ita: *Clarissimis, Doctissimis, Ornatissimisque Viris, Amicis nostris perquam dilectis, Rectori & Senatui Academiæ Lugduno Batavæ &c.* Sufficiebat Principibus etiam *sua tranquillitas.* Symmach. 10. *epist.* 46. *Cognitionem totius negotii, quamvis speciatim mihi tranquillitatis vestra delegatione mandatam &c.* Maximus, tyran-

tyrannus *epist. ad Valentinianum: Quæ nunc agi dicuntur in partibus tranquillitatis tuæ.* Liberius episcopus Constantio Aug. *Tranquillitate tua consentiente sic omnia discutiantur.* Et sic dicere amabant ipsi, ut in *l.* 31. C. *Th. de appell. l.* 1. C. *Th de comit. cons. l.* 16. C. *Th. de divers. offic. l.* 8. C. *Th. de rescript.* Unde & dicti *Tranquillissimi.* Idem Liberius *epist. ad Constant. Opto tranquillissime Imp.* Simplicius episcopus *epist.* 17. *Tranquillissimi Principis scripta sunt reddita.*

Non mirum ergo, quod Duces etiam & Comites *nobilis* titulo contenti, ut in charta Regis Angliæ apud Lambec. *lib.* 2. *rer. Hamburg. n.* 383. *Volentes ad instantiam Nobilis viri & Ducis Brunswickcensis mercatoribus ipsius Ducis &c. gratiam facere specialem &c.* In charta *ibid. n.* 515. *Acta & publicata sunt hæc in palatio nostro Bremensi, præsentibus nobili viro Dn. Johanne Comite de Delmenhorst, ac honorabilibus &c.* Admirabilis modestia etiam Hildegardis Ducissæ Sueviæ, *Ducissæ* titulo omisso vulgo ita tantum scribens, *ego Hildegardis in Christo pauper & modica.* Sic in charta qua continetur Fundatio templi Sletstadiensis, quam Beat. Rhenanus habet *lib.* 3. *rer. German. In nomine sanctæ & individuæ Trinitatis, Facilius agi res putamus, si nostris ex facultatibus res adjuvemus divinas. Quam sententiam ego Hildegardis in Christo pauper & modica, cum filiis meis videlicet Othone Argentoratensis ecclesiæ episcopo, Suevorumque Duce Frederico, Ludovico, Walthero, Conrado, & filia mea Adelheida charissima, ante oculos ponentes & pia consideratione attendentes, ecclesiam in Slezestat ad instar Dominici sepulchri factam, & a præfato filio meo Othone episcopo consecratam S. Fidi in Concha cum curti monachorum officinis apta, & cum certo prædio subnotato, legali stipulatione tradidimus &c. Ann. ab incarnatione domini nostri Jesu Christi* MXLIV. &c.

Regum filiæ simpliciter tantum *Iunckfrauwen* dictæ. Volumen chartaceum est in Bibliotheca Cæsarea. In eo inter cetera, *Recensio deductionis Archiducissæ Annæ Imp. Alberti II. filiæ ad sponsum suum Wilhelmum ducem Saxoniæ Ann.* 1443. Titulus & principium, ut descripsit Lambecius *lib.* 2. *comm. p.* 960. est: *Vermerckt wie man mein Junge Frauen Iunckfrauen Andlen, Koning Albrechts Tochter zu Hertog Wilhelmen von Sachsen, Iren Man, ausz den Haus von Osterreich gefertiget hat.* Item, *Recensio deductionis Archiducissæ Catharinæ filiæ Archiducis Ernesti Ferrei, & sororis Imp. Friderici III. ad sponsum suum Carolum Marchionem Badensem Ann.* 1446. Principium ejus hoc est: *Desgleichen hat auch Koning Fridrich seine Schwester Iunckfrau Catharina Marckgraf Jacobs Sohn van Baden und zu Spanheim verheuratet.* Hodie etiam passim, quæ de plebe, *Mevrouwen.* Nobiles, etsi non claro stemmate, si non *Fraulein* salutes, injuriam fieri sibi putant. Imo & si vel minimum quid omittas de titulis, de vindicta cogitatur. Notum inter episcopum & civitatem

tem Spirensem quæ olim contentio *Ann.* 1585. quod hæc titulum ei daret episcopi *de Spira*, ille autem vellet scribi non *de* sed *in Spira*. Et si fides Trasymacho *epist. ad Nicanor.* inter Suecos & Polonos ante annos viginti & quod excurrit an non bellum ob voculæ omissionem? ob omissum *&c*? Verum

> *Ætas parentum pejor avis tulit*
> *Nos nequiores, mox daturos*
> *Progeniem vitiosiorem.*

Ea Regum modestia etiam *Domni* dicti non *Domini* Reginæ *Domnæ* non *Dominæ*. De Carolo Magno incertus *Auctor* in *ejus vit.* apud de Chesne 2. *hist. Et cum Wormaciam pervenisset domnus Karolus sociavit sibi in matrimonium &c.* Idem: *Reversus est in Franciam, & venit ad conjugem suam domnam Fastradam in Warmatiam.* Frotharius Tullensis *d. to.* apud du Chesne *epist.* 5. *Ut hunc puerum &c. ante Seniorem nostrum Domnum Lotharium introducatis.* Sic Clotharius Francorum Rex *Domnus Clotharius* in Actis S. Bertilæ Abbatissæ Kalensis. Regina ejusdem mater *Domna* Bathildis in *vit. S. Bathildis.* Et sic Martyres etiam dicti. Gesta Dagoberti apud *eund. to.* 1. *hist. cap.* 43. *Pro remedio animæ meæ matriculariis basilicæ domni Dionysii &c.* Childeberti regis charta apud Henschen. *exeges. prælim.* 2. *ad tom.* 3. *Mart. n* 17. *Chillerdus Abbas de Basilica peculiaris patroni nostri Domni Dionysii Martyris.* *Domini* appellationem recusavit Augustus. Sueton. *in August. cap.* 53. Recusavit Tiberius. Idem in *Tiber. cap.* 27. *Dominum* per excellentiam dicebant Deum duntaxat. In literis apud du Chesne: *Sciatis denique nos domno Imperatori literas per præsentem missum nostrum dirigere; unde petimus, ut si domnus Hildoinus deest, ante domnum Imperatorem vos eum mittatis. Valet in Domino semper &c.* Sed vox hæc est, quæ jam sordet, & quam quivis passim sibi vindicat.

CAPUT

Caput IV.

Nobiles cur Junckers. Junioratus. Veren. Haren. Juniores ecclesiæ.

Quod siquis quærat, quæ ratio, quod nobiles vulgo *Junckers*, dicendum, quod illud *Juncker* sit detortum ex *junior*. Miles, eques, dignitatem non transmittebat in filios. Filii militum milites, si & ipsi solenni ritu creati milites & assumpti. Nondum milites, Armigeri, Domicelli, juniores. Et *juniores*, etsi jam provectæ, aut grandioris ætatis. Vivo enim adhuc patre revera juniores. Et posito quod defunctus is, quamdiu tamen nondum milites, appellatio hæc iis hæsit. Sic Wilhelmus Romanorum rex & Comes Hollandiæ, quamdiu nondum miles, *Domicellus* tantum dictus, seu *den Jonckheer van Hollant*, ut Buchel. *ad Bek. p.* 81. Add. Chron. Laurisham. *ad Ann.* 776. Lydii *glossar. Latin. barb.* Bignon. *ad Marculf.* Nobilis is haud dubie; sed non omnis, qui nobilis, etiam miles, aut eques. Nobilitas transmissa. Equestris dignitas non item. Pluris miles, quam nobilis tum, ut clarius dicetur infra. Hodie nobiles indistincte, etsi equites non creati, equites tamen vulgo. Olim temporis progressu, ut *Junckers* dicti, *juniores*, etiam facti jam milites, ut dicitur adhuc Consul, qui Consulatu jam abiit, & pupillus adhuc, qui jam pubes, *l.* 4. *C. de reb. cred. junct. l.* 4. *pr. ff. de tut. & rat. distr.* sic & temporis progressu, postquam vulgo equites omnis nobilitas, vulgo etiam omnes nobiles *Junkers* dicti indistincte.

Olim etiam *juniores* officiales, ministri. Nomen non ætatis, sed officii, obsequii. Et vel Principis juniores, vel juniores ecclesiæ. Lex Longobard. *lib.* 2. *tit.* 51. §. 9. *Placuit nobis, ut nullus Comes, nec eorum juniores, nullatenus præsumant alicui homini sua testimonia tollere, aut extrahere &c.* Add. *lib.* 3. *tit.* 5. §. 2. In charta apud Hedam *hist. Ultraj. p.* 44 *Comitibus seu junioribus nostris.* In literis Ludovici Pii *tom.* 2. *metrop. Salisb. p.* 10. *& seq. Nullus nostrum aut juniorum nostrorum, neque ipsum Teutpaldum Abbatem, neque homines suos, per quaslibet injustas occasiones vexare, aut calumniam quamlibet ingerere præsumat.* Add. Bed. *lib.* 5. *hist. Anglic. cap.* 7. & Capitul. *de villis Car. Magni cap.* 58. Boxhorn. *theatr. urb. Holl. cap.* 7. Diploma apud Aimoin. aut qui eum continuavit 5. *hist. pr.* Unde & militum filii, quamdiu nondum milites, non tantum *Junckers*, juniores, sed & ministeriales, servientes, armigeri. Belgis etiam *Knapen*, quod sint agiles & manu promti. Nam id Belgis est *Knap.* Imo & omnes sensim nobiles, quamdiu nondum milites, sive filii militum, sive non, dicti non tantum *Junkers*, sed mini-

ministeriales etiam, ut & *Knapen*, item *Knechten*. Sed hæc tantum hic obiter. Plenius de eo infra.

Juniores ecclesiæ sunt famuli ecclesiæ, minores clerici, lectores, ostiarii &c. Gregor. Turonens. 5. *hist.* 26. *Post hæc Chilpericus Rex de pauperibus & junioribus ecclesiæ vel basilicæ bannos jussit exigi, pro eo quod in exercitum non ambulassent &c.* Ibid. *cap.* 49. *Majores clericos muneribus ditat, largitur vineas, prata distribuit, minores vero fustibus plagisque multis, etiam manu propria adfecit.* Add. Conc. Matisconens. 1. *can.* 8. Parisiens. can. 10. Capitul. *lib.* 5. *cap.* 121. *& lib.* 6. *cap.* 154. *Junioratus* hinc nihil aliud, quam beneficium ecclesiasticum junioribus ecclesiæ sustentandis concessum. Alteserr. *ad Greg. Turonens.* 5. *hist.* 27. Car. du Fresne *glossar. in Junioratus. Juveigneurie* etiam occurrit in Statutis Britannicis; feudum fratrum juniorum, cujus nomine primogenito fidem præstant & homagium, Argentr. *ad consuet. Britan. art.* 330. *& seqq.*

Verum nequid omittam hic, reperi etiam in schedis, quas ad tempus utendas dedit vir illustris & præpotens, Ordinum Provinciæ Ultrajectinæ Assessor, Gaspar Schade, vir de diœcesi præclarissime meritus, Walteri Brookii, ut putabat, doctissimi olim viri, quo nomine eum laudat etiam Buchelius *ad Hed. p.* 202. viros nobiles & illustres, Consules, item & magistratus singulari prærogativa dictos olim *Haren*, & uxores eorum *Veren*, ut *Ann.* 1307. *Haren Gysbrecht Pellecussen*, & *Ann.* 1298. *Haren Rotert van der Sterre*, & *Vere Elburg van der Sterre*, *Ann.* 1340. *Jan van den Hoven Veren Oedelen soen.* Ann. 1320 *Lambrecht Ver Genten zoen*, Ann. 1328. *Veren Aden weteringe in Amerongen*, & *Veren Jutten fleech.* In charta *Ann.* 1332. *Haren Johans Kyndre van Brandenborch, Ridder, die hy hadde by Veren Jutten zynen wyve.* Sepulchri addita inscriptio, quæ in pago *Oestvoern*; *Hier leghet myn Vrouwe Ver Heylwighe Vrouwe van Voorn.*

Quod ad *Haren* res certa est, quamvis etiam non raro suo nomine appellati tantum, epithetis, *Heer*, aut *Haer*, aut *Juncker* non adjectis. Quod ad Veren alibi non legi, nisi quod occurrat *Veren Aden weteringe in* charta Giselberti Domini de Abcoude, quam Buchelius ad Hedam habet *hist. Ultraj. p.* 226. Sed id didici ex chartis, quas non paucas inspexi, nobiles *Juncfrouwen* dictas, & dictas sic indistincte & nuptas & innuptas, viduas etiam & anus. *Vrouwen* etiam, item *Jofferen. Mevrouwen* raro, & vix unquam. Reliquarum simpliciter tantum nomen expressum. Charta *Ann.* 1470. *des Saterdachs na sinte Jacops dach in den somer. Alle den geenen, die desen brieff sullen sien of hooren lesen, doe ic verstaen Cornelis Willems soen Schout in Ootersperbroek, dat voir my ende voir die lantgenoten ende buere. die hier na beschreven staen, quamen in 't gerechte voirsz. Eerst van Drakenburch,* Hen-

Henric vander A. Joncfrou Lysbeth syn wyf, Jonge Eerst Taets van Amerongen, Steffenye sijn wyf, Joncfrou Margriet Jan Taetsen dochter, ende Joncfrou Lysbeth Jan Taetsen dochter Jans weduwe van Oudecoep, ende begeerden eenst virdels &c. Charta *Ann.* 1474. *Quamen in't gerechte Hildegont Henrick Loefs soens weduwe, ende Henricgen haer dochter &c.* & mox: *dair Joncfrou van Sconauwen weduwe Roelofs van Bairn mit horen medewerkeren boven ende Peter Gysbertzoen mit sinen mede werkers beneden naest gelant sijn &c.* Charta *Ann.* 1360. *des woensdachs na jaersdach. Ende ic Steven van Zulen Ridder, hebbe om bede wille Johans van Denemarcken, Zweders, Jacops, Didericx mynre neven, Joncfrou Clemeynsen, Joncfrou Alyden, ende Joncfrou Goeden mynre nichten voirseit mynen segele aen desen brief gedaen &c. Ende ic Gheryt Aernouts sone kenne ende lye, dat Joncfrouw Clemeynse voirseit myn wittelicke wyff &c.* Charta *Ann.* 1387. *Alle den genen die desen brieff sellen sien of horen lesen, doe ic verstaen, Willem van Boechout Rechter in den Westbroeck; van Vrouwe Alienoren wegen Vrouwe van Zuylen &c.* Ann. 1482. *Doe ic verstaen Ryquyn van Poelwijck Schout tot Zuylen in mynre liever Jofferen gerechte van Nyenrode Vrouwe van Zuylen &c.* Ex Senatus Ultrajectini Actis *Ann.* 1513. *des Vrydaghs na divisio Apostolorum: Myn Vrouw van Reness van Rynauwen bracht een libel haer overgegeven van Willem van Oostrum, &c.* Nec mirum, quod *Joncfrouwen.* Ex *Joncfrou Juffrou* per syncopen. *Juffrou* autem etiam anus, ut notum hodieque. Et ita quidem olim. Verum pergamus.

CAPUT V.

Quinam Principes. Quinam Duces. Patricii, Zostæ, Patriciæ. Patriciatus insigne. Ducis bellicum olim munus. Hertogh seu Hertzog. An provinciæ etiam rector. An idem Comes quod Dux. Varii generis olim Comites. Comitiva. Comitatus. Comitatus pro aula. Comitatenses qui.

Princeps generalis vox. Deus ipse etiam Princeps, ut alibi apud Tullium. Rex etiam, Imperator. Ita passim in jure, *l.* 16. *§.* 1. *ff. de h. qu. ut ind. l* 67. *ult. ff. de leg.* 2. *l. un. C. de nov. Cod. fac. pr. l.* 1. *§.* 1. *C. de vet. jur. enucl.* Tacit annal. 1 pr. *Lepidi atque Antonii arma in Augustum cessere, qui cuncta discordiis civilibus fessa nomine principis sub imperium accepit.* Ibid. *Non aliud discordantis patriæ remedium fuisse, quam ut ab uno regeretur. Non regno tamen neque dictatura, sed principis nomine con-*

 stitutam

stitutam rempublicam. Ita & Justinianus sacratissimus princeps, *pr. proœm. Inst. & Cod.* Cicer. *Pythagoram ferunt Phliuntem venisse, cumque cum Leonte principe Phliasiorum disseruisse.* Planudes vertit, μετὰ Λεοντος τῶ Φλιασίων τυράννε. Quod in quaque re primum, & qui in quaque re primus, Dux ordinis, ἡγεμὼν, & quem nemo præcedit, *Princeps.* Sic *Princeps* Senatus, *princeps* juventutis, apud Tacitum, Livium, Suetonium &c. Vellej. Patercul. 2. *hist.* 119. *Exercitus omnium fortissimus, disciplina, manu, experientiaque bellorum inter Romanos milites princeps.* Dux idem quod princeps. Et hinc quod apud Ciceronem, *Principem se ducemque alicui præbere,* Græci ἡγεμονεύειν τινὶ vertunt. Vulgo tamen distinguuntur jam. Et pro rei circumstantiis *Princeps* augustius quid. In Imperio Germanico Electores, quamvis Duces, non dicuntur tamen Duces, sed velut per excellentiam *Principes* Electores. Apud Francos regnantibus adhuc Merovingis raro *Principum* mentio. Frequens Ducum & Comitum. Reges ipsi, quamvis Principes, raro Principes tamen dicti. Vix nomine hoc etiam usi, Romani Principis velut proprio. Pro magno id habuit beneficio Chlodoveus Francorum rex, quod Anastasius Imp. eum Consulem dixisset. Greg. Turonens. *lib* 2. *hist. cap.* 38. *Igitur ab Anastasio imperatore codicillos de consulatu accepit, & in basilica beati Martini tunica blattea indutus est & chlamyde, imponens vertici diadema. Tunc ascenso equo, aurum, argentumque in itinere illo, quod inter portam atrii & ecclesiam civitatis est, manu propria spargens voluntate benignissima erogavit.* Carolus Magnus Francorum rex, tot victoriis illustris, quamdiu nondum Imp. *Patricii* titulo contentus. Sic apud Baluzium *to.* 1. *Capitul. ad. Ann.* 774. *Karolus gratia Dei Rex Francorum & Longobardorum & Patricius Romanorum viro venerando & fratri carissimo Offano Merciorum Regi salutem, honorem, & amorem.* Add. *p.*201. 203. & 255. *ibid.*

Per emphasin *Romanorum.* Nam in Gallia etiam Patricii. *Regis* dicti *patricii.* Genus dignitatis quod inventum ibi & admissum. Greg. Turonens. 5. *hist.* 31. *Mummolus vero patritius Guntchramni regis cum magno exercitu &c.* Idem 4. *hist.* 24. *Celsum patriciatus honore donavit virum juris lectione peritum.* Add. Chron. S Benign. *ad Ann.* 589. & *Ann.* 602. Alteserr. *ad Greg.* 2. *epist.* 33. Apud Græcos *Patricia* etiam. Cedren. 2. *hist cap.* 254. Διαδήματι ἡ τῆς Θεοδώρας καταστεφθείσης, καὶ ἡ ταύτης Θεοκτίστη ζώστη τε καὶ πατρικία τιμηθεῖ, *Coronata Theodora mater quoque ejus Theoctista Zosta & patriciæ dignitate ornata est.* Idem *cap.* 336. Εἰς τὸν βασιλέα ἀνασώζεται, τιμηθεὶς μάγιστρος, καὶ ἡ τούτου σύζυγος ζώστη, *Salvus ad Imperatorem perfertur, ab eoque magistri ipse, uxor Zostæ honore afficitur.* Zostæ, id est, Cinctæ. Cingulum enim seu zona Patriciatus insigne. Cassiodor. *lib.*

lib. 6. var. cap 2. Hinc est, quod & honor ipse cinctus est, nihil jurisdictionis habens, & judicantis cingulum non deponens &c. Nam mox ut datus fuerit, in vitæ tempus reliquum homini fit coævus, ornatus individuus, vinculum fidele. Nihil jurisdictionis, dicit. Nam Patricii, qui Constantinopoli, consiliarii tantum Principum. Apud Francos plerumque etiam provinciarum Præfecti. Fredegarius *cap.* 55. *Ann.* XXVII. *ejusdem regni Leugisistus a Guntchramno Patricius partibus Provinciæ ordinatur.* Idem *cap* 24. *Defuncto Vandalmaro Duce in pago Ultrajurano & Scutingorum Protadius patricius ordinatur.* Altesert. ad Gregor. Turonens. 2. *hist.* 24. Patriciatus, Præfectura. Patricius Dux, Comes. Vita S. Leodegarii apud du Chesne *to.* 1. *hist. cap.* 5. *Vir quidam nobilis Hictor nomine, qui tunc regebat in fascibus Patriciatum Massiliæ. & cap.* 11. *cum Adalrico Duce, quem ipsi volebant Patricium fieri provinciæ, ut patriam subjugarent.*

Ducis apud Romanos, ut & veteres Germanos, olim bellicum tantum munus, quo & bello finito rursum se abdicabat. Dux, qui præerat exercitui. Στρατηγὸς Græcis, ἡγεμών. Ab exercitu ducendo. Germanis *Hertog* seu *Heerzog*. *Herizoh* scripsit Otfridus Wisseburgensis, & sic Pontium Pilatum vocat *p.* 427. & 457. Vellej. Paterc. 2. *hist.* 119 *Exercitus omnium fortissimus, disciplina, manu, experientiaque bellorum inter Romanos milites princeps, marcore Ducis, perfidia hostis, iniquitate fortunæ circumventus.* & mox: *Duci plus ad moriendum, quam ad pugnandum, animi fuit.* Tacit. *lib.* 4. *hist. Igitur ipse rebellis familiæ nomine placuit, impositusque scuto more gentis, & sustinentium humeris vibratus, dux deligitur.* Unde & Dux etiam Rex ipse. Prosperi Chronicon: *Roma a Gothis Alarico Duce capta.* Procop. lib. 1. Gotthic. φράγγων δὲ τότε ἡγεμόνες ἦσαν ἰλδίβερος τε καὶ θευδίβερτος, καὶ χλοαδάριος, *Francorum autem Duces Ildibertus, Theodibertus & Clotharius tum erant.* Cæsar. *lib.* 9. *de bell. Gall. Atque ubi quis ex principibus se dixit ducem fore, qui sequi velint, profiteantur.* Nisi bello exorto, ut ait Witichindus, a Germanis non delectus. *Quo peracto*, verba hæc Witichindi sunt, *æquo jure ac lege, propria contentus potestate unusquisque vivebat.* Conring *de urbib. Germ. th.* 51. Provinciis Duces non impositi, nisi sero, & vix nisi limitaneis, præsertim postquam jam imperium Constantinoplim translatum. Audita tum Ducum nomina, Isauriæ, Arabiæ, Palestinæ, Thebaidos, Mosopotamiæ, Osrhoenæ, Phœnices, Syriæ, & Eufratensis. Vid. *Notit. imp.* Conring. *de Ducib. & Com. th.* 9. Sed utrum hac ratione dicas Ducem, an Præsidem, an Præfectum &c. parum puto ad rem facit. Comitem etiam si voces eodem res redibit. Nam & Comes Præfectus. Et id extra controversiam. Sic Comes Africæ, Orientis, Ægypti, Isauriæ, Italiæ &c. Etiam Lycaoniæ, ut in Actis SS. *Ciryci & Julittæ*

apud Combefis, ἐπὶ Δομετιανοῦ Κόμητος καθεστῶτος τῆς Λυκαονίας. Olim non Præfectus, sed Assessor Præfecti, *l. diem functo 4. ff. de off. adsess. l. 1. §. sed etsi 8. ff. de extr. cognit. l. 5 ff. de l. Jul. rep.* Adjutor, auxiliator domi militiæque. Tacit. *de morib. Germ. Principes jura per pagos vicosque reddunt, centeni singulis ex plebe comites, consilium simul ac auctoritas adsunt.* Ibid. *cap. 15. Cum ventum in aciem, turpe principi virtute vinci, turpe comitatui virtutem principis non adaquare,* & mox: *Principes pro victoria pugnant, comites pro principe.* Alciat. *ad tit. C. de excus. artific.* Cujac. 1. *obs. 25.* Freher. orig. Palat. *cap. 1. & 2.*

Comes, quod in comitatu. Ut comes viæ, itineris. Iidem clientes, devoti, comites, ambacti, apud Cæsarem, apud Tacitum. Iidem Soldurii. Vid. Velser. *lib. 1. de reb. Boic.*

Sed varii generis dein Comites. Etiam ante Constantinum. Primum dicti sic inprimis, qui in Principis comitatu. Qui in aula, in consistorio. Qui & Principis amici, familiares, collegæ, *l. 17. pr. ff. de jur. pat. l. 11. C. Th. de bon. vacant.* Spartian. *in Hadrian. Cum judicaret, in consilio habuit non amicos suos solum & comites, sed etiam jurisconsultos, & pracipue Julium Celsum* Idem: *Optimos quosque de senatu in contubernium imperatoriæ majestatis adscivit.* Et horum alii primi ordinis. Secundi alii, & tertii. Nam nec omnes apud Principem eodem gradu dignitatis. Tacit. de morib. Germ. *Nec rubor inter comites aspici. Gradus quin etiam & ipse comitatus habet, judicio ejus, quem sectantur.* Lamprid. *in Alexandr. Tanta illum moderationis fuisse, ut amicos non solum primi loci ac secundi, sed etiam inferioris ægrotantes viseret.* Salmas. *ad Trebell. Pollion. in xxx. Tyrann.* Dignitas Comitiva. Et primi ordinis Comitiva, qua Professores decorantur, qui singulari peritia, & studio indefesso viginti annos docuerunt, *l. un. C. de Profess. qui in urb. Constant. junct. l. un. C. de Comit. & Archiatr. l. un. C. de Comit. qu. provinc.*

Ex his lecti magistratus. Comites ex his lecti sacrarum largitionum, rerum privatarum, sacri palatii, sacri patrimonii, Archiatrorum &c. Vid. *titt. C. de offic. Com. sacr. larg. de offic. Com. rer. priv. sacr. patr. &c.* Cassiodor. 6. *var. 7. & seqq.* Ex his qui provinciis cum imperio præessent. Ex his item rectores militum, alarum, cohortium. Magistri militum etiam Comites. Nec Magistri tantum militum. Qui inter vexillationes etiam sub iisdem militabant. Sic apud Ammian. 29. *hist.* Theodosius Magister militum, *Comes*, ait, *Valentiniani sum orbis terrarum domini.* Ambrosius *epist. ad Eugenium Augustum: Aderat*, inquit, *amplissimus honore magisterii militaris Bauto Comes.* Ammian. *lib. 15. hist. Seniauchus qui equestrem turmam Comitum tuebatur.* Hinc alii Comites Clibanarii, alii sagittarii, seniores, juniores &c. Idem 18. *hist. Aderat Comitum quoque sagittariorum*

pars

pars major, equestres videlicet turmæ, ubi merent omnes ingenui barbari.

Ratio nominis ex eo, quod missi e Comitatu, id est, aula, familia. *Comitatus* pro aula. Gloss. Vett. Κομιτᾶτον λέγουσι τόπον, ἐν ᾧ διάγει ὁ βασιλεύς. Ammian. Marcell. *lib* 9. *Lollianus provocavit ad Principem, & jussus ad Comitatum duci &c.* Cassiod. 7. *var.* 34. *& seq. &* 9. *var.* 13. Angel. de Nuce *ad Chron. Casinens. n.* 641. Et hinc Comitatenses, qui semper in palatio & in obsequiis Principis. Gloss. *ibid.* Κομιτατήνσιοι, οἱ ἀεὶ τῷ παλατίῳ προσεδρεύοντες.

Caput VI.

Francorum duces Gotthorumque. Comes urbis tantum rector. Dux totius provinciæ. Comes similis episcopo. Dux metropolitano. Comes duci dicto audiens. Ducatus, Comitatus. Comitatus pro provincia. Archiducum origo.

Apud Francos porro, & similiter apud Gotthos, & Longobardos, qui ejectis Romanis non multum primitus discessere ab eorundem institutis, Duces etiam & Comites. Et his rector provinciæ & Dux dictus & Comes. Rarius tamen Comes. Comes proprie urbi præerat. Dux toti provinciæ. Et quam maxime id observandum. Comes pagi primum rector, aut civitatis, aut oppidi. Sigebert. *ad Ann.* 759. *Urbem Arvernis capit, & Bladinum urbis Comitem abducit.* Idem *ad Ann* 984. *Urbem Verdunum & Godefridum ipsius urbis Comitem capit.* Paul. Diacon. *lib.* 5. *de gest. Langob. cap.* 16. *Trasemundum, qui dudum Capuæ comes fuerat.* Gregor. Turonens. 6. *hist.* 22. *A Nonnichio Lemovicinæ urbis Comite.* Dux totam cum imperio obtinebat provinciam. Idem 2. *hist* 20. *Eoricus autem Gothorum rex Victorium Ducem super septem civitates præposuit. Qui protinus Arvernos adveniens civitatem addere voluit.* Idem *lib.* 8. *cap.* 18 *Nicetius per emissionem Eulalii a Comitatu Arverno submotus Ducatum a rege expetiit, datis pro eo immensis muneribus, & sic in urbe Arverna, Ruthena, atque Ucetica Dux ordinatus est.* Eod. *lib. cap.*26. *Turonicis vero atque Pictavis Ennodius Dux datus est.* Aimoin. 3 *hist.*89. *Eo tempore Theodebertus ac Theodoricus Vascones domuerunt, Ducemque super eos nomine Genialem instituerunt.* Et quia provinciam, Ducatus idem quod provincia. Sic rerum in Italia potitis Longobardis Ducatus Forojuliensis, Spoletinus, Romanus. Paul. Diacon. *lib.* 4. *de gest. Langobard cap.* 52. *Circa hæc tempora*

pora mortuo apud Forum Julii Grasulfo Duce Forojuliensi Ducatum Ago regendum suscepit. Apud Spoletum quoque Theudelapio defuncto Atto eidem civitati Ductor efficitur. Altescrr. ad Anastas. *in Greg III.*

Uterque ὁ τῶ λαῶ ἄρχων. Officium & munus idem. Bello uterque navabat operam. Greg. Turonens. *lib. 6. cap. 41. Misitque ad Duces & Comites civitatum nuncios, ut muros componerent urbium.* Sed Dux, qui superior, delectum per provinciam Comitibus imperabat, & divisas copias per pagos producebat ad bellum. Idem *lib. 6. cap. 31. Berulphus vero Dux cum Turonicis, Pictavis, Andegavisque, atque Namneticis ad terminum Bituricum venit.* Idem de Antestio duce *lib. 9. cap. 31. Ipse cum Santonicis, Petragoricis, Burdegalensibusque, Agennensibus etiam ac Tolosanis illuc direxit.* Fortunatus ad Lupum ducem:

Antiquos animos Romana stirpis adeptus
Bella moves armis, jura quiete regis.

Uterque etiam in pace juri dicundo præerat, & Dux non minus quam Comes. Fotunatus ad Bodegisilum Ducem Massiliæ:

Justitiam pauper nunquam te judice perdit,
Nec poterit pretio vertere vera potens.

Et paulo post:

Qui patrias leges intra tua pectora condens
Implicita causa solvere fila potes.

Sed Comes Duci dicto audiens. Sub Duce erat Comes. Altescrr. ad Greg. Turonens. 9. *hist.* 7. Comes simi.is episcopo. Dux metropolitano. Walafrid. Strabo *de reb. ecclesiastic. cap. 31. Archiepiscopos, qui ipsis Metropolitanis præminent, Regibus conferamus. Metropolitanos autem Ducibus comparemus, quia sicut Duces singularum sunt provinciarum, ita & illi in singulis provinciis singuli ponuntur, &c. Quod Comites vel præfecti in seculo, hoc episcopi ceteri in ecclesia explent.* Bignon. *ad Marculf. 1. form 8.* Hinc gradatim Gregor. 7. *epist. 1. Si ego in morte Longobardorum me miscere voluissem, hodie Longobardorum gens, nec Regem, nec Duces, nec Comites haberet.*

Potestas summa utriusque. Sed Ducis tamen major. Ducis extendebat se per universam provinciam. Comitis conclusa erat territorio ipsius urbis. Altescrr. 7. *rer. Aquit.* 11. Et territorium id Comitatus. Otto Frisingensis *de reb. gest. Frid Barbaross. lib. 2. cap. 13. Vixque aliquis vel vir magnus tam magno ambitu inveniri queat, qui civitatis sua non sequatur imperium. Consuerunt autem singuli singula territoria ex hac comminandi potestate Comitatus suos appellare.* Comes idem quod Præfectus. Comitatus, quod Præfectura, quod districtus, quod territorium. Gunther. 5. *carm. vers.* 199.

Impositum scapulis ad contigui Comitatus
Cogatur per rura canem confinia ferre.

Imo

Imo & quod Dominium. Charta Henrici IV. apud Schotan. *lib.* cui titulus, *Beschryvinge ende Chronyck van d'Heerlickheyt van Frieslant cap.* 9. *Comitatum quendam de Staveren in proprium tradendo firmavimus &c. ut idem Conradus episcopus eundem comitatum possideat.* In alia, quæ sequitur *quendam Comitatum Frisiæ nomine Ostrogouwe & Westrogouwe.* Unde & Frisiæ Dominum, *de Heerlickheyt van Frieslant*, Frisiæ dicitur Comitatus in charta apud eund. *d. cap. Statuimus igitur, ut æque participent de prædicto Comitatu Frisonum, episcopus videlicet & Comes, & neuter eorum alio majus habeat in hoc Comitatu commodum vel proficuum: ambo concorditer eligent sibi Comitem, qui vices eorum gerat in prædicto Comitatu. In Comitatu Trente* in charta est apud Hed. *hist. Ultraj. p.* 120. Add. eund. *p.* 138. *in Conrad. episcop.* Pontan. *lib. 6. orig. Francic. cap.* 15.

Provinciæ unus tantum Dux, sed Comites tot, quot urbes. Abbas Urspergensis: *Tassilo tamen postea evocatus ad regem neque redire permissus est, neque provincia, quam tenebat, ulterius duci, sed comitibus commissa est.* Adam. Bremens. *lib.* 4. *cap.* 5. *Ipse enim cum teneat omnes Comitatus suæ parochiæ, Ducatum etiam provinciæ gubernat.* Nec obstat, quod alibi Abbas Urspergensis *de gest. Langob. Post cujus mortem Longobardi regem jam per annos decem non habuerunt, sed duces: unaquaque civitas suum ducem.* Nam civitas idem hic, quod diœcesis, provincia. *Canton*, ut Helvetii dicunt. Variat vocum significatio. Sic apud Robert. Monach. *lib.* 4. *hist. Provincia quidem est, quæ unum habet Metropolitanum, duodecim consules, & unum regem.* Rex idem hic, quod Dux, ut & Consul, quod Comes. Hinc Annal. rer. gestar. a Pipin. rege *ad Ann.* DCCXLVIII. *Domumque reversus Grifonem ducum more* XII. *Comitatibus donavit.*

Ducis ducum seu Archiducis appellatio serius demum nata. Primus eam Bruno frater Ottonis I. Ducatum nactus Lotharingiæ ob fastum ecclesiasticum, nam Archiepiscopus Coloniensis, insolenter assumpsit, ut scribit Paul. Æmil. 3. *hist.* Sigebert. *ad Ann.* 959. *Bruno Archiepiscopus & Archidux Lotharingiæ secundas partes in regno fratris sui potenter administrans &c.* A ceteris titulus hic omissus. Austriis tantum usitatus jam. Austria olim Marchia, & quæ Bavaris subjecta. A Bavaria sejunxit, & in Ducatum mutavit Fridericus Barbarossa. Stero Altahensis ad *Ann.* 1152. Theodoric. Engelhusius apud Mader. *antiq. Brunsvic. p.* 69. Gobelin. Person. *Cosmodrom. ætat.* 6. *cap.* 60. Diploma in Chronico Augustensi est ad *Ann.* 1156. & apud Miræum 2. *don. Belg. cap.* 52. Dico in Ducatum. Nam Ducatus tantum mentio. In ipsa etiam charta. Gunther. *lib.* 5.

Nominis antiqui patruo vir mitis honorem
Servat, & esse novum jubet Austria rura ducatum.

Ibid. in fin.

Mar-

Marchia tum tellus erat hac, nunc vero ducatus.

Quando Archiducatus nondum adhuc satis constat. Serius titulus hic assumptus, & forsan propter verba, quæ in charta apud Miræum: *Si quibusvis Imperii curis publicis Dux Austriæ præsens fuerit, unus de Palatinis Archiducibus est censendus.* Suspicari sic possis. Sed absunt verba hæc a charta, quæ in Chronico Augustensi. Et qui hi Archiduces? Add. Otton. de S. Blasio *cap. 6.* & Histor. fundation. *cœnobii Melicensis* apud Lambec. *lib. 2. comm. de Biblioth. Cæsar. cap.* 8.

CAPUT VII.

Comites qui Ducum instar. Duo unius civitatis. Provinciis etiam præfecti. Quæ ipsorum potestas. Comitatus pro aula, pro pensione, aut tributo. Britonum reges. Vicarii, Vicecomites, Vicecomitia. Vicaria. Emendata inscriptio can. hæc quippe 3. qu. 6.

Erant alibi tamen Comites, qui Ducem super se non habebant, sed pari potestate provinciis præerant ut Duces, ut Comes Campaniæ, Comes Andegavensis, Tolosæ, Britanniæ. Greg. Turonens. *hist. lib.* 4. *cap.* 4. *Nam semper Britanni sub Francorum potestate post obitum Regis Clodovei fuerunt, & Comites non reges appellati sunt.* Fredegar. *hist. cap.* 78. *Exceptis Comitibus plurimis, qui Ducem super se non habebant.* ub. & Altesferr. Britannis primum erant reges, sed tres tantum, quatuorve, Mormanni regis meminere Annal. Bertiniani *ad Ann.* 818. Judicail Gesta Dagoberti apud du Chesne *to.* 1. *hist. cap.* 38. Arastagni Turpinus, *de gest. Car. Magni cap.* 11. *&* 29 Ultimus fuit Salomon, successor Herispoji Annal. Metens. *ad Ann.* 866. *in fin.* Meminit Regino etiam 3. *Chron.* & Joannes *Papa* VIII. in epistola ad eum scripta, relata in *can. hæc quippe* 3. *qu* 6. Sed ibi pro *Joannes* scribendum *Nicolaus.* Nam ad tempora Joannis *Papæ* Salomon non pervenit, ut ostendit Sirmond. *antirrh. adv. Aurel. lib.* 2. *cap.* 3. Comites tum creati, *cap. ex tenore ext. de for. comp. cap accedens ext. ut lit. non contest.* Et tandem etiam Duces. *c. non furem* 7. *qu.* 1. Greg. Turonens. *d. loc.* Aimoin. *lib.* 3. *hist cap.* 23. *&* 31. Altesferr. *ad Gregor* 4. *hist. pr.* De Britannis loquor, qui in Gallia, quam vi Saxonum olim pulsi occuparunt Britanni. Armorica olim, Cornu Galliæ. Fragmentum Francicæ historiæ apud

apud Pithæum: *Pulsi a Britannica insula dudum a Saxonibus eandem regionem, quam modo incolunt, sibi vindicantes appellavere a sua gente Britanniam, quæ prius Cornu Galliæ dicebatur.* Poeta vetus Saxonicus ad *Ann.* DCCLXXXVI. apud du Chesne 2. *hist.*

Cumque novas Angli sedes sibi quærere vellent
Saxonesque simul hanc invasere feroces,
Expulsi statim veteres cessere coloni.
Maxima pars quorum fugiens mare transiit, atque
Galliæ quæ fines habet extremos, ibi tandem
Fluctibus Oceani quæ proxima viderat arva
Detinuit.

Alibi duo etiam Comites unius civitatis. In supplemento ad Fredegarium: *Uniberto & Ghiselario Comitibus Bituricæ civitatis.* Plures uni si parerent, Dux hic potius, quam Comes. De Principe Noricorum, cui novem Comitatus Pipini tempore in Bavaria, Fragmentum Chronici Ilminensis *to.* 4. *antiq. lect.* Gesta Aldrici Cenomanensis episcopi apud Baluz. *tom.* 3. *miscell. cap.* 1. *Rex autem hæc audiens oppido tristatus est, promittensque ei duodecim & amplius comitatus se daturum.* Add. Sigebert. *ad Ann.* 748. Abb. Ursperg. *ad Ann.* 749. Aimoin. *lib.* 4. *hist. cap.* 6. *& lib.* 5. *cap.* 11. Annal. *rer. gest. a Pipino rege ad Ann.* 748. Annal. Bertinian. *ad eund. Ann.* Albert. Abb. Stadens. *ad Ann.* 749. Conring. *de jud. German. cap.* 83.

Sed Caroli Magni inprimis, & quæ secuta est ætate, provinciarum Rectores etiam Comites dicti. Aimoini Continuator 5. *hist.* 48. *Comes Nortmannorum Willelmus.* Idem 5. *hist. Raimundus comes provincialium.* Idem *cap. seq. Fulconi Rechin Andegavensium comiti.* Ibid. *comes potentissimus Britanniæ Conanus, comes egregius Nivernensis &c.* Annal. rer. a Ludov. Pio gestarum *ad Ann.* 828. *Bonifacius comes, cui tutela Corsicæ insulæ tunc erat commissa.* Unde & sæpe id occurrit: *In præsidatu Cunradi Comitis. In Comitatu Henrici, Bernarii, Rotwigi, Thietmari &c.* Heda in vita Balduini episcopi: *In pago Thriente vocato, qui est in Comitatu Everhardi.* Ibid. *In pago Interlako, qui est in Comitatu Radtbodonis.*

Comitatus pro provincia, ut & dixi paulo ante. Annal. Fuldens. *ad Ann.* 873. *Classem duxit in regnum Ludovici regis, in comitatum scilicet Abdagi regis.* Alibi idem quod pensio e comitatu præstanda. Charta in tabulario S. Judoci Guidonis Comitis Pontivi: *Confirmo ecclesiæ S. Bertini Comitatum totius terræ suæ apud Sauvingham.* Dagoberti regis Charta apud Henschen. *de trib. Dagobert. lib.* 1. *cap.* 5. *& omne quod ad fiscum nostrum hactenus pertinuit, excepto Stipe & Comitatu, ex eo nihil dimittentes tradimus &c.* Add.

chart. apud Miraum notit. eccles. Belg. cap. 91. *& cap.* 114. *&* 119. *in fin.* Ibid. *cap.* 122. *omnes consuetudines & Comitatum, & quicquid ad me pertinebat de terra &c.* Charta apud eund. *Cod. piar. don. cap.* 68. *Ad quos ego postea in augmentum concessi quasdam partes circumjacentes, plane sextum mansum continentes, ab omni comitatu & censu tributario liberas & expertes.* Add. *ibid. cap.* 75. Alibi idem quod aula, ut & statim jam dixi. Eginhart. *in vit. Carol. Magn. Jactabat etiam se brevi Aquisgrani, ubi regis comitatus erat, cum maximis copiis perventurum.* Add. Gesta Aldrici Cenomanens. episcopi *cap.* 40. Chron. S. Benigni apud d'Acher. *to.* 1. *Spicil. p.* 40. Freher. *de orig. Palat. lib.* 1. *cap.* 7.

Nec desiit tamen statim vocari Comes, qui urbi præerat. Ottonum adhuc tempore appellatio hæc usitata, sensim deinceps demum desiit. Regino ad *Ann* 889 *Ducatus, quem tenuerat, & strenue rexerat, Odoni filio Ruodberti ab Imperatore traditur, qui ea tempestate Parisiorum comes erat.* Idem ad *Ann.* 894. *Castrum, quod nuncupatur Pergamum, armis cepit & Ambrosium comitem ipsius civitatis laqueo ante portam ipsius urbis in quadam arbore suspendit.*

Potestas etiam non tam aucta, quam Præfectura & territorium. Nam & Comites civitatum habebant summum imperium. Urbi præerant & judiciis. Præerant jurisdictioni & civili & criminali. Gregor. Turonens. 8. *hist.* 18. *Gundovaldus autem Comitatum Meldensem super Werpinum competiit, ingressusque urbem causarum actionem agere cœpit.* Idem *de vit. Patrum cap.* 8. *Nam vidi ego quodam tempore Presbyterum missum ab eo ad Armentarium Comitem, qui Lugdunensem urbem in his diebus potestate judiciaria gubernabat.* Idem 6. *hist. cap.* 37. *Incusatus fuerat ab Innocentio supradicta urbis comite &c. Verum ubi viam carpere cœpit, iterum ab antedicto comite captus, & ad Ponticonem villam deductus, multis suppliciis est adfectus &c.* Add. *ejusd. lib. cap.* 8. & eund. 3 *mirac. cap.* 53. Car. Magn. Capitul. *lib.* 2. *cap.* 6. *& lib.* 5. *cap.* 5. Et non simpliciter tantum urbi. Pagis urbi subjectis etiam. Pagos etiam lustrabant, & per vicos jus reddebant. Gregor. Turonens. 8. *hist.* 18. *Exinde dum pagum urbis in hoc officio circumiret, in quadam villa a Werpino interficitur.* Nec per se semper. Per vicarios, qui per ipsorum absentiam justitiam administrando ipsorum vices sustinebant. Greg. Turonens. 10. *hist. cap.* 5. *Responderunt hoc Animodi Vicarii dolo, qui pagum illum judiciaria regebat potestate factum fuisse, protinusque directis Rex literis ad Comitem urbis, jubet, ut eum vinctum in præsentia Regis dirigeret.* Add. Altefer. *ad eund.* 8. *hist.* 18.

Et hi qui Vicecomites in epistolæ inscriptione Joannis VIII. Papæ, quam Ivo Carnotensis habet *decret. part.* 3. *cap.* 98. *Omnibus episcopis, Comitibus, Vice-*

Vicecomitibus, Centenariis, judicibus Catholicis in Hispania & Gothia &c. Unde & Vicecomitiam Vicariam interpretatur Orderic. Vital. *hist. ecclef. lib.* 5. *Vicecomitiam, id est, Vicariam* (sic legendum non *viariam*, ut monuit Alteserr. ad *Gregor. epist. lib.* 7. *epist.* 20.) *quantam habebant in villariis vallatis.*

CAPUT VIII.

Comitis domicilium. Ubi is jus dixit. An in locis exemptis, & Quæ loca exempta. An diœcesis Trajectina. An nullus ibi Comes, Advocatus. Vicedominus.

Episcopus interdum aderat. Saltem nonnunquam. Nam plerumque hic ubi Comes habebat domicilium. Appendix formularum Marculfi *cap.* 6. *Veniens magnificus vir ille, die illa, illa civitate, in mallo publico, ante inlustre viro illo Comite, & ante apostolico viro illo, vel præsentibus quampluribus viris venerabilibus Rachimburgis &c.* Add. *cap.* 3. *ibid.* Caroli Magni Capit. *lib.* 5. *cap.* 182. *Et episcopi consentientes sint Comitibus & judicibus ad justitias faciendas.* Chronic. S. Benign, apud d'Achery to. 1. *Spicil. p.* 414. *Residens Isaac episcopus & Odo Comes, vel cæteri Missi Dominici, in Luco villa, in mallo publico ad res audiendas vel judicandas, venit Alcandus Advocatus sancti Benigni &c.* Sic & Comes & episcopus Atrebati, Ambianis, Cameraci, Leodii, Hamburgi &c. Vid. Miræ. *Cod. piar. don. cap.* 44. Caroli Magni Capitula *lib.* 2. *cap.* 25. *In Vesontio, quæ est diœcesis Bernoini Archiepiscopi Heiminus episcopus & Menogoldus Comes. In Moguntia, quæ est diœcesis Archiepiscopi Heistulfi idem Heistulfus episcopus & Adalbertus Comes. In Colonia Hadabaldus Archiep. & Ermundus Comes &c.* Karlomanni Capitulare *Ann.* DCCXLII. *Unusquisque episcopus in sua parochia sollicitudinem adhibeat, adjuvante Gravione, qui defensor ecclesiæ est, ut populus Dei paganias non faciat.* Add. Capit. Lotharii *tit.* 3. *cap.* 15. S. Rembert. *in vit. S. Anschar. cap.* 14. Lambec. *orig. Hamburg. part.* 1. *p.* 17. & 23.

Comes & Duci & Principi dicto audiens a Principe constitutus. Præsul quantum ad sacra etiam Summo Pontifici. Neuter alteri subjectus, excepto, quod cum Comes a Præsule constitutus etiam Præsuli dicto audiens. Sensim enim cum cresceret episcoporum ambitio, cum accessisset imperium & secularis jurisdictio, creandi Comites potestatem nonnunquam Præsules etiam nacti.

 Hen-

Henrici II. charta apud Miræum *notit. eccles. Belg. cap.* 78. *Henricus divina favente clementia Rex, omnibus fidelibus notum fieri volumus, qualiter nos tam animæ nostræ consultu, quam venerabilis Heriberti Archiepiscopi Coloniensis interventu Cameracensi ecclesiæ in honore S. Mariæ constructæ, Comitatum Cameracensem, hac nostræ auctoritatis præceptali pagina in proprium donavimus: præcipientes, ut prælibatæ Sedis Eralwinus episcopus suique successores, liberam dehinc habeant potestatem, eundem Comitatum in usum ecclesiæ supra dictæ tenendi, Comitem eligendi, bannos habendi, seu quicquid sibi libeat, modis omnibus inde faciendi.*

Qui a Principe constitutus Comes mallum tenebat, & sedebat pro tribunali, modo intra territorium, ubicunque ubi vellet, locis tamen exceptis, quæ speciatim exempta. In his enim nec ipsi, nec cuiquam judici seculari, ut nec fisco ullum jus. Vid. chart. apud Chifflet. *in probationib. hist. Trenorciens. p.* 447. *& p.* 403. Dicebantur immunitate & libertate hæc donata. Parebant tantum episcopo, Abbati &c. quorum omnis jurisdictio erat. Etiam secularis. Sub regia tantum mundeburde & homines & loca ipsa. Adam. Bremens. *lib.* 2. *cap.* 1. *Adaldagus*, inquit, *primo ut ingressus est episcopatum, Bremam longo prius tempore potestatibus ac judiciaria manu oppressam, præcepto Regis absolvi, & instar reliquarum urbium immunitate simulque libertate fecit donari.* In diplomate Ottonis I. *Quare omnibus constat nos pro Dei amore venerabilis Adaldag, Hammaburgensis ecclesiæ Archiepiscopi, flagitatibus annuentes, construendi mercatum, in loco Bremen nuncupato, illi concessisse licentiam, bannum, & teloneum, nec non monetam, totumque quod inde regius Regi publice fiscus obtinere poterit, prælibatæ conferimus sedi. Nemoque inibi aliquam vendicet potestatem, nisi præfati Pontificatus Archiepiscopus, & quem ipse ad hoc delegaverit &c.* & mox: *Concedimus insuper, ut nullus Dux, neque Marchio, vel Comes, aut alia quædam judiciaria potestas ullam sibi in prædictis omnibus usurpet potestatem, nisi prædictæ sedis Archiepiscopus &c.* Posset pluribus id probari, sed res satis manifesta est. Et diœcesis Trajectina etiam præstat exemplum. Nec hæc subjecta olim ulli nisi soli episcopo. Et nec unquam eo Comes aut judex missus a Principe. Ipsi tum episcopi potentes Principes & illustres. Ipsi tum summi judices, & ab ipsis ad Cæsarem instituta appellatio. Buchel. ad Bekam *in Otton. II.* Diplomata de eo extant Pippini, Ludovici, & Lotharii Impp. apud Hed. *hist. Ultraj. p.* 35. 43. *&* 55. item Zuentibolchi *p.* 63. Ottonis I. *&c p.* 78. *& seqq.*

Summi judices dico. Nam alii inferiores. Scabini scilicet civitatum & Advocatus ecclesiæ. Sed Advocati potestas per universam provinciam. Et penes eum & merum & mixtum imperium. Vir magnæ auctoritatis. Subjectus tamen interim etiam jussis episcopi. Unde & vulgo *Vicedominus*. Adrevald. 1. *de mirac. S. Bened. cap.* 6. *Pontifex Cenomannicæ urbis & lega-*

tos

tos ad eum direxit Flodegarium Archidiaconum, & Aderadum Vicedominum suum. Vita S. Joannis Eleemosynarii *cap.* 48. *Vicedominus sanctissimæ ecclesiæ Alexandrinorum magnæ civitatis.* Sed plura de eo infra. Add. Buchel. *ad Hed. in vit. Willebrord.* & Cæsareum diploma Henrici II. *in vit. Ansrid.* item quod apud Dousam *lib.* 10. *annal. p.* 792. *& seqq.*

Caput IX.

Comes idem quod judex. Graef. Frygraef. Gravio. Graef vox Saxonica. Gerefa. Geresscipe. Portegeresa. Poerters. Poertmeesters. Porta idem quod urbs. Scabini. Rachimburgi. Qui Principes apud Tacitum.

Comes ergo nihil aliud, quam judex, Præfectus, *Amptman.* Urbis scilicet, aut pagi, & territorii circumjecti. Vulgo *Graef, Gravio.* Gesta Dagoberti apud du Chesne *to.* 1. *hist. cap.* 31. *Scaram de electu viris fortibus ex Neustria & Burgundia cum Ducibus & Grafionibus secum habens.* Fredegar. *hist. cap.* 41. *Meroveus Ingobado Grafioni commendatur, ubi plures annos vixit. Graef* idem quod judex. Lex Salica *tit.* 53. *Siquis grafionem ad res alienas injuste tollendas invitaverit.* Sic apud Lindenbrogium est. In Wendelini editione: *Siquis Gravionem ad res alienas tollendum invitaverit.* Eadem *tit.* 56. *Siquis grafionem*, aut ut apud Wendelinum, *Gravionem occiderit.* Ibid. *Si Gravio invitatus ad alterius causam supra legem aut debitum aliquid præsumpserit &c.* Suger. Abbas *de reb. in adm. sua gest. cap.* 23. *Ab oppressione exactorum regiorum, quos dicunt Graffiones.* Add. Chron. S. Benign. apud d'Achery *to.* 1. *Spicil. p.* 385. A γράφειν Lipsius suspiciatur *Lovan. lib.* 1. *cap.* 10. quod judicia peragantur non sine multa scriptione. Atque ita & Wendelin. in *gloss. Salic.* A vernaculo *graven*, quod scribere, sculpere, est Olivar. Vredius *tr. de Comitib. cap.* 13. Ab aureo Regis graphiario, quod in eorum potestate & custodia Chiffletius in *Anastas. Childeric. cap.* 13. Sed sine ullo Auctore veteri. Sunt etiam qui deducunt vel a *Grauw* seu canicie, vel a *graven*, id est, fossis, quod antiquissimæ olim lites de fossis puteisve. Pet. Heig. 1. *quæst.* 2. *n.* 43. *& seqq.* Sed rectius qui glossas scripsit ad Speculum Saxonum: *Ein Graf*, inquit, *bedeut nach alten Sachsischen Deutschen ein Richter, darumb haben diesen Nahmen viel unterscheidene Richter.* Patet ex eo etiam, quod dicitur, *Dyckgraef, Watergraef, Pluymgraef, Frygraef.* Winhof. *jur. Transsal.*

part. 4. art. 2. den Freygraffen oder Richteren. Vid. *infr. lib. 3.*

Greef etiam scribebant. Lexicon Anglo Saxonicum. *Geresa, Procurator, Consiliarius, Præpositus.* Ælfric. *Præpositus, Geresa, ouwe Provost.* A *Greef, Geresscipe, Consulatus.* Consulatus est Comitatus. Consul idem quod Comes, ut latius dicam infra. Leges Eduardi regis *pr. Eduaeurd cyning byt dem Geresum callum*, id est, *Rex Eduardus Præfectis omnibus suis mandat.* Ibid. *Cuning geresa*, id est, *regius judex. Portegeresa*, urbis judex, Præfectus. *Porta* idem quod urbs. Unde & *poerters*, item *Poortrecht*, id est, jus civicum, municipale. In charta Wilhelmi Comitis Hollandiæ Ann. 1315. apud van Hout *in sijn Dienstbouk p. 13. Dat onse lieve ende getrouwe Ridder Hair Dieric Borchgrave van Leyden enen twist hadde jegens onsen Scoute, Scepene, ende Raed, ende gemene poirte van Leyden.* In alia *ibid. p. 19. So wie van den poerteren vochte inde poerte, dien salmen nergent leeden, of voeren buten der poerte tegens sinen wille, noch binnen de poerte te leggen, of houden jegens sijnen wille, alse veeren als hi binnen der poerte heeft, daer bi of genoech doen moge, of borchtochte, of ander sekerhede.* Add. *ibid. p.* 20. 21. & 22. In charta Wilhelmi V. *ibid. p.* 30. *Al onsen ghemeinen landluyden, Edel ende onedel, Poerten ende Dorpen.* Florentii Comitis Hollandiæ charta apud Schotan. *de Domin. Fris. cap. 9. Alle boeten die gevallen binnen der poerte, die sijn ons half, ende der Schepenen ende poerte van Staveren d'andere helft.* Add. & Wilhelmi Hannonii *Ann.* 1310. apud Boxhorn. *Chron. Zel. part. 1. p.* 291. Chron. Rhythmic. *in Joann. 1.*

Alsmen dit heeft gehoert,
Ghinc haer wapenen die poert,
Jonc out, mere, ende minder.

Poortmeesters occurrit etiam. Qui non Consules, ut nonnulli, sed Ædiles, Thesaurarii, ut *ibid.* van Hout docet *p.* 38. Scabinis postponuntur certe in charta *ibid. p.* 36. *Minen lieven ende gheminde Scoute, Scepene, ende portemiesters van Leyden. Poortmeesters* haud dubie, quod urbis portas curarint sartas tectas, ut & mœnia. In alia *ibid. Item Zo sellen die Poert meesters die nu sijn, of namaels wesen sullen, ghien timmeringhe an nemen van der Stede wegen an vesten, an poorthuise, noch ander stedehuys, ten si bi rade, ende goetduncken der meesten hope van den Gerechte, ende der Vroetscap vander Stede, ende waer dat sake, dat die Poertmeesters alle te samen, of een, of twie bisonder, Zulke tymmeringhe, als voirscr. staet an namen by hem selven buten den Gerecht ende der Vroeschap, wes cost dat si daer in leyden, daer en soud men hoer rekeninghe niet of horen, noch die stede en soude dien cost nyet ghelden.*

Sed qui Comites apud Francos hi Principes apud Tacitum de morib. German.

man. *Eliguntur*, inquit, *in iisdem conciliis & Principes, qui jura per pagos vicosque reddunt.* Cæsar. 6. *de bell. Gall. In pace nullus est communis magistratus, sed Principes regionum atque pagorum inter suos jus dicunt, controversiasque minuunt.* Comes Principis assessor tum. Tacit. *ibid. Centeni singulis ex plebe comites, consilium simul & auctoritas adsunt.* Et id comes in *l.* 4. *ff. de offic. adsess. lib.* 5. *ff. de leg. Jul. repet.* Conring. *de urb. Germ. th.* 49.

Apud Francos non assessor, sed contra ipsi Assessores Scabini, Racimburgi. Lex Longob. *lib.* 2. *tit.* 41. *cap.* 4. *Ut in omni comitatu hi qui veraces & meliores inveniri possunt* (sermo est de Scabinis) *eligantur a Missis nostris &c. & adjutores sint Comitum ad justitias faciendas.* Caroli Magni diploma apud Meibom. in Vindic. Billing. *Quapropter in illa parte Saxoniæ Trutmannum Virum illustrem ibidem Comitem ordinamus, ut resideat in curte ad campos, in mallo publico, ad universorum causas audiendas &c. superque Vicarios & Scabinos, quos sub se habet, diligenter inquirat, & animadvertat, ut officia sua sedulo peragant.* Lex Salica *tit.* 52. §. 3. *Tum grafio congreget secum septem Rachimburgios.* Vett. Formul. incerti Auctoris *cap.* 1. *Et dum hæc causa apud ipsum Comitem vel ipsos Racimburgios diligenter fuit inventa vel inquisita &c.* Add. Chron. S. Benign. apud d'Achery *to.* 1. *Spicil. p.* 414. Wendelin. *gloss. in Rachimburgius.* Lindenbrog. *formul.* 169. Lambec. *orig. Hamburg. lib.* 1. *pag.* 23. *Rachimburgi* non a *racha*, id est, causa, ut Wendelinus vult, & secutus eum du Cange, sed a *Raeth* potius & *Burger*, quod sint cives, qui adsunt Comiti, & eum juvant consiliis. *Ratzenburgios* Rhenanus vocat *rer. German. lib.* 2. Contra *Raimburgos* Ademarus Chabannensis ad *Ann.* 855. Sed id monacho condonandum rerum harum, ut videtur, non satis perito. Rollonem etiam Normannum *Rosum* vocat ad *d. Ann.* & Ottonem Imp. *Bajoariorum regem* ad *Ann.* 917. Sed id transeat cum ceteris.

CAPUT X.

Dux, Comes, ad tempus. Quis successor datus, & a quo. Comitatus, Ducatus quando perpetui. An nomen Comiti a territorio. An ab arce, aut municipio. Quando dari ab eo cœptum.

Quicquid sit, de eo constat. Summum Comiti olim jus. Et non minus quam Præsidi. Sed tantum id temporale. Neuter dignitatem trans-

transmittebat ad filios. Successorem dabat Princeps. Et dabat pro arbitrio spatio temporis non adstrictus. Greg. Turonens. 6. *hist.* 45. *Major domus autem Waddo, qui olim Santonicum rexerat Comitatum.* Idem 3. *hist.* 91. *Anno sequenti remotus a Comitatu Palladius Arvernum regressus est. Romanus vero Comitatum ambivit.* Idem 6. *hist.* 22. *Rex igitur pervasis Chilpericus civitatibus fratris sui novos Comites ordinat, & cuncta jubet sibi urbium tributa deferri.*

Idem jus erat Ducis. Quandocunque eum Princeps revocabat, cum vellet. Aimoin. 3. *hist.* 47. *Hos Asclepius officio quondam ducis functus nocte una omnes interemit.* Greg. Turonens. *lib.* 9. *cap.* 7. *Ennodius cum Ducatum urbium Turonicæ atque Pictavæ ministraret, adhuc & vici Juliensis atque Benarnæ urbium principatum accipit. Sed euntibus comitibus Turonicæ atque Pictavæ urbis ad regem Childebertum, obtinuerunt eum a se removeri. Ille vero ubi se remotum de his sensit, ad civitates superius memoratas properat: sed dum in illis commoraretur, mandatum accepit, ut se ab eisdem removeret; & sic accepto ocio, ad domum suam reversus, privati operis curam gerit.* Vid. Alteserr. *de Ducib. & Comit. lib.* 1. *cap.* 5. Diu id obtinuit. Imo & ferme usque ad *Ann.* M. ut patet ex diplomate Henrici Imp. quo episcopo Cameracensi Comitatum Cameracensem donat cum potestate eum tenendi in usum ecclesiæ, Comitem eligendi &c. *Actum Ann.* MVII. Alteserr. *d. loc.* Wendelin. *glossar. ad leg. Salic.*

Siquis forsan aut Dux aut Comes ad finem vitæ, princeps tamen successorem eligebat, quem vellet. Sic tamen ut non neglecti etiam Comitum filii. Regino: *Anno Dominicæ incarnationis* DCCCXX. *Uto Comes obiit, qui permissu Regis quicquid beneficii aut præfecturarum habuit, quasi hereditatem inter filios divisit.* Caroli Calvi Capitulum apud Miræum in *Annal. Belg. Ann.* 877. *fol.* 403. *Si Comes de regno obierit, cujus Filius nobiscum, Filius noster ordinet de his, qui eidem Comiti plus familiares & propinquiores fuerunt, qui cum Ministerialibus ipsius Comitatus, & cum episcopo, in cujus parochia fuerit ipse Comitatus, ipsum Comitatum provideant, sive regant, usque dum nobis renuncietur, ut filium illius qui nobiscum erit, de honoribus illius honoremus.* Et sic apud Francos.

Apud Longobardos Ducatus perpetui fere, & transmissi ad heredes. Paul. Diacon. *lib* 4. *cap.* 40. *Mortuo Gisulfo Forojuliensi Duce, Taso & Cacco filii ejus eundem ducatum regendum susceperunt.* Idem *cap.* 46. *ejusd. lib. Defuncto ergo Arichis, qui Ducatum Beneventi quinquaginta tennerat annis, Ajo ejus filius Samnitum ductor effectus est.* Idem. *lib.* 6. *cap* 39. *Defuncto itaque Gisulfo Beneventanorum duce, Samnitum populus Romoaldum ejus filium ad regendum se sublimavit.*

Apud

Apud Francos id demum factum, cum Regum ignavia, Caroli Simplicis præsertim, & qui eum secuti ex Carolovingis postremi, crevissent procerum sensim opes, & sic sensim ex possessione captassent dominium. Odo Cluniacensis de vita S. Geraldi *lib.* 1. *cap.* 32. *Geraldus quoque sicut Job, frater draconum, & socius strutionum fuisse monstratur, frequenter a quibusdam Provinciarum lacessitus est. Nam reipublicæ statu jam nimis turbato, regales vassos insolentia Marchionum sibi subjugaverat.*

Nec nomen Comiti a territorio, quod & maxime hic observandum. Territorio id dabat Comes. Et hinc est cur dicatur Comitatus Bernhardi, Trutmanni &c. ut Meibomius ostendit in *Vindic. Billingan. p.* 313. In charta Ottonis I. apud Mader. *in antiq. Brunsvic. In pago Heretbago, in Comitia Dietbmari &c. & curtim Salta, sitam in pago Lainga, in Comitatu Luidgeri.* Vid. & chartam Ottonis III. *ibid. p.* 206. & Conradi *ibid. p.* 215. In charta Henrici IV. apud Lindenbrog. *In loco Winethe dicto, in pago Lacnie, in comitatu Heinrici Comitis.* Otho de S. Blasio *Chron. cap.* 11. *Congressi Wernherum Italicum Marchionem præstantissimum cum multis aliis occiderunt, de cujus nomine dicitur adhuc Wernheri marchia.* Cœpit demum post annum MLXX. mos ab arce, aut municipio, aut alio quovis loco derivandi cognomina, ut ex Frossarto, Cambdeno, & Buchanano Dousa adstruit *lib.* 5. *annal.* ubi & pro comperto ait, sibi exploratum, idque ex publicis archivis, titulum Comitis Hollandiæ a nemine usurpatum ante Diedericum ejus nominis V. Vixisse superiores contentos Comitum nomine absque ullo additamento provinciæ, cui præerant. Vid. *p.* 210. *& seqq.*

Cæterum postquam cognomina a provincia, a territorio, Duces dicti indistincte, qui de Ducum progenie, etsi ipsis nulla in Ducatu possessio. Jo. a Leidis *lib.* 29. *cap.* 2. *Itaque Wilhelmus & Albertus prædicti dicuntur duces in Bavaria, non quod Bavariam possidebant, sed quod sanguine Bavarorum nati erant &c. Ducatus enim Austria & Bavaria hoc in se comprehendunt, ut omnes de stipite eorum prodeuntes dicantur Duces utriusque.*

CAPUT XI.

Apud Hollandos quodnam Comitis olim jus. Quando filius primum patris in Comitatu successor. Plures primum in Hollandia Præfecturæ & Comitatus. Vox olim an satis nota. A Carolo Calvo an data Theoderico I. Excutitur diploma, quo plerique id vulgo statuunt. Probatur quod id Simplicis non Calvi diploma. Ubi Zwitherdeshaghe. Ubi Kinnem, Fortrapa. Kinnem pro Hollandia.

Obtinuit autem id, quod dixi, & puto id satis certum, etiam apud Hollandos. Nam & hi haud dubie Francorum, cum paulatim progressi victricibus armis prolatis per Belgium & Gallias, formidabiles reddidissent se. Nomen nondum quidem notum. Bataviæ pars aut Frisiæ. Frisia ingens enim regio, & quæ Hollandiam complexa etiam media ætate. Vid. Lipſ. *Lovan. lib.* I. *cap.* 3. Sed de terris loquor, de provincia, in quam Hollandia jam coaluit. Plures primum in ea Comites. Jus eorum temporale. Nec, qui filius erat Comitis, in Comitatu successor erat. Sensim demum id invaluit Francorum viribus scissis, partim bellis civilibus, partim Normannorum latrociniis perpetuis. Neglecti partim tum Hollandi, partim Principis largitione uni & in unum collati aliquot Comitatus, delatumque ei jus, cum successor non mitteretur, quod in heredes transmitteret. Sed non idem omnes de eo sentiunt. Heda in vita Hungeri episcopi: *Hollandia autem recte describitur, ut ea pars sit, cui Theodoricus Comes a Carolo præfectus fuit, hoc est, in præstariam, sive precariam, uti ajunt, id est, ad vitam suam solum accepit. Nam apud probatos auctores & vetustos Codices invenitur, quod Theodoricus ejus nominis tertius, filius sancti Arnulphi, quartus in ordine Comes interventu Ecberti Treverica urbis Archiepiscopi, patrui sui, suscepit primum in propriam hereditatem ab Ottone tertio rege, quicquid antecessores sui habuerunt in beneficio circa annum Domini* DCCCCLXXXV.

Et ita quidem Heda scriptor, cujus fides videri posset prima fronte nec sublesta, nec levis, ut qui pleraque habet ex archivis Egmondensis ecclesiæ. Verum multa hic, quæ obstant, & quæ fidem ejus multum minuunt. Carolus Calvus nihil dedit. Carolus Simplex est, qui quid dedit. Nec quod dedit, in precarium dedit. Dedit jure hereditario, diu ante Ottonem III. Patet ex charta, quæ & extat apud Dousam *lib.* 5. *annal.* & cujus hoc est exemplum.

In

In nomine Sanctæ & individuæ Trinitatis: Karolus divina propitiante clementia rex Francorum. Regalis celsitudinis est nostros & fideles suos donis multiplicibus honorare. Idcirco notum fieri volumus omnibus Fidelibus S. Dei ecclesiæ præsentibus scilicet atque futuris, quomodo adiens præsentiam solii nostri Hagano, venerabilis Comes expetiit a nostra mansuetudine dari cuidam fideli nostro, nomine Theoderico, quasdam res, ecclesiam videlicet Hecmunde cum omnibus ad eam jure pertinentibus, a loco, qui dicitur Zwtherdeshaghe usque ad Fortrapa & Kinnem. Cujus petitionem benigne, uti decebat, suscipientes, concedimus præfato Fideli nostro hæc omnia ex integro, cum mancipiis, quæsitis & inquirendis, pratis, silvis, pascuis, aquis, sive aquarum decursibus. Præcipientesque jubemus, ut sicut reliquis possessionibus, quibus jure hæreditario videtur uti, ita & his nostri muneris largitate rebus impensis valeat secure omni tempore vitæ suæ frui ipse, & omnis ejus posteritas. Unde & hoc Præceptum nostræ Clementiæ ei super his conscribi jussimus, per quod præcipimus atque mandamus, ut libere hæc omnia teneat atque possideat: habeatque de his potestatem juxta libitum suum ordinandi, seu faciendi, Deo in omnibus propitiante, & nemine inquietante. Et ut hoc nostræ largitionis munus per succedentia tempora firmius habeatur, & attentius observetur, manu propria subter firmavimus, & anuli nostri impressione jussimus sigillari. Signum Karoli gloriosissimi regis. Hagano Notarius ad vicem Rotgeri Archiepiscopi summique Cancellaris recognovit. Datum Ann. D. DCCCLXIII. XVII. *Kalend. Julias. Actum Pladella villa feliciter. Amen.*

Certe ut recte ibi Dousa *p.* 196. Carolus Simplex est, non Calvus, cujus meminit diploma. Eo enim regnante Hagano hic, cujus meminit, & quem quidam Theoderici avunculum etiam ajunt, sed nulla nixi ratione, Veldenaer *Chron. Holl. pr.* quam maxime floruit. Frodoard. *ad Ann.*920. *Pene omnes Franciæ Comites Regem suum Karolum apud urbem Suessionem, quia Haganonem consiliarium suum, quem de mediocribus potentem fecerat, dimittere nolebat, reliquerunt.* Fragmentum Gallici scriptoris apud du Chesne de Henrico Saxoniæ duce, 2. *hist. Dixisse fertur, aut Haganonem quandoque cum Carolo regnaturum, aut Carolum cum Haganone ad rerum mediocritatem deventurum.* Subscriptio tantum obstat. Datum dicitur diploma *A.* D. DCCCLXIII. XVII. *Kalend. Julias*, quo Carolus Simplex nondum natus. Vid. Aimoin. 5. *hist.* 40. *in fin. &* 42. *pr.* Sed Dousa errorem in notis putat, & pro DCCCLXIII. rescribendum DCCCXIII. quod vitio exscriptorum haud difficulter potuerit mutari C in L. Plane ergo expungendum id quod apud Hedam occurrit. Dicit, sed non probat, & si fides diplomati, nec verisimile id quod dicit. Nec Hollandia adhuc nota. Nec diploma etiam meminit. Quædam meminit. Quasdam terras. De Hollandia ne gry quidem. Caroli Calvi Hollandia, seu tractus is terrarum, qui Hollandiam jam continet, ut dicam infra, non fuit. Et qui ergo, quæso, quod non habuit, concessit? Nam si Frisiæ pars Hol-

 landia,

landia, Lotharingiæ autem Frisia, & quidem Frisia universa, Vid. Conring. *de finib. imper. cap.* 7. qui fieri quæso potuit ut quod non Caroli, sed Lotharii fuit, Theoderico tamen Carolus, ut nugantur, concesserit? Post excessum Lotharii demum inter Carolum & Ludovicum, qui Caroli erat frater, & qui rex Austrasiorum erat *Ann.* DCCCLXX. divisa est Lotharingia, & sic, ut cederent Ludovico Frisiæ duæ partes, Carolo pars tertia. Vid. Aimoin. 5. *hist.* 24. *& seq.* Nec Hollandiæ tamen tractum pars tertia hæc complexa a Lothario concessum jam Rorico Principi Normannorum, eoque e vivis sublato a Carolo Crasso Godfrido. Vid. *infr. cap.* 22.

Quod ad Carolum dein Simplicem, ne id quidem concedo, quod, si ejus diploma id, sequatur statim, quod Theoderico Hollandia ab eo data, & quod data Theoderico, qui I. ejus nominis. Simpliciter dicit diploma, *cuidam fideli nostro nomine Theoderico.* Verum fiat. Sit Comes, & ejus nominis sit primus. An res hæc jam confecta est? Et an Hollandia hic ei datur? Ecclesia datur *Hecmunde*, id est, Egmondana, ut vult Dousa. Et quid datur præterea? Diploma ipsum inspiciamus: Ecclesiam dicit Hecmunde *cum omnibus ad eam jure pertinentibus a loco, qui dicitur Zwtherdeshaghe usque ad Fortrapa & Kinnem.* Ubi *Zwtherdeshaghe*, ubi olim *Fortrapa*, Dousa ipse non satis scit. Vid. *lib.* 3. *annal. p.* 223.

Io. a Leidis in Annalib. Egmondanis, qui apud me sunt inediti, *cap.* 6. *Zuterdeshaga*, inquit, *dicitur modo Hillegommerbeeck, & Kynhem est quidam fluvius infra Alcmariam & Middelborch castrum, a quo nominatur Kynnemaria, & quandoque ponitur pro Comitatu Kynnemariæ.* Sed & scriptor hic satis recens, & quæ dicit incerta, nec ullis nixa argumentis. De fluvio etiam non satis constat. Dousa *Kinnem* Kenmerlandiam ait. Et id satis verisimile. *Kinheim* apud Reginonem est *lib.* 2. *Chron. ad Ann.* 884. *Eodem anno Nortmanni qui in Chinheim e Danemarca venerant. Kinnim* in Supplemento Annalium Pithæi apud Lambec. *lib.* 2. *comm. de Biblioth. Cæsar. ad Ann.* 882. *Nam Comitatus & beneficia, quæ Rorich Nordmannus, Francorum regibus fidelis, in Kinnin tenuerat, eidem hosti* (Godefrido Normanno) *suisque hominibus ad inhabitandum delegavit. Kennemers* ejus incolæ. Caninefatum progenies, ut non leves Auctores sunt. Alii in alia eunt omnia. *Kennefars* & *Kennevers* reperisse ait in manuscriptis se Cornel. Haemrodius, libro, cui titulus: *Batavia, omniumque inter Helium & Flevum gentium atque urbium brevis descriptio.* Unde & facili deflexu *Caninefates* a Romanis dicti, ut quidem putat Pontanus *discept. chorograph. cap.* 21.

Fortrapa Zelandiæ. In Zuytbevelandia olim. Quod quamvis Dousa non dicat, constat tamen ex charta Wilhelmi IV. Comitis *Ann.* 1345. Pecuniam Comes mutuatus a civitatibus nonnullis, dum ad crediti securitatem reditus quosdam obligat, inter cetera etiam sic dicit: *In den eersten*, inquit,

quit,

quit, *in Zuytbevelant onse tolne tot Iheersickeroirde, onse molen renten tot Remburswale, onse lant, tiende, ende pacht tot Scaftekyns polre: onse tienden ende renten van Voirtrap: onse gheleyde opte Honte.* Vid. apud van Hout *in sijn Dienstbouck p.* 26. Sed an *Fortrapa* hæc illa ipsa, cujus meminit diploma, longe alia adhuc quæstio.

Non putem vero dissentaneum, si dicas *Zwtherdshaghe* locum olim circa Flevum jam a mari absorptum. Et in insulis illis forsan, quarum meminit Plinius *lib.* 4. *hist. cap.* 15. *In Rheno ipso prope C. millia pass. in longitudinem nobilissima Batavorum insula & Caninefatum, & alia Frisiorum, Chaucorum, Frisiabonum, Sturiorum, Marsatiorumque sternuntur inter Helium & Flevum, ita appellantur ostia &c.* Facit charta Arnulfi Regis *Ann.* 889. apud Miræum *notit. eccles. Belg. cap.* 44. *Dedimus ei inter Rhenum & Suthardes-Hage, in Comitatu ipsius, in locis Northa & Ospretashem, & in loco qui dicitur Bodekenlo hobam unam.* Forsan & si ibi quis *Fortrapam* collocet, non erraverit. Diversis enim locis idem nomen nonnunquam. Sic in Frisia non tantum *Worcum.* Etiam in Hollandia est. Alioquin si referas ad *Fortrapam* Zelandiæ, quæ quæso concessio, quæ locorum descriptio hæc? A *Zwtherdeshaghe* quæ in insulis circa Flevum quam ingens distantia ad insulas Zelandorum? Quisquamne tam credulus, ut terrarum tractum tam ingentem existimet pertinuisse ad ecclesiam Egmondanam? Hollandiam etiam ipsam, aut saltem maximam ejus partem? Ubi pictum aut scriptum hoc? Imo & ipsum diploma contrarium satis arguit, dum dat quæ ecclesiæ ad Fortrapa usque & ad Kinnem. Ad *Kinnem*, puto, ad Hollandiam est. Ita vox certe accipitur utroque illo loco, & apud Reginonem, & apud Auctorem Supplementi cujus memini. Quod enim in *Kinnin* Auctor Supplementi dicit, Annales Bertiniani dicunt in Frisia, ad *Ann.* 882. *Quo veniens, concidit cor ejus, & placida mente Gotafridum cum suis, ut baptisma susciperet, & Frisiam aliosque honores, quos Roricus habuerat, reciperet, interventione quorundam obtinuit.* Nec mirum quod *Kinnem* pro Hollandia universa. *Fladirtinga* etiam pro Hollandia, ut mox probabo & ostendam clarissimis argumentis.

Caput XII.

Quando Hollandiæ primum mentio. An id Danicum nomen. An ab Oelandt deductum. An Denemarca olim dicta. An nemorosa olim regio. An a sylvis Holtlandia. An a veteri quodam vico, cui nomen olim Hollant. An a situ terræ & qualitate, ut Rynlant, Maeslant. In Anglia etiam Hollant. Normannorum impressiones. Portugallia unde dicta. Regino emendatur.

Hollandia nomen magis recens. Ante seculum undecimum imo & duodecimum vix ulla ejus mentio. *Hollanderum* meminit Fridericus Archiepiscopus Hamburgensis in charta *Ann.* 1106. apud Lindenbrog. *p.* 170. *Hollandensium* Hartwicus Archiepiscopus Bremensis in charta *Ann.* 1149. apud eund. *p.* 180. *& seq.* Regionis Hollant, & *regionis, quæ vulgo Hollant*, Abbas Urspergensis ad *Ann.* 1124. Sed vixit seculo hic duodecimo. Anno enim 1190. scribit se jam juvenem conspexisse illos obsides, quibus oculos jusserat erui Henricus VI. Imp. Guilielmus Brito etiam meminit *lib.* 9. *Philipp. v.* 610.

Immemores modo se victos, cum classe relicta
Intus in Hollandam levibus fugere phaselis.

Sed & ultra seculum duodecimum ætatem protraxit hic, præceptor Petri Carloti Galliarum regis spurii. Primus Comitem Hollandensium scribit se Theodoricus, qui V. ejus nominis in diplomate apud Dousam *lib.* 10. *Annal. In nomine sanctæ & individuæ Trinitatis. Ego Theodoricus Dei gratia Hollandensium Comes.* & infra. *Actum est hoc publice in Flardinga coram populi multitudine anno Dominicæ incarnationis* MLXXXIII. *indictione* VI. *Regnante &c.*

Nonnulli Danicum putant nomen. Vid. Eind. *Chron. Zeland.* Pontan. *discept. chorogr. cap.* 47. Willibr. Bosschaerts *de prim. vet. Fris. Apost. diss.* 2. Oelandt insula est apud Danos. Ex *Oelandt* ajunt *Hollandt*. Nec plane absurda hæc opinio. Batavia etiam in India. Etiam Anglia. Etiam Francia. Belgium etiam &c. Tam dulcis apud exteros etiam patriæ recordatio. Nec mirum, quod Poëta:

Nescio qua natale solum dulcedine cunctos
Ducit, & immemores non sinit esse sui

Cæsar

Cæsar. *lib.* 5 *de bell. Gall. Maritima pars, ab iis,* inquit, *qui præda ac belli inferendi causa, ex Belgio transierant: qui omnes fere iis nominibus civitatum appellantur, quibus orti ex civitatibus eo pervenerunt, & bello illato, ibi remanserunt, atque agros colere cœperunt.* Sunt hinc etiam, qui putant *Denemarcam* olim dictam. Regino ad *Ann.* 888. *Normanni, qui in Chinheim, & Denemarcam venerant, adsentiente Godefredo Rhenum navigio ascendunt.* Conring. *de urb. German. th.* 67. Verum rectius Pontanus avus meus maternus pro *& Denemarcam* legit *e Denemarca.* Clariss. Boxhorn. *theatr. urb. Holl.* in *Kinheim inde e Marcka*, vel in *Kinheim & Marckam.* Scriverius in schedis suis in *Kinheim & Kainamarcam.* Longius tamen discedunt hi a vestigiis scripturæ veteris. Vulgo enim *& Denemarcam*, vel *& Denemarca*, ut habet meus Codex.

Sed si nomen a Danis, cur tam sero id auditum? Cur demum seculo undecimo? Imo sub initium demum seculi duodecimi, ut Meyerus, & alii, *Annal. Flandr. lib.* 11. Nono seculo jam Dani per Europam grassati. Prima impressio in Frisiam facta Ann. DCCCXIII. Dein *Ann.* DCCCXXXVII. *Northmanni in insula, quæ Walacra dicitur, multos trucidaverunt, & aliquamdiu inibi commorantes, censu exacto ad Dorestadum pervenerunt, & tributa similiter exegerunt.* Iterum *Anno Domini* DCCCXL. *Northmanni in quandam Frisiæ partem irruentes &c.* Item *Anno Domini* DCCCXLVI. *Pyratæ Danorum Fresiam adeuntes, provincias & ecclesias vastaverunt, & populum in eis occiderunt. Quod audientes Flandrenses vicinarumque urbium Pontifices & Abbates &c.* Item: *Anno Domini* DCCCL. *Northmanni Fresiam & Batavos populantur, & in oppido Gandavo venientes &c.* Ita Auctor incertus, qui tamen Belga putatur, editus a du Chesne inter historiæ Normannorum scriptores. Add. Annal. Bertin. *ad Ann.* DCCCLI. & DCCCLII. Ultimus, cujus saltem memorabilis expeditio, invasit Rollo Normannorum dux circa *Ann.* 876. Et hic Rollo est, cui Neustriam Karolus Simplex deinceps tradidit circa seculi ejus finem. Quam, ut idem in fine ait, *Nortmanniam Northmanni vocaverunt, eo quod de Northwega egressi essent.* Add. Dudon. Decan. S. Quintini *lib.* 2. Wilhelm. Gemmeticens. 2. *hist. cap.* 7. Balderic. Noviom *lib.* 1. *cap.* 42. Conquievit ab eo tempore gentis rabies paulatim. Sed & hoc est, quod quæram, si a Danis id nomen, cur Hermannus Contractus, qui floruit circa Annum CIↃL. *Fladirtingam* semper vocat, nunquam Hollandiam? Cur cum primum id auditum non tantum Hollandia, sed *Holtlandia* etiam dicta? Io. a Leidis *lib.* 1. *cap.* 1. An ignorarunt quod a Danis? Et nos an magis illuminati jam? Galbertus Notarius Caroli Comitis Flandriæ, qui cæsus a conjuratis *Ann.* MCXXVII. æqualis & σύγχρονος in libro de vita ejus *cap.* 15. *n.* 111. *Robertus Comes Holdlandensis.* & mox: *Comes Holdlandiæ.*

Sylvis, fateor, provincia hæc multum olim abundavit. Nec probatu difficile

difficile id. Ditmarus *lib.7. Chron. Thiedricus ille* (ejus nominis III.) *infaustus praedicti antistitis* (Adelboldi) *satelles fuit. Hic in quadam sylva Mirvidu vocata magnum habuit praedium, quod sibi ex ejusdem parte injuste ablatum esse, cuncti comprovinciales Caesari in Neumagun queruntur.* Balderic. *Chron. Cameracens. lib. 3. cap. 19. Erat etiam locus quidam silvis ac paludibus inhabitabilis, qui ab incolis Merewede nomen accepit, ubi videlicet Mosa & Wal fluvius de Rheno effluens pariter corrivantur* &c. *Huc nimirum Theodoricus Arnulfi Gandensis filius, qui participium monarchiae Frisonum tenebat* &c. *secesserat, factoque quodam municipio &c.* Contigit id quod hic dicit circa Ann. CIↃXVII. Et qui id verum ergo, quod Hortensius ait *lib. 6. hist.* sylvae stragem & arborum, unde Hollandia Holtlandia olim, factam *Ann.* DCCCL? Aut si serius id factum, & forsan, ut idem vult, *Ann.* MCLXX. quo ut ipse ibi ait, & Snoyus 6. *hist.* perruptis aggeribus, aquarum vis ingens ventorum vi propulsa Hollandiam inundavit, mirum, quod nemo veterum stragem meminit tam ingentem. Si dicas quercus argumento esse, & truncos arborum effossos, obverso in Eurum capite, leve id admodum argumentum & tanti non puto. Nam qui quaeso id verisimile, sylvas, procera robora, ventorum vi & tempestatis sic ad imum depressa? An Hollandi tam ignavi tum, ut disjectam materiam non collegerint, in usum verterint, non conjecerint in aedificia, in ignem, in horrea, non commercio instituto ad exteros deportarint, non seposuerint in usum classis, in usum navium &c? Nam jam celebris toto orbe navalis eorum gloria. Borealem illam plagam visitarunt jam circa *Ann.* MLX. Adamus Bremensis: *Item retulit nobis beatae memoriae Adalbertus, in diebus antecessoris sui quosdam nobiles de Frisia viros, causa pervagandi maris in Boream vela tetendisse &c. Cujus rei novitate pervestigandae conjurati sodales a littore Fresonum laeto celeumate sunt progressi. Deinde relinquentes hinc Daniam, inde Britanniam, pervenerunt ad Orcadas* &c.

De Pelusio expugnato, seu, ut vocant, Damiata, circa *Ann.* MCXIX. nota est historia. Enituit tum Frisionum, & praecipue Harlemensium, ut constans est fama, heroica quaedam virtus. Matth. Paris. ad *Ann.* MCCXVII. *Circa dies illos facta est motio maxima ex Coloniensium & Frisonum provinciis virorum & bellatorum, qui a principio praedicationis crucis post generale concilium trecentas naves magno studio ingressi sunt. Ingressi sunt*, dicit. Ubi si quaeratur? Godefrid. Monach. ad *Ann.* jam dictum: *Wilhelmus Comes Hollandiae, & Georgius Comes de Wide cum aliis cruce signatis Teutoniae ad terram sanctam proficisci desiderantibus, super unum de nobilioribus terrae fluviis fluvium Mosam congregati sunt apud Vlardinge.* De iisdem Parisius mox: *Classe divisa, pars altera duos habens Capitaneos, Wilhelmum scilicet Hollandiae ducem, & Comitem de Wide Georgium, Alchavam obsedit.* Mirum, quod postquam jam classibus na-

vigabant

vigabant Oceanum, tantum roboris nihilominus, tantum quercuum perire passi. An tum incolæ tam rari? An iis regio hæc minus frequens? Et eo ineptiarum nonnulli veniunt, ut id credant. Sed, quæso, si placet. An incolis minus frequens, quæ tam valida auxilia Romanis suppeditavit semper? Quæ sub Claudio Civili tam atrox bellum Romanis intulit? Non omnis, scio, Batavia etiam statim Hollandia est, ut nec omnis Hollandia etiam statim Batavia est, sed Hollandiæ interim magna pars Bataviæ etiam magna pars; & hæc an olim incolis adeo destituta, quibus mixti posteriori ævo etiam Quadi & Franci, & sic mixti ut una gens, ut latius dicam infra?

Verum fabula hæc de sylvis in terram velut in profundum tot annos depressis. Stratas arbores aliquando vi ventorum non nego. Id & hodie adhuc fit. Stratas sylvas universas, & sic stratas, ut depressæ & velut mersæ in profundum id vero est quod nego. Et qui quæso id verisimile? Quis veterum, quæso, meminit? Siquis dicat: Si negas. Unde ergo illa robora, quæ nonnunquam effossa? Respondeo, & hæc pauca, & quid tum si effossa? Quæ ad sylvas hinc consequentia? Et quid si hæc, quæ effossa, dicam nata sub terra? An hic quicquam absurdi? Si crescant sub arena gigantum ossa in littore, ut nugantur nonnulli, truncos arborum sub terra nasci, & sub terra palustri, cujusmodi est Hollandorum, an id dictu absurdum? Quod nemorosa olim regio, non probandum argumento tam levi & incerto. Credendum verbis Auctorum, qui æquales eorum temporum, Djtmari, Balderici, & Galberti Notarii, qui haud dubie *Holtlandiam* vocat nulla alia de causa. Scio idem *d. lib.* Hollandiam etiam vocat, item Comitem Hollandensem, sed quid quæso hinc sequitur? An aliud, quam quod ne tum quidem vocis ἔτυμον satis certum? Et sane si provincia hæc Holtlandia primum dicta, quod sylvas aluit, quod quercus, cur non aliis idem nomen ex eadem ratione? An tiliarum hic & quercuum lætior olim provenit copia, quam in aliis regionibus longius a mari dissitis? Ridet ἔτυμον Dousa. Et sunt alii qui id rident. Quod si risu id dignum, risu etiam non indigni, qui deducunt ab *Hollen*, quod gens ferox & indomita, qui Hollandiam volunt dictam ab *hoy*, id est, fœno. Vid. Junii Batav. *cap.* 13. Rener. Snoy. 5. *rer. Batav. in Theod. I. in fin.*

Rectius deducunt quidam a veteri quodam vico, cui nomen olim Hollant, Trajectum inter & Rhenum, qui Leydam ducit, ut Heda & Pontanus *d. discept.* Ita enim Heda in *Hunger. episcop. Fuit & vicus Hollant, a quo forsan nomen cœptum, sicuti Gelria, Clivia, Juliacum, Brabantia.* Et videtur tale quid colligi ex charta Wilhelmi Comitis Reynerscopiis & Bylefeldiis data de rivis & fossis in Amstelam ducendis, in qua mentio diserte *van der Hollander meent*, item *d'Hollander wech*. Verba hæc sunt, quæ huc pertinent: *Wy hebben de voornoemde goede luyden verkocht ende gegunt, ende over-*

overgeven &c. tot haer besten oorboor ende profijt van uyt den Rhijn tot in den Amstel, ende den watergank, die beginnen sal in den Rhijn, tusschen Baesterdam, ende Haemwicker Kai, ende voorts den ouden Rhijn langhs, tot aen den Bruyndijck toe, ende voorts door den Bruyndijck der Hollander meent langhs tot Kockengen toe, ende voort door Kockengen achter aen Spengen, by der ruyger Zuytweyde, ende van daer voirt die Hollander wech op streckende door Wilnis, ende voort van daer, door die waner in de oude Rhijn, ende also voirt op tot Cocebiers toe, in den Amstel.

Sed cum & hi, qui sic sentiunt, a soli ipsius indole datum id putent nomen, eorum verior sententia erit, qui Hollandiam ajunt dictam a situ terræ & qualitate, ut *Waterlant*, *Zeelant*, *Maeslandt*, *Rijnlant*. *Holland* quasi *Hol-lant*, quod plana sit terra, quod cava & palustris. Boxhorn. ad *Chron. Velden. pr.* Guicciard. *in descript. Holl. pr.* Et eo Wachtendonck respicit in *Chronic. Rhythmico:*

Hollant een nieuwe naem, die schijnt 't lant te passen,

Also het meest bestaet in Veenen en Moerassen.

Eo Auctor Panegyrici Maximiano Augusto dicti: *Quanquam*, inquit, *illa regio divinis expeditionibus tuis Cæsar, vindicata atque purgata, quam obliquis meatibus Vahalis interfluit, quamque divortio sui Rhenus amplectitur, pene (ut cum verbi periculo loquar) terra non est, ita penitus aquis imbuta permaduit, ut non solum qua manifesto palustris est, cedat ad nixum; & hauriat pressa vestigium, sed etiam ubi paulo videtur firmior, pedum pulsu tentata, quatiatur, ut sentire se procul mota pondus testetur, ita ut res est, subjacentibus innatat, & suspensa late vacillat, ut merito quis dixerit exercendum fuisse tali loco militem ad navale certamen.* Et ante eum Tacitus *lib. 4. hist. Fluxu autumni, & crebris pluvialibus imbribus superfusus Rhenus, palustrem humilemque Batavorum insulam in modum stagni opplevit.* Etiam in Anglia pars provinciæ Lincolniensis, quod sit mollis maxime & paludosa, & pressa hauriat vestigium, *Hollant* dicitur idcirco. Spedus scriptor Anglicus: *Hollandia est tertia pars Lincolniensis Comitatus. Aer in Orientali & Australi tractu crassior & nebulosus, ob paludes & insolidas terras:* Cambdenus: *Hollandia, Ingulpho Hoilandia, ad mare est, & perinde ut Hollandia Germaniæ, aquis ita plurimis in locis permadet, ut pressa hauriat vestigium, & pedum pulsu tentata quatiatur; unde nomen inditum videatur; nisi quis malit cum Ingulpho Hoilandiam verum esse nomen, & illud a fœno impositum.* Sed necesse, ut & hoc addam, ne quis putet id absurdum, quod provinciæ universæ nomen datum a vico. Gelriæ etiam hinc nomen. A vico. Ab oppido. Et id in confesso est. Portugalliæ etiam a castro. Idatii Chronicon: *Rechiarius ad locum, qui Portucale appellatur, profugus Regi Theudorico captivus adducitur.* Ibid.

Ibid. *Ajulfus dum regnum Suevorum spirat, Portucale moritur mense Junio.* & mox: *Maldras germanum suum fratrem interficit, & Portucale castrum idem hostis invadit.*

CAPUT XIII.

Nec Carolus Simplex Hollandiam, nec Otto III. dedit dono. Ottonis III. diploma.

Cæterum utrum Hollandiam, an provinciam, quæ jam dicitur sic, dicas pertinuisse ad Ecclesiam Egmondanam, parum, ni fallor, refert. Utrumque est dictu tam absurdum, ut existimem non necesse, ut ultra quicquam addam. De Hollandia ne gry quidem in charta jam dicta. Nec Kinhem Carolus concessit ea, sed loca quædam usque ad Kinhem. Kinhem, Mosalant & Texla ab Ottone demum III. concessa Theodorico, quem Dousa Primi putat filium, & II. ejus nominis. Diploma dignum est, quod apponatur:

In nomine Sanctæ & individuæ Trinitatis, Otto divina favente clementia Rex. Cunctis fidelibus nostris præsentibus scilicet atque futuris manifestum esse volumus, quomodo nos ob votum & amorem dilectæ genitricis nostræ, Theophanæ videlicet Imperatricis Augustæ, nec non interventu fidelium nostrorum Ekberti Treverensis ecclesiæ venerabilis Archiepiscopi, ac nepotis nostri Henrici Bavariorum Ducis, fideli nostro Theoderico Comiti, quidquid nostro concessu hactenus in beneficium tenuit inter duo flumina, quæ vocantur Liora & Hisla in proprium dedimus, cum omnibus utensilibus, quæ in eodem beneficio Regio concessu per fructuarium usum ante hoc possedit, & totum quod nostra Regia concessione in villa Sunnemere dicta beneficiario usu usque modo, cum omni utilitate illuc aspiciente, sed etiam in proprium deinceps tenendum donavimus; adhuc quoque quicquid beneficii nostra de parte inter duo flumina Medemelacha & Chimelosara (Gemerchi dicta) tenuit cum omnibus appendiciis ad idem beneficium pertinentibus similiter in proprietatem habendum dedimus. Adhac etiam totum, quod de nostro jure in Pago Texla nuncupato in beneficium tenuit, cum omni utilitate ad hoc appendente (excepto quod vulgari lingua dicitur Husfada) ad integrum sibi in proprium tradidimus in Comitatibus ita nuncupatis, Masalant, Kinhem, Texla. Et ut de prædictis rebus liberam habeat potestatem donandi, commutandi, seu quicquid voluerit faciendi, hoc nostræ auctoritatis præceptum conscribi, & annuli nostri impressione sigillari jussimus, manuque propria subter firmavimus. Signum DOMINI OTTONIS gloriosissimi REGIS, HILDEBALDUS EPISCOPUS ET CANCELLARIUS vice WILLIGISI ARCHICAPELLANI recognovi. Data octavo Kalend.

Septembris, Anno Dominicæ incarnationis nongentesimo octogesimo quinto, Indictione tertia decima. Anno autem tertii Ottonis regnantis secundo. Actum Noviomago feliciter. Amen.

Qui a Carolo concessum, quod Otto demum III. ut hic patet, concessit? Jure hereditario, quod Carolus dedit, datum. Fiduciario prius titulo, quod Otto III. possessum. Aliud Carolus concessit. Aliud dein Otto. Hollandiam autem neuter. Hollandiæ nulla mentio. Concessit Carolus ecclesiam cum locis aliquot jam incognitis. Otto aliquot Comitatus. Paulatim demum regio hæc, quæ Hollandiæ jam habet nomen, Præfecturis & Comitatibus partim Principum largitione, partim belli jure & successionis, in unum corpus redactis, sub imperium unius transiit.

Et hinc judices, licet, quam parum considerate de Carolo Calvo Io. a Leidis *lib.6. cap.1. Contulit jam dicto Theodorico totam Hollandiam in Comitatum cum parte Frisiæ usque ad Lavicam fluvium, id est, Lauwers, in Dominium, ut terram illam eriperet atque defenderet ab incursu Danorum, qui adhuc Trajectum inhabitabant.*

Caput XIV.

Origo Comitum Hollandiæ. An olim Francicæ ditionis. Hollandia pars Frisiæ. Etiam Zelandia. Etiam pars Gelriæ. Frisia ingens olim regio. Phladirtinga pro Hollandia.

De Principum largitione ex chartis his satis constat. Et fortissimum hinc argumentum, quod origo Comitum petenda ab institutis Francorum, quod Hollandia etiam ipsa & universus hic tractus olim Francicæ ditionis. Carolus Simplex alioquin & Otto III. Imp. an in alium transtulerunt, cujus ipsi non erant domini? Quæ tandem hæc contradictio? Et sunt tamen, quod mireris, qui Carolum Calvum, quod est stultius, Hollandiam concessisse ajunt, & Francos negant tamen possedisse hic vel terræ tantillum. Et non mirum, quod negent. Veterum historiarum quam maxime imperiti in rem altius non inquirunt, sed ut plurimum tantum scribunt ex relatu aliorum. Audacter negant iis freti. Nec mirum, quod audacter. Verisimile id prima fronte. Nuspiam Hollandiam a Francis legunt victam. Nuspiam etiam Hollandiæ iis mentio occurrit. Franciæ dein veteris putant tractum angu-

angustissimum, regionem non magnam, olim circa Parisios, & quæ hodieque adhuc *l'Isle de France.*

Sed ridicula hæc & inepta. Quid enim an sequitur? Brabantiæ, Flandriæ, Hungariæ, Romani nuspiam meminerunt, ergo nec Brabantia, Hungaria, Flandria iis paruit? Sic est; Media ætate Hollandiæ mentio adhuc rara, Et vix exteris satis nota. Sed id constat, quod Frisia tum complexa & Hollandiam. Frisia tum ingens. Nec ea tantum regio, quæ sic proprie jam dicta, sed Hollandia etiam tota. Etiam Zelandia. Ditio etiam Trajectina. Etiam pars Gelriæ, pars Flandriæ &c. Clarissime id probabo. Et deinde quod & Frisia, quæ complexa & Hollandiam, sub imperio Francorum fuit, & quod per consequens vetus Francia etiam ingens olim regio ostendam, ne fallor, argumentis invictis.

Quod ad primum nihil certius. Sigebert. *ad Ann.* 1018. *In Fresonia Deoderico Comite, filio Arnulfi Gandavensis, debellante Frisones in vindictam patris sui occisi &c.* De Godefrido Gibboso cæso Antverpiæ Idem ad *Ann.* 1076. *Sicarius in Fresonia Godefridum Ducem perimit.* Vita S. Wolbodonis apud Henschen. *tom.* 2. *SS. April. cap.* 2. *in fin. Ceterum ad idem tempus Fresones debellabat Gandavensis Comes Theodoricus, eo quod illius occiderant patrem Arnulphum, &c.* & mox: *Permotus est Imperator, atque Wolbodonem cum legatis Fresoniam misit &c.* Robertus de Monte, qui vixit seculo XII. loquens de Roberto, qui ducta Gertrude, Florentii I vidua, Hollandiæ fuit Tutor, in Accessionib. ad Sigebert. ad *Ann.* MLXXIV. *Robertus autem accepit,* inquit, *conjugem relictam Florentii Comitis Frisiæ, quæ unicam ex prædicto Florentio habebat filiam. Quam Robertus longe facere volens a paterna hereditate, dedit eam Philippo regi Francorum, & ita Comitatus Frisiæ remansit ei cum matre prædicta puellæ, unde cognominatus est Frisio.* Verba hæc etiam habet Willelmus Gemmeticensis *lib.* 8. *hist. cap.* 14. ex quo haud dubie aut habuit Robertus de Monte, aut ex ipso Willelmus. Nam, ut puto, ὁμόχρονοι. Add. Orderic. Vital. *lib.* 4. *hist. ad Ann.* 1071. Ægid. de Roya *ad Ann.* 1062. De eodem Roberto Lambert. Schafnaburgens. ad *Ann.* 1071. *Atque in Fresiam, qua confinis Flandriæ, cui Thedericus quondam comes, & post hunc Florentius frater ejus imperaverat, irruptionem fecit. Bis ibi commisso prælio victus ac fugatus est.* Idem *ad Ann.* 1047. *Deinde exercitum navalem per Rhenum duxit in Fresiam, contra Gotefridum ejusque adjutorem Diodericum. Ibique duas urbes munitissimas cepit Rinesburg & Fleerdingen.* Chronicon Rhythmicum de Willebrordo jussu Pipini Francorum regis misso:

Doe sende hi in den lande schiere
Willibrorde, die eerst bekeerde
Die Vriesen, ende 't geloove leerde
Tot Westcappelen dat hi quam

Et argumenta infinita sunt. Annal. Bertiniani *ad Ann.* 839. *Praterea die septimo Kalendas Januarii &c. tanta inundatio contra morem maritimorum aestuum per totam pene Frisiam occupavit, ut aggeribus arenarum illic copiosis, quos dunos vocitant, fere coaquaretur.* Add. Agid. de Roya *ad Ann.* 863. *Lips. Lovan. lib.* 1. *cap* 3.

Quod ad Gelriam, Trajectum &c. Sigebert. *ad Ann.* 1009. *Northmanni Fresiam infestantes oppidum Thile incendunt.* Idem *ad Ann.* 1010. *Northmanni Fresiam repetunt, & multis casis Vultrajectum oppidum incensum est.* Wippo de vita Conradi Salici *in fin. Apud Trajectum civitatem Frisia.* Mejer. *ad Ann.* MXI. XI. *Kal. Maji Brugis ad memoriam Divi Donatiani mulier caca Ermengardis nomine Ostenda oppido Frisia visum recepit.* Herman. Contract. *ad Ann.* 1046. *Apud Trajectum Frisia urbem egit, & subsecutis diebus navali expeditione in Phlatirtingam fretum trajiciens.*

De Zelandis ne quis dubitet Annal. Bertiniani ad *Ann.* 837. *Ea tempestate Nordmanni irruptione solita Frisiam irruentes, in insula, qua Walacra dicitur, nostros imparatos aggressi multos trucidaverunt.* Add. Dous. *annal. lib.* 6. & *lib.* 10. *p.* 283. & *seqq.* & *p.* 477. Buchel. *ad Hed. cap.* 1. Grot. *de antiq. reip. Batav. cap.* 5. Boxhorn. *theatr. urb. Holl. cap.* 1. Conring. *de finib. imp. lib.* 1. *cap.* 3.

Bedæ Frisia hæc citerior *lib.* 5. *hist. eccles. cap.* 11. *Divertentes ad Pippinum Ducem Francorum gratanter ab illo suscepti sunt.* Et *quia nuper citeriorem Fresiam expulso inde Radbodo rege ceperat &c.* Citerior certe Anglis, apud quos scripsit Beda quam reliqua, quæ ultra Flevum. Germanis Frisia superior. Trajectum certe ad eam refert Ægil Abbas Fuldensis in vita S. Sturmionis; *ex superiore Fresonia ad Trech scilicet cœnobio fideles venientes fratres &c.*

Quod Hermannus autem Contractus ait; in *Phladirtingam*, id est, ut puto, in Hollandiam. Sic & alibi eam vocat a principe in ea urbe. Ad Ann. 1048. *Item Theodericus de Phladirtinga Marchio rebellat Imperatori, contra quem Imperator exercitum movens parum profecit.* Ad Ann. 1049. *Nonnulli de partibus maritimis milites & Principes cum Leodiensi episcopo, Trajectensi, & Metensi congregati Theoderico in Phladirtinga insidias tendunt, commissaque pugna victum occidunt.* Chron. Augustense ad *Ann.* 1046. *Hainricus Rex Phladirtingam petiit.*

CAPUT

Caput XV.

Vlaerdinge olim urbs inclyta. Portu item illustris. Dorestadum etiam, Wijck te Duerstede, emporium illustre olim. Ecclesiis, templis superbum. Sedes Principum Normannorum. An admitti possit, quod Scriverius ait, quod Dorstadum, Dordracum. Damum etiam urbs Flandria portu olim illustris. Rerum vicissitudo. Hollandia, qua Australis jam, primum olim Borealis. Breibant, Brachbant, Bracbantum. Isacius Angelus a Latinis cur Tirsach, Cursac, Kursach.

Urbs certe olim inclyta, commerciis, navium statione, & portu illustris. Godefrid. Monach. ad Ann. 1217. *Wilhelmus Comes Hollandiæ, & Georgius Comes de Wide, cum aliis cruce signatis Teutoniæ ad terram sanctam navigio proficisci desiderantibus, super unum de nobilioribus terræ fluviis fluvium Mosam congregati sunt apud Vlardinge. Quarto igitur Kal. Jun. &c. oppansis velis læti mare conscendunt &c.* Narrat deinceps, quemadmodum oborta tempestate delati in Lusitaniam, & rogati a Lusitanis, ut operam commodarent in expugnando quodam castro, ex quo Sarraceni terram habebant infestam circumquaque, plurimi, quibus id displicebat, re infecta discesserint. *Ab hoc itaque facto*, inquit, *plurimi discordabant, & maxime Fresones, qui proxima sequenti feria post festum Jacobi ab Ulixibona cum* LXXX. *navibus vel paulo plus recesserunt.* Et hinc quam capax olim portus, qui Vlaerdingæ, conjicias. Vid. Boxhorn. *apolog. pro navig. Holl.*

Rerum hæc vicissitudo. De Dorestado etiam constat. *Wijck te Duerstede*, ut jam vocant. Illustris olim urbs. Et quamvis fidem excedat, quod quinque & quinquaginta parochialia in ea templa, ut vult Jo. de Beka in *Hunger episcop.* Vid. *ib.* Buchel. nemo tamen de eo dubitet, quin emporium olim ingens. Urbem *magnam* vocat Heda in *Rixfrido episcopo*. Quin & plures ecclesiæ. Si non omnes in urbe. In circum adjacentibus & suburbanis tamen locis, ut Henschenius & Papebrochius volunt ad vitam S. Suiberti §, 5. Nec id dictu absurdum. Constat, quod plures in suburbanis Constantinopoli olim. Theophylact. *in excerpt. apud Phot. lib.* 8. Rufin. Aquilejens. *de vit. Patrum cap.* 19. S. Niceph. *breviar. hist. p.* 38. *edit. in* 8. Et hodie adhuc Ultrajecti S. Crucis, S. Jobi, S. Bartholomæi, Antonii &c.

Quod emporium illustre olim Annales Bertiniani ad Ann. 834. *Interim etiam classis de Danis veniens in Frisiam aliquam partem ex illa devastavit, & inde*

inde per vetus Trajectum ad emporium, quod vocatur Dorestadus, venientes omnia diripuerunt. Add. eosd. ad *Ann* 847. Ad Ann. 863. *Depopulato emporio, quod Dorestatus dicitur, sed & villam Nonmodocam, ad quam Frisii confugerant, occisis multis Frisiorum negotiatoribus, &c* Gesta Normannorum incerto Auctore apud du Chesne ad Ann. 863. *Northmanni mense Januario per Renum versus Coloniam navigio ascendunt, & Dorestato depopulato, villa, ad quam Frisii confugerant, occisis multis Frisiorum negotiatoribus, & capta populi multitudine, usque ad quandam insulam secus castellum Novesium &c.* Add. *S. Rembert. vit. S. Anschar. cap.* 7. & 21.

Quod ecclesiis superbum, idem S. Rembertus, qui seculo nono vitam S. Anscharii scripsit *lib. de vit. ejus cap.* 17. *Vade ad Dorstadum. Ibi sunt ecclesiæ plurimæ, & sacerdotes ac Clerici ibi indigentium multitudo.* & mox: *Arreptoque itinere perveniens ad Dorstadum religiosas ibi exquisivit fœminas, quæ cum ea loca sancta circumirent, & quid cuique dispensari deberet, eam instruerent.*

Sedes Principum Normannorum. Annal. Metenses ad Ann. 850. & 856. Et e quo etiam frequens olim iter in Daniam. S. Rembert. *de vit. S. Anscharii cap.* 7. *Inde egressi per Dorstatum & vicinia Frisiorum transeuntes ad confinia pervenerunt Danorum.* Ibid. *cap.* 21. *Factumque est gaudium magnum in ipso loco Sclasuwich*, (seu Slieswich, ut Coloniens. editio) *ita ut etiam gentis hujus homines absque ullo pavore, & quod antea non licebat, & negotiatores tam hinc quam ex Dorestado vicum ipsum libere expeterent.* Add. *cap.* 24. Gualdo *de vit. S. Anschar. cap.* 20.

Hinc per Dorstadum Fresonum prætereuntes

Proxima Danorum sistunt in littore naves.

Dordracum per *Dorstadum* Scriverius intelligit. Vid. Boxhorn. *theatr. urb. Holl.* Sed id longius quæsitum. Constat, quod fuit castrum Neomago vicinum. Caroli Magni diploma apud Hed. *in Albric. Ad Basilicam S. Martini, quæ est constructa in Trajecto veteri subtus Dorestado.* Annal. Bertiniani ad Ann. 837. *Quibus Imperator auditis, prætermisso memorato itinere ad Noviomagum castrum vicinum Dorestado properare non distulit.* Castrum scilicet, seu urbs. Nam & urbs olim castrum. Add. Gesta Normannorum incerto Auctore apud du Chesne.

Ut addam aliud exemplum. Damum etiam urbs Flandriæ portu olim illustris. Aquis nunc destituta, & non magni momenti. Rigord. ad Ann. 1213. *Classis autem sua, quam Gravaringis dimiserat, secuta est eum per mare usque in portum famosissimum, qui dicitur Dam, distantem a Brugis duobus miliaribus tantum.* Idem ad Ann. 1215. *Naves ejus etiam apud Dam partim anno præterit*

terito cum aliis diripuerat, nuper cum reliquis &c. Gulielm. Brito lib. 9. *Philipp. verſ.* 373.

Hinc quoque digrediens flatu propulſa ſecundo
Portum læta ſubit a damno nomen habentem
Qui tam latus erat, tantæque quietis, ut omnes
In ſe ſufficiat noſtras concludere naves.
Quo valde ſpecioſus erat Dam nomine vicus,
Lenifluis jucundus aquis, atque ubere gleba,
Proximitate maris, portuque, ſituque ſuperbus.

Add. Chronic. Rothomagenſ. apud Labb. *to.* I. *Biblioth. ad Ann.* 1213. Rerum fatum hoc humanarum.

Nunc ſeges eſt, ubi Troja fuit.

Et ſæpe id ita fit. Provinciæ etiam & oppida & oriuntur & occidunt. Mutant ſitum, mutant nomen & urbes & populi. Infinita ſunt exempla. Quis Germaniæ jam novit populos, quorum meminit Gregorius P. III. in epiſtola: *Univerſis optimatibus & populo provinciarum Germaniæ, Thuringis & Theſis, & Berthacis, & Niſtreſis, Unedredis, & Logmais, Sudnodis, & Graffeltis, vel omnibus in Orientali plaga conſtitutis.* Vid. *epiſt. Bonifac.* 128. Miramur nauſeam Panegyriſtæ velut nomina hæc horrentis. *Quid memorem*, inquit, *Bructeros, quid Chamavos, quid Cheruſcos, Vangiones, Alamannos, Tubantes? Bellicum ſtrepunt nomina, & immanitas barbariæ in ipſis vocabulis adhibet horrorem.* Nazar. Sed non neceſſe eſt, ævi lapſu ut id multum miremur. Seneca ad Albinum: *Nova*, inquit, *urbium fundamenta jaciuntur, nova gentium nomina, extinctis nominibus prioribus, aut in acceſſionem validioris converſis, oriuntur.* Plinius: *Alibi mutato provinciarum modo, alibi itinerum auctis, aut deminutis paſſibus incubuere maria, tam longo ævo alibi proceſſere littora: torſere ſe & fluminum, aut correxere flexus, præterea aliunde aliis exordium menſuræ eſt.* An mirum hinc quod mutant nomina? Hollandia ipſa, quæ Auſtralis jam, primum olim Borealis. Maxima utique ex parte, Delflandia, Schielandia, Haga, Rijnlandia. Vid. *'t Privilegie van Graef Willem by Jan van Hout in ſijn Dienſtboek p.* 26. Hed. *in vita Hunger. epiſcop.* Buchel. *ad Bek. p.* 120. Goudſche Chronycke *in vita Adæ. Maer doe is Grave Willem van Ooſtvrieſlant, &c. gecomen met hulpe van den Burchgrave van Leyden, ende met die Zeelanders, met een groot heyr van volck in Noorthollant, ende is daar nedergeſlagen tot Ryswijck met ſijnen tenten.*

Brabantia olim Brachbant, Bracbantum, Brachbantium, & Brabanti, Bracbanti, Bratuſpantes &c. Vita S. Huberti *cap. 3. ut in Taxandria, & Brachante eorum detegendo insidias.* Sigebert. ad Ann. 1012. *Henricus Imperator Godefridum Ducem cum exercitu in fines Bratuſpantium mittit, ad obſidendum caſtrum Lovanium.* Annal. Leodienſium ad Ann. 988. *Clarebat hoc tempore inter nobiles Francorum Anfridus Comes Hoyenſis, qui etiam cum eſſet Comes Bratuſpantium &c. depoſito militiæ cingulo tonſuratus in clericum &c.* Chronic. Affligemienſe ad Ann. 990. *Anfridus Comes Bracbantorum tam juſtitia quam potentia famoſus, depoſito militiæ cingulo tonſuratur.* Heda *in Anfrido.* Fulcuin. *de geſt. Abbat. Lobienſ. apud d'Achery to. 6. Spicil. cap.* 16. Acta S. Ludgeri *lib. 1. cap.* 15. Henſchen. *in præv. comm. ad vit. S. Anfrid. pr. tom. 1. SS. Maji.* *Breibant* etiam occurrit *in libell. de geſt. Abbat. Gemblac. apud d'Achery d. tom. p.* 511. & in charta apud Miræum *not. eccleſ. Belg. cap.* 56. *& diplom. Belg. cap.* 17. *In pago Bragbanienſe* apud. eund. *ibid.* eſt, *cap.* 35. *in Comitatu Brachbatenſe ibid. cap.* 41. Add. *cap.* 65. *&* 109. *ibid.* Divæum *lib. 7. rer. Brabant.*

Sed non nomina tantum mutant. Facit aliquid pronuntiatio etiam & linguarum diverſitas. Antverpiam cives vocant *Antwerpen*, Galli *Anvers*, Germani *Andorff.* Leodium alii vocant *Ludick*, nos *Luyck*, Galli *Liege &c.* Bajazetem Turcarum Principem *Baſatum* & *Baſitam* vocat Anonymus in Chronicis, cujus meminit Valeſius ad Carmen Adalberonis p. 275. Iſacium Angelum vocant Græci. Latini *Curſach* ſeu *Kurſach.* Thom. Walſingham: *Rex Richardus applicuit in Cypro apud Limezin. Curſac autem dominus terræ, qui dicebatur Imperator, occurrit ei cum manu forti. Quem captum rex Richardus in caſtello retrudi præcepit. Kurſac* per apocopen pro Κυρ' ἴσαχ. Κυρ, Κυρὸς, & Κύρης Græco-barbare pro Κύριος, ut notat Lambec. *lib. 8. comm. de Biblioth. Cæſar. p.* 524 Alibi *Tirſach* invenitur. Godefrid. Monach. *ad Ann.* 1195. Scilicet facile id olim factum, ut qui Græce imperiti *Tirſach* dici arbitrati *Tirſach* ſcripſerint non *Kurſach. Conzerac* Rigordus dicit, & ſic longius adhuc abit ad Ann. 1201. *Kirſach* Chronici Montis-Sereni Auctor ad Ann. 1189.

CAPUT XVI:

Promiscue hæc olim sumpta, Consul, Marchio, Dux, Comes. Comes Hollandiæ etiam dictus Dux, Marchio. Dux dictus etiam Consul, Comes etiam, item Marchio. Vicecomes, Proconsul. Consul idem quod Præfectus. Consules dicti etiam proceres, optimates, Patricii. Primarii item Reipubl. & Imperii administri. Post tempora Justiniani proprie nulli Consules. Consul idem qui Imp. Consulatus idem quod Ducatus, Comitatus &c.

Cæterum nihil moror, quod Theodericus a Contracto dicatur Marchio non Comes. Florentium etiam, cujus memini, Orderic. Vitalis *lib.* 4. *hist.* ad Ann. 1071. vocat Marchisum. *Rodbertus itaque Fresia*, inquit, *totam sibi Flandriam subegit, & fere xxx. annis possedit, amicitiamque Philippi regis Francorum facile promeruit. Ipsi nempe majorum origine erant consobrini, & ambo conjuges habebant filias Florentii Frisionum Marchisi.* Comes Flandriæ etiam Marchio. Balduinus, qui Insulanus & Pius cognomento, & decessit Ann. 1067. his titulis solebat uti: *Balduinus Comes Flandriæ, Marchio, & Philippi Francorum regis procurator ac bajulus.* Vid. Miræum *piar. don. cap.* 59. Apud eund. *piar. don. cap.* 34. *Ego Arnulphus dictus Magnus Balduini Calvi genitus, per Dei misericordiam Flandriæ Marchio &c.* & mox: *in Comitatu seu Marchionatu Flandriæ.* Boxhornius *theatr. urb. Holl.* Gandavi legi in Epitaphio ait:

Qui legis hæc, tu nosce, quod hic tumulatus habetur
Marchio Balduinus, culmen honoris erat.

Item:

Jus subiens mortis Arnulphus Marchio fortis
Legerat hic regimen judicis usque diem.

Meminit Lambecius etiam *lib.* 2. *comm. de Biblioth. Cæsar. p.* 835. voluminis chartacei lingua Belgica in 4to quo contineri ait antiqua jura & privilegia urbis

Brugæ in Flandria. Antiquissimum Roberti ait, qui se Flandriæ *Marchionem* vocat, seu *Marcgrave van Vlanderen*, Ann. 1089. Et ut hoc etiam addam: Idem alibi etiam Consul. Robert. de Monte ad Ann. 1191. *Decessit autem Robertus Consul Flandriæ &c. Post quem Balduinus filius ejus Consul effectus est.* Idem ad Ann. 1128. *Guilielmus autem Comes Flandrensis*, & mox: *Guilielmus quidem Consul &c.*

Promiscue autem sumpta hæc, Consul, Marchio, Dux, Comes. Quo sensu, ne miretur quis, Hollandiæ etiam Duces. Multum debeo humanitati, multum summo in me studio Consultissimi & Doctissimi Anselmi van Benthem. Debeo etiam, quod sequitur. Ex plebiscitis Trajectinis:

Int jaer MCCCXCVI.

De Raet van der Stadt heeft voortyds verboden ter Klocken, dat niemant onredelicke woorden spreken soude op Heeren, nochte op goede luden. Hier en boven is den Raide aengecomen &c.

Daeromme so boets hem aen igelic, dat hi geen onredelicke woorden en voere op Heeren, en op goede luden, en sonderlinge op den Hertoge van Hollant, en sinen vrienden.

Anno eodem. *Op onser Vrouwen avont* nativitas.

De Raid van der Stat verbiet noch, als si voertyts gedaen heeft, dat niemant onhoeffe woorden en spreke op Heren, nochte op goede luden, en sonderlinge op den Hertoge van Hollant en sine vrienden, &c.

Alioquin posset dici, quod Comes, qui tum temporis, Bavariæ Dux Albertus, vulgo dictus tantum Dux, aut simpliciter Dux Albertus, *Hertoch Aelbrecht*, ut in Chronicis. Fere ut Frisiæ Gubernator, *de Vorst van Vrieslant* adhuc vulgo. Scilicet improprie. De filio ejus Auctor Chronici Goudani: *Dese Edel Hertoch Willem van Hollant wort Ridder geslagen, &c.* & mox: *so belach Hertoch Willem van Hollant Gasperen en Hagesteyn &c.* De eodem Gobelin. Persona *Cosmodrom. ætat. 6. cap. 89. Hoc anno Leodienses obsederunt Trajectum super fluvium Mosam situm, quia abdicabant Dominum electum Leodiensem, fratrem Ducis Hollandiæ.* & mox: *sed congregatis amicis dicti electi videlicet Burgundiæ & Hollandiæ Ducibus, instauratum est bellum.*

Sed certum quod synonyma. Robert. de Monte ad Ann. 1117. *Juraverunt namque Rex Francorum Ludovicus, & Comes Flandrensis Balduinus, & Consul Andegavensis Fulco &c.* & mox: *Venerunt igitur Rex Francorum, & dux Flandrensis cum exercitu &c.* Dudo S. Quintini Decanus *de morib. & act. Normann. lib. 3. Arnulfus Flandrensis regionis Marchio famosissimus.* & mox: *Arnulfus Dux Flandrensis supra memoratus.*

tus. Apud eund. *d. lib. edit. Ann.* 1619. *p.* 130. Richardus dux Normanniæ dicitur *dulce caput Consulum.* & mox: *omnes unanimiter ad Richardum tanta potestatis Marchionem convenere.* Ibid. *p.* 139. *Tibi Dux secretius fari volumus. Richardo secedenti intulerunt illi. Mavisne fore Dux Northmannorum, quam extra regionem tuam pastor ovium & caprarum? Richardo vero Comite in uno obtutu defixo &c.* P. 141. ibid. *Richardus Dux Comesque praecellentissimus.* item: *ineffabilis Dux Comesque Richardus.* P. 143. *Richardus vero Marchio robustissimus.* Et multa ejusmodi sunt exempla. Ex Chronico nondum edito, cujus meminit Alteserra *lib. 6. rer. Aquit. cap.* 1.

Consulis hic recubant artus, Arvernica tellus

Magnifici Basoli quem dedit esse suis.

Dux Aquitanensis, felix quod rura beavit

Pacis in augmento consolidans populos.

Ditmar. *lib.* 7. *Chron.* de Duce Burgundiæ: *Et in his*, inquit, *partibus nullus vocatur Comes, nisi is qui Ducis honorem possidet.* Idem *lib.* 2. *Eberhardus Dux regi diu infidelis, degradatus est &c. In sequenti anno frater regis Henricus ab Eberhardo Comite captus &c. In tertio anno supra memorati regis, Henricus frater ejus & Eberhardus Dux, & Gisilbertus Comes Lotharingorum &c.* Robertus S. Remigii Remensis monachus *hist. Hierosolym. lib.* 3. de Comite Carnotensi:

Consul Carnotis, urbs inclyta, caraque notis.

Add. Ditmar. *lib. 6. hist. p.* 66. Orderic. Vital. *lib.* 5. *hist. p.* 480. & 484. Miræ. *Cod. piar. don. cap.* 91. Vit. S. Bernardi Abbat. de Tironio *cap.* 23. & 36. & Souchet. *in not. ad cap.* 32. Comes autem & Consul ut confunduntur nonnunquam, sic & alibi similiter Vicecomes, Proconsul. Orderic. Vital. *lib.* 11. *p.* 837. *& ad hoc peragendum Robertum de Bello-campo Vicecomitem Archarum ad S. Sidonii castrum repente destinavit. Præfatus Proconsul Dominico mane cum illuc advenisset &c.* Ita tum locuti. *Consulem* Ducem Aquitaniæ Orderic. Vitalis vocat *lib.* 12. *p.* 859. *Consul* idem quod Præfectus. Idem etiam quod Senator. *Consulatus* quod Senatus. Domus item *Consulatus* idem quod Curia. Jo. a Leidis. *lib.* 32. *cap.* 18. *Quum Consules civitatis, tam antiqui, quam novi, congregati essent in domo consulatus.* & mox: *Recesserunt clam de civitate per duas vel tres horas ante congregationem consulatus. &c. Cum ergo Consules congregati essent &c. clamabant ante domum consulatus.* Consules classis etiam alibi, id est, classis Præfecti. Fulcher. Carnotens. 2. *hist. cap.* 7. Alibi Principes, proceres, Patricii &c. Chronic. Beccense ad Annn. 452.

Discessit de Normannia, & Britanniam ivit, suique consules, puta episcopus & Patriarcha Bajocensis, episcopus Lexoviensis, & plurimi alii &c. dictum Ducem &c. sequuti sunt. Anastasius in *collectan.* in collatione Maximi Pontificis Romani Constantis tempore instituta cum quodam Theodosio episcopo Cæsareæ *pag.* 150. *edit. Ann.* 1620. *Ivit ad eum in exilium &c. prædictus episcopus Theodosius, nec non & Paulus & Theodosius Consules.* P. 178. *& dixit Theodosius Consul.* P. 179. *exivit rursus Paulus Consul in Bizyen.* Nulli proprie tum Consules. Solus Consul qui Imp. & idem qui Imp. etiam Consul perpetuus. Consules vocat Patricios, Senatores &c. Et ipse id significat p. 153. *Quod dico tibi ego & futuri domini mei Patricii &c.* & mox: *Licet enim exiguus sim, sed episcopus audior, & isti domini mei pars senatus existunt.* & p. 114. *Adducunt eos in palatium, & introducunt senem in locum, in quem Senatus collectus est &c. & exhibent eum in medio sedentium Principum.*

Nec Consules tantum proceres. Primarii etiam Reipublicæ & imperii administri. Albert. Abbas Stadens. ad Ann. 1066. *Albertus Archiepiscopus Consulatum Curiæ adeptus est, æmulisque remotis solus primatum arcemque Capitolii possedit.* De eodem ad Ann. 1062. *Archiepiscopus eo tempore primatum Curiæ tenebat.* Auctor incertus de Archiepiscopis Bremensibus ad Ann. 1057. *Albertus Bremensis & Anno Coloniensis Consules declarati sunt, & in eorum consilio deinceps rerum summa pendebat.* Auctor Chronici Slavici apud Bangert. ad Arnold. Lubecens. *cap.* 35. *Fridericus I. fecit Lubecam imperialem, & quod esset caput omnium civitatum maritimarum, & quod consulares eorum aurum deferre possent, & quod omnes de consulatu essent in concilio Imperatoris in perpetuum.* Quid Consulatus hic patet. Ducatus alibi, Comitatus. Roberti de Monte Accessiones ad Sigibert. ad Ann. 1052. *Haraldus vero filius ejus habuit Consulatum patris sui, & Algarus Consul Cestiæ habuit Consulatum Haraldi.* & mox: *Haraldus perjurus filius Godwini potentissimi Consulis.* Idem ad Ann. MXCIV. *E contra Dux castellum Argentoni cepit, & in eo Consulem Regis Rogerium Pictavensem.* Sic Consul Flandriæ ad Ann. 1099. Cenomanniæ *ibid.* Andegavensis ad Ann. MCX. Ebroicensis &c. ad Ann. MCXII. Ibid. Ann. MCXI. *Decessit autem Robertus Consul Flandriæ &c. Post quem Balduinus filius ejus Consul effectus est.* Extra *Consulatum*, id est, extra Comitatum. Galbert. Notarius de vita *Carol. Comit. Flandr. cap.* 22. *n.* 179. *Ut in Ducis præfati obsidentis Alst auxilio obiret extra Consulatum nostrum.*

Quod ad Comitem Hollandiæ autem nequis adhuc hæsitet, Orderic. Vital. *lib.* 7. *hist. ad Ann.* 1031. *Philippus vero* (Francorum rex) 47. *annos post patris mortem regnavit, & Bertrandam Florentii Frisiorum Ducis filiam in conjugium duxit.* Idem lib. 8. p. 699. *Porro generosam & religiosam conjugem suam nobilis Frisiorum Ducis filiam &c. dimisit.* Matth. Paris. *ad Ann.* 1217. *Classe divisa, pars altera, duos habens Capitaneos, Wilhelmum scilicet Hollandiæ ducem, & Co-*

& Comitem de Wiede Georgium Alchavam obsedit. Loquitur de Wilhelmo, qui I. ejus nominis, & qui vulgo Damiaticus. Add. Chron. veteris excerpt. apud du Chesne *to. 4. hist. p. 89. & p. 98.*

CAPUT XVII.

Porro adhuc probatur, quod Hollandi olim Frisii. Nordwige, cujus meminit Albertus Abbas Stadensis, an Nordvicum Hollandiæ. An casi ibi Normanni olim, an apud Norden, ut Conringius vult. Hollandia cur pars Frisiæ & cur Frisia olim dicta. Comes Hollandiæ etiam Comes Aquarum, item Comes Aquaticus,

Quicquid sit de eo constat. Hollandia olim Frisia. Et id extra controversiam. Alioquin & rei fortiter ad Damiatam olim gestæ Harlemensium nulla laus. Plerique enim veterum loquuntur de Frisiis tantum, quorum prædicant virtutem, & amplissimis præconiis eo bello extollunt. Abbas Urspergensis ad Ann. 1222. *In his conflictibus & operibus Colonienses & Fresones & alii de inferioribus partibus se strenuissimos & laudabiles exhibuerunt.* Oliverus Scholasticus, qui interfuit obsidioni, in literis ad Engelbertum Archiepiscopum Coloniensem: *Pepercit Dominus operibus Fresonum & Theutonicorum, quibus turris capta fuerat.* & mox: *Theutonici vero & Fresones zelo justæ indignationis accincti, cum minori nave, cujus ministerio turris fuit capta, quam Gallici sanctam matrem appellant, pontem similiter invaserunt, auxilium non habentes nisi de cœlo. Pauciores autem viri quam decem de gente prædicta contra omnem fortitudinem Babyloniorum pontem ascenderunt spectante multitudine Christianorum, & hanc audaciam plurimi extollente, fregerunt eundem &c.* & paulo post rursum: *& nisi per divinum consilium primo castra, quæ erant inter mare & flumen retenta fuissent, maxime per Theutonicos & Frisones, portus nobis ablatus fuisset.* Nequis autem de eo dubitet, quin, quod dixit de Frisiis, Hollandis etiam adscribi debeat, mox ibidem diserte: *Rex vero cum Templariis & domo Theutonicorum, & Hospitalariis Sancti Joannis, Francigenis, de Hollandia, de Werthe, de Sarreburge, de Cestriæ Comitibus, Galtero Bertoudi, Pisanis, aliisque militibus, impetum persequentissimum sustinuit.* Add. Godefrid. Monach. ad *Ann.* 1218. Matth. Paris. ad Ann. 1217. Boxhorn. *apolog. pro navig. Holl.*

Quid quod Nordvicum Hollandiæ pagum celebrem adscribat Frisiæ expresse Albert. Abbas Stadensis ad Ann. 876. Meretur locus, ut adscribam. *Contigit*, inquit, *eo tempore Nordmannos divino judicio ad quendam Frisiæ pagum devolvi, qui in remotis ac mari magno vicinis locis situs est; Nordwige hunc* ap-

appellant. Quem subvertere aggressi sunt: erat enim illic eo tempore venerabilis episcopus, Rembertus: cujus adhortationibus & doctrinis confortati & instructi Christiani, cum hostibus sunt congressi, & prostraverunt ex eis x. *mill.* ccc. lxvii. *pluribus insuper, dum fugæ præsidium quærerent, in transitu fluviorum necatis.* *Nordwide* est apud Adam. Bremens. *hist. eccles. cap.* 35. *Norden* apud Anonymum, qui Adamum descripsit. *Norditi* in Supplemento Annal. Pithæanorum apud Lamb. *lib.* 2. *comment. de Biblioth. Cæs. ad Ann.* 884. Quo & motus Conringius *de urbib. German. th.* 89. Boxhornium reprehendit, quod pro *Norden* apud Anonymum substituat *Nordwicum*. Nordam portu insigni, qui tum nullus Nordvico jam olim floruisse ait. Sed nec tanti hæc ratio. Tutius semper quam minimum recedere a manuscriptis. Mutatio hæc quam levis, si pro *Nordwide* legas *Nordwige* mutata una litera? Descriptorum incuria in literis error facilis. Nec necesse etiam, ut quicquam mutes. Quid si id *Nordwide* olim, quod jam *Nordwige?* Nam quod ad Anonymum, aliter scripsisse eum, quam Adamus, quem descripsit, vix puto id verisimile. Verba ipsa etiam obstant, *ad quendam Fresiæ pagum*, inquit, *qui in remotis ac mari magno vicinis locis situs est* &c. & mox: *Cujus rei miraculo usque hodie merita sancti Remberti penes Frisones egregia &c. adeo ut collis, in quo sanctus oravit, dum pugna fieret &c.* Quod colles circa Nordvicum constat. Circa Nordam non item. Quod ad portum, id facile. Quæ enim consequentia hæc? Nordvici non fuit portus, ergo nec Normanni ad Nordvicum delati? Quam multi etsi non per portum tamen terras ingressi? Vid. *Act. Apostol. cap.* 27. Non longe etiam a Nordvico ostium olim Rheni. Et quid si illud ingressi?

Bollandus etiam & Henschenius meminerunt controversiæ hujus in prævio commentario ad vitam S. Remberti *tom.* I. *Febr.* §. 6, & quamvis nonnihil fluctuent, firmandæ tamen opinioni, quæ ad Nordvicum Hollandiæ trahit, ex Annalibus Fuldensibus adducunt locum ad Ann. 876. *Frisiones, qui vocantur Occidentales, cum Normannis dimicantes, victores extiterunt; omnesque thesauros, quos Normanni plurima loca spoliando congregaverant, abstulerunt, atque inter se diviserunt.* Et quod magis adhuc firmat, Normanni plagam, quam acceperant, ulturi non grassantur, aut ascendunt per Amisum, sed, ut addit Adamus, *plagam, quam in Fresia receperant, in totum Imperium ulturi, cum Regibus Sigafrido & Gotafrido per Rhenum & Mosam & Scaldam fluvios Galliam invadentes, Christianos obtruncarunt &c.*

Nec dubito quin Hollandi, & Zelandi etiam, ut puto, qui *Frisones aquatici* apud Balderic. 3. *Chron.* 22. *Domnus episcopus nobis narrare solebat, sibi certe ab episcopo Albaldo relatum. Quia namque Aquaticorum Frisonum circa ipsam parochiam moris est, aut vix paucos, aut nullos eucharistiam in die sancti Paschæ velle gustare &c.* Unde & quod miretur quis, Robertus, cujus memini, qui

qui Gertrudis maritus, & qui Hollandiæ olim Tutor, modo *Comes* dicitur *Aquaticus*, modo Comes Holdlandensis, modo Comes *Aquarum*. Galbertus Notarius, qui vixit seculo XII. Caroli Comitis Flandriæ, cujus vitam scripsit σύγχρονος, *de vit. Carol. cap.* 15. *Robertus igitur duxit Gertrudem Comitissam Hollandensem uxorem*: & mox: *accersito fratre suo Consule Aquatico Roberto in Brudgis curiam suam convocavit.* Item: *præcipio fratri meo Roberto Comiti Aquarum, ut fidem & securitatem juret filiis meis post mortem meam.* mox: *Audierat namque Robertus Comes Holdlandensis &c.* Albaldus autem Adelboldus est episcopus Trajectinus, ut patet si jungas *cap.* 19. *ejusd. lib.* Hed. *in Adelbold.* Chronicon Goudanum *in Theoder. III.* & quod apud Balderic. *d. cap.* 22. *Tunc temporis vero Albaldus episcopus apud Imperatorem H. in Saxonia morabatur.*

Quod si quærat quis, cur Hollandia, quæ Bataviæ olim pars, deinceps pars Frisiæ, & Frisia etiam dicta, non alia occurrit ratio, quam quod Franci postquam Batavis assumptis sociis & iis mixti in Gallias penetrassent, Frisii sensim præpotuere, & pulsis Batavis, qui relicti, in insulæ eum angulum, qui jam Gelriæ attributus, Bataviæ tuetur nomen, omnem tractum illum occuparunt, qui mutato deinceps nomine a terræ ipsius qualitate dicta est Hollandia. Frisii scilicet, qui relicti; nam & hi alioquin Francorum pars. Franci enim non una gens. Gens variis constans populis, ut latius dicam infra. Et de Frisiis quod dico, constat. Constat id satis ex Radbodi historia, qui quaquaversum dominatus per Frisiam universam annos fere quadraginta Francorum arma exercuit. A Carolo Martello victus. Ex quo Frisia juris Francici, & Frisia universa. Hollandia etiam per consequens. Rursum deinceps neglecta Caroli Magni successorum socordia, desidia, & mutuis inter se dissidiis. Quæ origo vel præcipua Comitatus Hollandiæ. Vid. Willebr. Busschaerts *de prim. vet. Fris. Apost. diss.* 73.

Caput XVIII.

Frisia non una. Amplissima olim regio. Hollandi Boreales cur in edictis West-Vriesen. Hodie qui Oostvriesen olim Chauci minores. Worthsats Frisones. Rustri. Rustringi. Drechteri. Stellingi. Destarbenzon. Strantfresones. Strantfresia Holsatia etiam Frisia. Hovelinck quis.

Verum Frisia non una. Amplissima olim regio. In specie etiam Frisii Hollandi Boreales. Sic cum nomen jam Hollandiæ passim innotuisset, diu deinceps adhuc dicti. In edictis *West-Vriesen.* Albert. Argentinens. ad Ann. 345. *Eisdem diebus Comes Hollandiæ &c. reversus a Prussia civitatem Utrich longo tempore cum innumerabilibus expensis in odium Fresonum potenter obsedit. Quibus sibi cum quibusdam pactis reformatis postea Frisiam ingrediens a Frisonibus est occisus.* Serius Hollandi, aut Hollandi Boreales. Borealis Hollandiæ olim Leyda, Delphi, Rynlandia, Amstelodamum, Schiedamum, Mosælandia &c. Australis Dordracum. Goudsche Chronycke in vita Adæ: *Maer doe is Grave Willem van Oostvrieslant Grave Dircks Broeder van Hollant gecomen &c. met een groot heyr van volck in Noort-Hollant, ende is daer neder geslagen tot Rijswijck mit sijnen tenten.* Harlemum, Alcmaria, & vicina circum regio, nec Australis proprie, nec Borealis. Kennerlandiæ hæc adscripta, quæ distincta olim regio. Patet diserte id ex charta Comitis Wilhelmi, qui IV. ejus nominis, apud *van Hout in sijn Dienstboeck p.* 26. *West-Vriesen*, ni fallor, quod Hollandis ad Occidentem. Aut certe ut distinguantur ab iis, qui ad Eurum. Qui ad Eurum fœderati simpliciter jam Frisii. Olim etiam *Oost-Vriesen.* Velden. *Chron. ad Ann.* 1398. Soli hodie *Oost Vriesen*, quibus Comes præest cum imperio. Olim Chauci minores. De his Auctor incertus vitæ S. Ludgeri apud du Chesne *to.* 3, *hist. His quoque temporibus Orientalis Frisia quinque pagi, cum una insula, quæ dicitur Bant, Francorum regno se subdiderunt.* Meminit Fresiæ Comitatus ab Henrico IV. concessi ecclesiæ Bremensi Albert. Abbas Stadens. ad Ann. 1048. Plures populi Frisiorum. Plures etiam Comitatus. Idem ad Ann. 1062. *Maximum Fresiæ Comitatum de Fingoe a Rege adeptus est.* & mox: *Tertius erat Comitatus in Fresia Bremensi parochia vicinus, qui dicitur Emisgoe. Fingoe* vocat *Fivelgoe* Adam. Bremens. *lib.* 4. *cap.* 5. Charta Henrici IV. apud Lindenbrog. *Quendem nostri juris Comitatum in pagis Hunisga & Fivilga cum eodem jure omnique utilitate &c.* Auctor vitæ Ludowici Pii apud Pithæum: *Dedit ei quendam Comitatum in Frisia, cujus vocabulum*

est

est Ruistri. Add. Annal. Bertinian. ad *Ann.* 826. Frisii etiam, qui Rustri, seu ut alii, Rustringi, Worthsatis vicini & ad Wiseram porrecti. Annal. Eginhart. ad Ann. 793. *Copias quas Thedericus Comes per Frisiam ducebat, in pago Rhustri juxta Wisiram esse interceptas.* Auctor incertus de Archiepiscopis Bremensibus in Gisilberto: *Frisones etiam Wortsati & Rustringi violenter naves Burgensium invadentes &c.* Charta apud Schotan. *Chron. Fris. p.* 190. *Wy Occo tot Broeck, Aurick, ende Emden, Hovelinck in Oost-Frieslant, Sybeth Hovelingh in Rustringen, Burgemeesteren, Raedt, ende Gemeente der Stadt Groeningen, Prælaten, Hovelingen, Rechters, ende gemene ghemeente van Huysinga, Fivelga, Frede-waldt &c.*

Hovelinck, id est, *Edelman.* In ead. *ibid. Item een Hovelinck, ofte een Edelman &c.* Ab aula haud dubie. Nam ab *hoba* si deducas nimis vilis deductio hæc. Ab *hoba* hobarius. *Hobarius* colonus, adscriptitius &c.

Worthsaros etiam meminit Albert. Abb. Stadensis ad Ann. 1256. Ad littus hi Oceani inter Albim & Visurgim. Et forsan dicti sic a Worthen. Idem meminit *ibid. Villam Worthen cum omnibus suis attinentiis contulit ecclesiæ beatæ Virginis in Stadio.* In charta Ann. 1356. apud Lambec. 2. *rer. Hamburg. n.* 156. *Nos judices, Consules, & Universitas terræ Wortsatiæ recognoscimus &c.* *Drechteros* Heda in Heriberto: *At Frisii, quos Drechteros appellant, aliquot loca exurentes rebellarunt.* Sed hi eorum pars, qui vulgo hodie *West-Vriesen. Stellingos* idem in Frederico: *Quos omnes cum classe quadringentorum velorum traduxit ad portum Cuneræ, ubi Frisios, qui Stellingi dicuntur &c. Destarbenzon* Annalium Pithœanorum Supplementum apud Lambec. *lib.* 2. *comm. ad Ann.* 885. *Interea Frisiones, qui vocantur Destarbenzon, quasi a Domino destinati, parvissimis, ut eis est consuetudo, naviculis vecti supervenerunt.*

Strantfresonum, Stramtfresiæ, hodie *der Nordstrant*, Slesvicensis Ducatus, Auctor Chronici Slavici, quod edidit Lindenbrogius ad Ann. 1252. *Abel Rex Danorum die Apostolorum Petri & Pauli turpissimus a Strantfresiæ rusticis est occisus.* Erici Daniæ regis Narratio edita ab eodem ad eund. Ann. *Rex Abel cum exercitu intravit & Idarstath ad pugnandum, ibique occisus est.* Idem Chronic. ad Ann. 1469. *Ab ipsis Frisonibus de Eydersteden & circumcirca &c.* Vid. Lambec. 2. *rer. Hamburg. n.* 260. Et de his accipiendum, de Worthsatis, de Rustris, quod Ericus Rex ait ad Ann. 1215. *Imp. Otto &c. Holsatiam sibi subigere volebat; contra quem venit Rex Waldemarus cum exercitu copioso, habens secum de solis Frisonibus sexaginta millia hominum.* Nec mirum hinc, quod Frisones olim Danis vicini. Altfridus episcopus in vita S. Lugderi: *Transfretavit in confinio Fresonum atque Danorum ad quandam insulam, quæ a nomine Dei sui falsi Fosete Foseteslant est appellata.*

Magna ergo pars Belgii, regio etiam ultra Amasim, ditio Oldenburgensium,

nam & ibi qui olim Rustri, Holsatia usque ad Danos, usque ad Albim, olim Frisia.

CAPUT XIX.

Quod Franci Frisiæ etiam domini, & Frisiæ universæ; Etiam Hollandiæ. Episcopi Trajectini olim ingens territorium, & ex donationibus Francorum Principum tantum non se extendens per universam Hollandiam. Frisia pars Austrasiæ. Pars etiam Lotharingiæ. Quæ olim Lotharingia. An & Belgium complexa. Lotharienses. Karlenses. Batua, insula Batavorum. An differant Battua & Batavia, & Qui olim Batavi.

Quod ad secundum; quod Franci etiam Frisiæ olim domini, & Frisiæ universæ; etiam Zelandiæ, Sigebert. ad Ann. 697. *Willibrordus a Sergio Papa Clemens agnominatus &c. ad prædicandum genti Fresonum episcopus consecratus ex dono Pipini Principis, sedem episcopalem statuit, in loco Vultaburch dicto, qui nunc Vultrajectum dicitur &c.* Annal. Bertinian. ad Ann. 837. *Ea tempestate Nordmanni irruptione solita Frisiam irruentes, in insula, quæ Walacria dicitur, nostros imparatos aggressi &c.* Jo. de Beka in Willibrordo: *Ad castrum Trajectense pervenit, quod in potestate Francorum Orientalium eo tempore fuit.* Heda in eod. *Obtinuit pro ecclesia a principe Pipino Trajectum, cum omni districtu & territorio suo, atque omni jure in proprium perpetuo possidendum.* Rhijm-Chronyck in Theoderic. I.

Na hem quam Lodewic sijn sone
Keyser ende Coninc was de gone
Omtrent xxvj. jaer.
Die Vriesen gaven hem openbaer
Beyde dienst ende tribuut.

Add. & diplomata quæ apud Hed. in Willibrord. & Bonifac. &c. & Buchel. *in not.*

Cum omni districtu, & territorio, ait Heda. Territorium autem ingens, & tantum non se extendens per universam Hollandiam. Siquis iis non credat, quæ

quæ idem habet in Adelboldo, recensens Comitem Hollandiæ etiam inter ecclesiæ Trajectensis vasallos, credat ergo Catalogo seu inventario prædiorum, & quidem ingenti, quæ Carolo Calvo imperante circa *Ann.* 866. ecclesia Trajectensis in Hollandia adhuc habuit. Corruptum id apud Hedam, sed sublatis mendis integrum *theatr. urb. Holland. cap.* 3. exhibuit Boxhornius. Et non, quod habuit, notandum tantum, sed quod maxima ex his pars ex donationibus Francorum principum, rescripto adhuc confirmatis ab Ottone I. apud Hedam in *Baldrico episcopo* Ann. 949. ab Henrico IV. apud eund. in vita Wilhelmi *Ann.* 1064. ubi diserte is, *Res etiam in villa*, inquit, *quæ quondam Dorstadt, nunc autem Wyck nominata, & in ceteris omnibus locis a prædicta villa usque ad mare, & in Insulis, ceterisque mari contiguis provinciis, ab Impp. vel Regibus tradita præscripta Trajectensi ecclesiæ hoc immunitatis nostræ Præcepto firmavimus &c.*

Nec episcopi tamen olim Hollandia universa, ut vult Heda in Adelboldo: *Nec eo tempore*, inquit, *aliquis in Fresia, Batavia, insulisque usque ad Oceanum Principatum tenuit præter solam ecclesiam Trajectensem, quæ concessione Regum illa possidebat, sub tuitione & administratione Præfectorum. Siquidem Reges Frisiorum funditus deleti, & alii atque alii proscripti & exterminati.* Multa episcopi fateor. Multa etiam aliorum. Nam varii Comitatus. Carolus Simplex & Otto III. quid Theoderico Primo, quid Secundo concesserint, dictum jam supra. Certe hæc non episcopi. Et dein alia adhuc obstant. Sed latius de eo infra.

Interim nequis Francos liberales putet de alieno, de Clothario II. Ioan. a Leidis *lib.* I. *cap.* 16. *Et pervagans omnem Frisiam, nullum omnino Frisonum mensuram sui gladii excedentem dimisit &c. Hollandenses autem hoc videntes territi sunt, & idcirco festinabant fœdus gratiæ inire cum eodem Rege. Quapropter terra Hollandiæ, & quæ modo dicitur Trajectensis diœcesis cum Wiltenborch addita est terræ regis Frantiæ.* De filio ejus Dagoberto Io. de Beka *proœm. hist. Dagobertus rex Orientalis Franciæ totam Hollandiam suæ ditioni transponens castrum excellentis fabricæ reædificari fecit; quod Latina lingua Trajectum nuncupari jussit.* Trajecto dein expulit Radbodum ducem rebellantem Carolus Martellus, & fusis Frisiis fugatisque Ann. DCCCXXXVII. pugna victum occidit. Aimoin. 4. *hist.* 55. Ado *in Chron. ad Ann.* 1015. Heda *hist. cap.* 5. Buchel. *ad Bek. in Willebrord. lit. q.* Extat charta adhuc divisionis imperii inter Pippinum, Ludovicum, & Karolum, Ludovici Pii filios Ann. DCCCXXXVII. apud Baluz. *tom.* I. *Capitul.* In hac *in fin.* inter cetera: *Ad Bajuvariam, Toringiam totam, Ripuarios, Atrarios, Saxoniæ, Frisiæ, Ardenna, Hasbania, Bragmento, Franderes &c.* Aimoinus cum dixisset de provinciis Galliarum, & in specie de Belgis, de Batavis &c. addit tandem *lib.* I. *hist. Has omnes provincias dum Franci occupassent, in duas tantummodo partes dividentes, eam quæ septentrionem versus tenditur, & inter Mosam & Rhenum est,*

Austriam, illam vero, quæ a Mosa ad Ligeriam usque pertingit, Neustriam vocaverunt. Neustrasiam alii, Austrasiam. In historiis nihil certius. Vid. eund. *lib.* 2. *cap.* 20. *&* 25. *& lib.* 3. *cap.* 12. *&* 81. *& lib.* 4. *hist. cap.* 1. 11. *&* 14. *& passim.*

Quod autem Frisia pars Austrasiæ, & per consequens quod Austrasia Hollandiam etiam continuit, vel ex eo id satis patet. Pars ejus Lotharingia. Lotharingia autem, non ut hodie, finibus tam angustis. Ingens terrarum tractus tum. Complexa non Alemanniam tantum, Alsatiam, Helvetios, sed & Flandriam, Brabantiam, Cameracum, Leodium, Mechliniam, Trajectum, & Frisiam universam. Clarissime id demonstratur ex Lotharingiæ divisione inter Carolum & Ludovicum Ludovici Pii filios circa Ann. DCCCLXX. Annales Bertiniani ad eum Annum: *Et hac est divisio quam sibi Ludovicus accepit.*

Coloniam, Treviris, Uttrecht, Stratburch, Basulam, Abbatiam Suestre, Berch, Niu monasterium, Castellum, Indum &c. Abbatiam de Aquis, Hoenchirche, Augustchirche, Commentestebant (lege *Comitatum Testrebant*, ut apud Aimoinum, aut qui eum continuavit, 5. *hist.* 25.) *Batua, Hattuarias, Masiau subterior de ista parte, item Masiau superior quod de illa parte est* (apud Aimoinum est. *Mosam subteriorem de ista parte, item Mosam superiorem, quantam de ista parte est.*) *Lingas quod de ista parte est, districtum Aquense, districtum Trectis, &c. De Frisia duas partes de Regno quod Lotharius habuit,* &c. *Masau* apud Miræum est *Cod. piar. don. cap.* 20. Regio Mosæ adjacens. Pagus *Masau* alibi, *Mosavus, Mosariorum &c.* Belgice ad verbum *Maesland.* Theofrid. *in vit. S. Willibrordi: Tradidit illi villam in pago Mosariorum sitam, & a præterfluentis fluvii nomine Suestram nuncupatam.* Einard. *lib.* 4. *de miracul. SS. Marcellini & Petri: Est item fundus regius in pago Mosavo, octo circiter leucis ab Aquensi vico disparatus.*

Et hac est divisio, quam Carolus de eodem Regno sibi accepit. Lugdunum, Vesontium, Vienna, Tungris, Tullum, Viridunum, Cameracum &c. In Bracbanto Comitatus quatuor, Camatensem (apud Aimoinum est *Cameracensem*) *Hainoum, Lomensem. In Hasbanio Comitatus quatuor, Masau superior de ista parte Mosæ, Masau subterior de illa parte, Lingas quod de ista parte est Mosæ, & pertinet, ad Veosatum &c. de Arduenna sicut flumen Urta surgit inter Bislanc, & Tumbas &c. De Frisia tertiam partem.* Add. Divæum *lib.* 4. *rer. Brabant. pr.*

Et hæc olim Lotharingia. Belgium etiam complexa. Unde & dux Lotharingiæ etiam dicitur dux Belgicæ. Conf. Albert. Abb. Stadens. ad *Ann.* 913. *& ad Ann.* 920. Dorestadum Lotharingiæ. Annal. Fuldens. *ad Ann.* 850. Dorestadum etiam Frisiæ. Idem *ad Ann.* 837. *&* 887. Austrasiæ tantum pars dixi. Et sic dicta a Lothario, cui una cum Italia & nomine Imperatoris

peratoris sortito obtigerat. Regino ad *Ann.* 842. Sigebert. & alii. Otto Frisingens. 5. *Chron.* 35. *Lothario vero media pars, id est, Belgica Gallia, quæ ex ejus nomine Lotharingia usque hodie vocatur, cum Romano imperio sorte devenit.* Add. eund. 6. *Chron.* Io. a Leidis *lib.* 9. *cap.* 6. Idem hinc Lotharingia & regnum Lotharii. Aimoin. 5. *hist.* 19. *Lotharius partem Franciæ sibi vendicavit, quæ usque in hodiernum diem ex suorum nomine Lotharii regnum appellatur.* Regino ad *Ann.* 886. *Nortmanni a Somno fluvio exeunt, & rursus in regno Lotharii revertentes, in loco, qui dicitur Loven, castra sedesque ponunt.* Sermo ibi de tempore, quo Lotharius jam diu mortuus. Add. eund. ad *Ann.* 888. & 891. Et hinc passim Austrasios *Lotharienses* Baldericus vocat, & *Karlenses* opponit iis. Vid. 3. *Chron.* 45. & 63. Et in formula juramenti 3. *Chron.* 40. *& postpositis Karlensibus costumiis talem honorem tibi observabo, qualem Lotharienses milites dominis suis & episcopis.* Add. & Regino ad *Ann* 939. *Karolingos* vocat Ditmarus *lib.* 3. *hist. Post hac autem Imperator omni studio ordinavit expeditionem suam adversus Lotharium regem Karolingorum.* Abbas item Stadensis ad Ann. 1037.

Et ut plura adhuc addam, quod Francorum Zelandia etiam, ex Annalib. Bertinian. ad Ann. 837. statim jam ostendi. Sed addunt ibi, quod notandum; *Et aliquamdiu inibi commorantes censu, prout libuit, exacto, ad Dorestadum eadem furia pervenerunt.* Et qui quæso ad Dorestadum? Per Hollandiam haud dubie. Hollandi ergo in culpa, aut qui a Francis præfecti, quod fortius non obstiterint. Sed quid tum Imperatur? Sequitur mox *ibid. Quibus Imperator auditis prætermisso memorato itinere ad Noviomagum castrum vicinum Dorestado properare non distulit. Cujus adventu &c. Imperator vero generali conventu habito, publice cum his quæstionem habuit, quos principes ad eandem custodiam delegaverant. Qua discussione patuit, partim impossibilitate, partim quorundam inobedientia eos inimicis non potuisse resistere. Unde & ad comprimendam Fresonum inobedientiam strenui Abbates & Comites directi sunt, & ut deinceps eorum incursionibus facilius obsisti queat, classis quaquaversus diligentius parari jussa est.*

Et si non Frisia Francorum tum, cur ingenti cum exercitu Nortmannis Franciam populantibus, & quam maxime etiam Belgium, Godfrido Normannorum regi, ut pacatus desisteret tandem, a Carolo Crasso concessa? Regino ad Ann. 882. *Ea tempestate Carolus Imp. in Italia &c. nihil tardatus cum omnibus copiis in Franciam venit, & cum Longobardis, Bajoariis, Alemannis, Turingis, Saxonibus, Fresonibus, & omnibus regnis suæ ditioni subditis Nortmannos in supradicto loco obsidere exorsus est.* & mox: *Novissime rex Godfridus Nortmannorum ea conditione Christianum se fieri pollicetur, si ei munere regis Frisia provincia concederetur, & Gisla filia Lotharii in uxorem daretur. Qui, ut optavit, adeptus, baptisatus est.*

Quod

Quod autem Frisia hæc, nequis dubitet, Hollandiam complexa etiam, ex sequentibus satis patet. Ad Ann. 885. *Quorum callida machinamenta & factionum conspirationes cum persensisset Imp. cum Henrico viro prudentissimo altiori consilio pertractat, quo ingenio hostem, quem in regni extremitatibus introduxerat, extinguere posset, & sciens loca inaccessibilia exercitui propter diversarum aquarum innumeros decursus, & impenetrabiles paludes, magis id arte, quam ex virtute experiri statuit. Legatos igitur responso suspensos absolvit &c.* & mox: *ipse cum perpaucis Coloniam venit, & assumpto cum præfato episcopo mox in Battuam proficiscitur. Godefridus audito eorum adventu illis obviam procedit ad locum, qui dicitur Herispich, in quo Rheni fluenta & Wal uno alveo se resolvunt, & ab invicem longius recedentes Battuam provinciam suo gurgite cingunt. Hanc insulam ingredientes episcopus & comes multa a Godefrido audiunt, multa ex parte Imperatoris respondent &c.*

Ecquid clarius potest dici? Cædem deinceps Godefridi & provinciam receptam refert? *Quid plura?* inquit, *Ab Eberhardo primo percussus, & satellitibus Henrici confossus Godefridus moritur, omnesque Nortmanni, qui in Batua reperti sunt, trucidantur.* Batuam eam vocat, quam alii insulam Batavorum. Cæsar *lib. 4. de bell. Gall. Mosa profluit ex monte Vogeso, qui est in finibus Lingonum, & parte quadam Rheni accepta, quæ appellatur Walis, insulam efficit Batavorum, neque longius ab eo millibus passuum LXXX. in Oceanum transit.* De Carolo Magno Eginhartus: *Inchoavit & palatia operis egregii, unum haud longe a Moguntiaco, juxta villam, cui vocabulum est Ingilenheim: alterum Noviomagi super Wahalem fluvium, qui Batavorum insulam a parte meridiana præterfluit.* Add. Aimoin. *lib. 1. hist. pr.* Idem *d. lib. cap. 5. Mosa profluens ex monte Vogeso, qui est in finibus Lingonum, & parte quadam ex Rheno recepta, quæ appellatur Vacculus, vulgo autem dicitur Walis, insulam efficit Batavorum, quæ rustico sermone vocatur Battua.*

Battuam & *Bataviam*, scio quidam distinguunt. Sed inepta est distinctio, ut demonstravit Pontanus *discept. chorograph. cap. 8.* Add. Joh. Smith *opp. Batav. cap.* 10. Gelrorum pars Batavi, nec minima Hollandorum. Tenuere olim terras inter Rhenum & Vahalim usque ad Oceanum. Per consequens & Hollandiam, Boreali excepta. Tacit. *lib. 4 hist. Circumsteterat Civilem & alius metus, ne quartadecima legio adjuncta Britannica classe, afflictaret Batavos, qua Oceano ambiuntur.* Idem *lib. 2. annal. Insula Batavorum, in quam convenirent, prædicta &c. Nam Rhenus uno alveo continuus, aut modicas insulas circumveniens apud principium agri Batavi velut in duos amnes dividitur, servatque nomen & violentiam cursus, qua Germaniam prævehitur, donec Oceano misceatur, ad Gallicam ripam latior &c. Vahalim accolæ dicunt: mox id quoque vocabulum mutat Mosa flumine, ejusque immenso ore eundem in Oceanum effundi-*

effunditur. De insula Plinius: *In Rheno ipso*, inquit, *prope centum millia passuum in longitudinem, nobilissima Batavorum insula & Caninefatum &c.*

Caput XX.

Quando Batavi juris Francici. Batavi an a Francis vi & armis subacti. An Francis mixti & quando. Mixti Quadis & Saliis. Salii Francorum pars, ut & Ansuarii. Saxones qua occasione occuparint Britanniam. Cattorum pars Batavi. Eorum pars etiam Franci.

Nec tum tantum Francorum hæc. Francorum jam diu ante. Heda *hist. Ultraj. cap.* 5. *Dagobertus itaque patri defuncto in amplissima regna succedens circa annum Salutis Christianæ* DCXXXI. *dirigitur postea a patre cum Pipino Duce in Austrasiam (hoc est, quicquid inter Rhenum, Mosam, & Oceanum interjacet) regnaturus.* Nec mirum hinc, quod Frisones in Caroli Magni exercitu. Annal. Bertiniani, & Annal. Metens. *ad Ann.* 789. & 791. Quod sæpe & ipse & successores non procul ab Hollandis Neomagi in Gelria. Regino & Ann. Metens. *ad Ann.* 806. *Navigio per Mosellam Rhenum ingressus ad Neomagum in Badua venit, ibique tota Quadragesima fuit, & sanctum Pascha celebravit.* Quod palatium ejus ibi. Eginhart. *Inchoavit & palatia operis egregii, unum haud longe a Moguntiaco &c. alterum Naviomagi super Wabalem fluvium &c.* Charta apud Buchel *ad Hed. in Egilbold. Actum Niumaga regali Palatio, &c.* Ottonis III. apud Gelen. *ad Vit. S. Engelbert p.* 360. *in palatio nostro, quod dicitur Noviomago, nostrum jussimus fieri colloquium &c.* Add. Otton. II. *chart. ibid. p.* 359. Quod comitia ibi habita. Vid. Annal. Fuldens. *ad Ann.* 831. & 838. Annal. Bertinian. *ad Ann.* 825. 827. 830. *& seq.* Annal. Metens. *ad Ann.* 804. De Ludovico Pio Theganus *hist. cap.* 37. *Illo anno pervenit Dominus Imperator ad Noviomagum castrum, quod situm est super fluvium, quod dicitur Valum.* Ejusdem vitæ Auctor apud Pithæum: *Eodem anno Kalendis Maji conventum alterum habuit Imperator Noviomagi, in quo regni partitionem, quam inter filios jam dudum fecerat, coram recitari fecit.* Idem infra: *Tandem ergo Niumagam ventum est, omnisque Germania eo confluxit, Imperatori auxilio futura.* Add. Chronic. Moissiacens. *ad Ann.* 806. Chronic. Hildensheim. *ad Ann.* 1031. 1033. & 1039. Venit ibi ad Carolum de Britannia Eardulf rex Nordanhumbrorum regno a suis pulsus. Per Hollandiam haud dubie. Nam

qui aliter quæso potuit? Annal. Bertinian. ad Ann. 808. *Interea Rex Nordanhumbrorum de Britannia insula nomine Heardulf regno & patria pulsus ad Imperatorem, dum adhuc Neumago moraretur, venit.* Vita S. Bernwardi apud Brouwer. p. 8. *Interea Domina Theophana Imperatrix* (mater hæc Ottonis III.) *apud Neomagum, maximo dolore totius regni, rebus excessit.*

Verum altius ascendam. Probabo quod Francorum & jam ante Dagobertum. Etiam jam a tempore Juliani Apostatæ; Arcadii saltem & Honorii, cum undique exciti Barbari, & in Romanos coorti, totum terrarum orbem ad exitium vocarent.

Extra controversiam id & notum ex Panegyricis etiam ante Julianum ingenti multitudine Francos insulam inundasse, verum iterum iterumque a Romanis ejectos. Cæsos constat a Constantio patre Magni Constantini ex Eumenii Panegyrico. De quo ad Maximianum & Constantinum etiam alius, *Multa ille*, inquit, *Francorum millia, qui Bataviam aliasque cis Rhenum terras invaserant, interfecit, depulit, abduxit.* Et rursus de eo alius: *Purgavit ille*, inquit, *Bataviam advena hoste depulso.* Similiter de eo tertius: *Terram Bataviam*, inquit, *sub ipso quondam alumno suo, a diversis Francorum gentis regibus occupatam, omni hoste purgavit: nec contentus vicisse ipsos in Romanas transtulit nationes, ut non solum arma sed & feritatem ponere cogerentur.* De Maximiano etiam Panegyrista diserte: *Quamquam*, inquit, *illa regio divinis expeditionibus tuis Cæsar vendicata atque purgata, quam obliquis meatibus Scaldis interfluit, quamque divortio sui Rhenus amplectitur, pene ut verbi periculo loquar, terra non est; ita penitus aquis imbuta permaduit, ut non solum qua manifeste palustris est, cedat ad nixum, & hauriat pressa vestigium, sed etiam ubi paulo videtur firmior, pedum pulsu tentata quatiatur, sentire se procul mota pondus testetur. Ita ut res est, subjacentibus innatat, & suspensa late vacillat, ut merito quis dixerit exercendum fuisse tali solo militem ad navale certamen. Sed neque illæ fraudes locorum, nec quæ plura inerant perfugia sylvarum Barbaros tegere potuerunt, quo minus ditioni tuæ divinitatis omnes sese dedere cogerentur, & cum conjugibus ac liberis cæteroque examine necessitudinum ac rerum suarum ad loca olim deserta transirent &c.* Nec pulsi penitus tamen Franci. Incolis non invitis recepti rursum & admissi.

Nequis vitilitiget, omni major exceptione testis est Zosimus *lib. 3. hist.* Καὶ τῇ Βαταβίᾳ προσχόντες, ait, ἣν δίχα σχιζόμενος ὁ Ῥῆνος νῆσον ποιεῖ, πάσης ποταμίας μείζονα νήσου, τὸ Σαλίων ἔθνος, Φράγγων ἀπόμοιρον, ἐκ τῆς οἰκείας χώρας ὑπὸ Σαξόνων εἰς ταύτην τὴν νῆσον ἀπελαθέντες ἐξέβαλον· αὕτη δὲ ἡ νῆσος οὖσα πρότερον πᾶσα Ῥωμαίων, τότε ὑπὸ Σαλίων κατείχετο, *Et appulsis ad Bataviam navibus, quam divisus Rhenus insulam efficit, quavis insula fluminea majorem, Saliorum nationem,*

qua

quæ pars est Francorum, & vi Saxonum in hanc insulam suis e sedibus ejecta, expulerunt. Hæc insula prius Romanis in universum parens, a Saliis hoc tempore possidebatur.

Φράγγων, ait, ἀπόμοιρον. Et sic quidem recte, nam & alii *Ansuarii.* Ammian. Marcellin. *lib.* 17. *hist. Francos, quos consuetudo Salios appellat.* Idem *lib.* 20. *Rheno deinde transmisso regionem subito pervasit Francorum, quos Ansuarios vocant.* Salii, quod ad Salam, seu Isalam, ut Cluverus vult *lib.* 3. *German. antiq. cap.* 20. Ait possidebatur, vel, ut Græce, κατεῖχετο. Juliani tempore non tam vi, non tam belli jure & armorum, quam precario possessa. Ex eodem id satis patet. Nam sic pergit in continenti. *Quados quidem Cæsar*, inquit, *vicissim adgrediebatur, sed jusso prius exercitu cum Quadis acriter dimicare, Saliorum neminem occidere, nec prohibere, quo minus in Romanorum fines illi transirent, quod non ut hostes Romanam regionem peterent, sed per vim & coactionem a Quadis pellerentur.* & mox: *Hac animadversa Cæsaris humanitate Salii, partim ex insula, cum rege suo Romanum in solum transjiciebant, partim ad limites inita fuga se conferebant, omnes Cæsari supplices facti.*

Nomen Batavum mansit. Sed in id coaluere etiam, qui in insulam accesserant, & qui pro parte occupaverant, Quadi & Salii. Ex his scriptæ legiones. Et hi, ac si una gens, Batavi tamen dicti. Idem paulo post: Ταῦτα οὕτω διαθεὶς ὁ Καῖσαρ Σαλίους τε καὶ Κουάδων μοῖραν, καὶ τῶν ἐν τῇ Βαταυΐᾳ νήσῳ τινὰς τάγμασιν ἐγκατέλεξεν, ἃ καὶ νῦν ἐφ' ἡμῶν ἔτι δοκεῖ περισώζεσθαι. *His rebus ita constitutis & Salios Cæsar, & Quadorum partem & quosdam incolentes insulam Bataviam legionibus adscripsit: quorum ordines nostro quoque tempore superstites esse videntur.* Haud dubie hi etiam, qui apud Sirmium Lucillianum a Joviano missum, ut Juliani mortem nuntiaret, ut atrocis rei nuntium trucidarunt confestim. Zosim. *ibid.* Ἀλλ' οἱ ἐν Σιρμίῳ τῶν Βατάβοι, πρὸς φυλακὴν ἀπολελειμμένοι τῆς πόλεως ἅμα τῇ ἀκοῇ, τὸν μὲν Λουκιλλιανὸν, ὡς τηλικούτων κακῶν ἄγγελον, διεχρήσαντο, ἐν οὐδενὶ τὸ πρὸς τὸν βασιλέα θέμενοι κῆδος. Προκόπιον δὲ τῇ πρὸς Ἰουλιανὸν συγγενείας αἰδοῖ, διαφῆκαν ἀθῷον. *Sed apud Sirmium Batavi, qui ad opidi præsidium relicti fuerant, quamprimum hæc audivissent, Lucillianum, veluti tantorum malorum nuncium, interfecerunt, adfinitatis Imperatoriæ nulla ratione habita: Procopium cognationis cum Juliano reverentia tacti, dimiserunt illæsum.* De his etiam Ammianus *lib.* 27. *hist. Cum Batavi venissent & Heruli, Joviique & Victores, fidentes viribus numeri.*

Priorum autem successu Saxones invitati cum classe prædatoria vicina circumlittora haberent semper infesta, Batavia autem non sufficeret, per se valida,

lida, & plena advenis, tandem animum adjecere ad occupandam Britanniam. Nihil verius certe. Claudian.

Illius effectum curis, ne bella timerem
——— ne littore toto
Prospicerem dubiis venturum Saxona ventis

Et alibi:

——— Maduerunt Saxone fuso
Orcades.

Pacatus ad Theodosium: *Attritam pedestribus præliis Bataviam referam? Saxo consumptus bellis navalibus offeretur?* Et est hæc etiam opinio doctissimi Camdeni. *Quid si Saxones*, inquit, *t' Huys te Britten vocarunt, quod in Britanniam hinc solverint, quum nostra littora suis ciulis (myoparones vocarunt) infestarent. Saxones enim Bataviam, Saliis Francis expulsis, insedisse docet Zosimus, & inde in Britanniam se infudisse satis clare constat.* Est Zosimi etiam locus *lib. 6. hist.* qui nonnihil huc facit: πάντα, inquit, κατ' ἐξουσίαν ἐπιόντες οἱ ὑπὲρ τὸν Ῥῆνον βάρβαροι κατέστησαν εἰς ἀνάγκην τούς τε τὴν Βρεττανικὴν νῆσον οἰκοῦντας, καὶ τῶν ἐν Κελτοῖς ἐθνῶν ἔνια τῆς Ῥωμαίων ἀρχῆς ἀποστῆναι, καὶ καθ' ἑαυτοὺς βιοτεύειν, οὐκέτι τοῖς τούτων ὑπακούοντα νόμοις, *Cuncta pro libitu invadentes transrhenani Barbari eo tum incolas insulæ Britanniæ, tum quasdam Celticas nationes redegerant, ut ab imperio Romano deficerent, & Romanorum legibus non amplius obedientes, arbitratu suo viverent.* Add. & Vigner. *de orig. vet. Franc. p.*161. *Grot. de antiq. reip. Batav. cap.*4. ubi & nonnulla habet de Brittia insula, cujus mentio apud Procop. *lib.* 4. *Gotthic.* & quam eandem, quæ Britannia, putat Pontan. in *gloss. prisc. Gallic.*

Quieta ergo Francis ex eo insulæ possessio. Eam tamen nec armis, nec vi, ut puto, occuparunt, sed ingenti multitudine, fractis viribus Romanorum, in Gallias effusi consederunt etiam in his oris, incolis non invitis, quibus olim jam mixti.

Cattos ajunt olim profugos loca insedisse ad vetus Rheni ostium, & hinc nomen remansisse utrique Catvico. Tacit. *de morib. German. Omnium harum gentium virtute præcipui Batavi, non multum ex ripa, sed insulam Rheni colunt, Cattorum quondam populus, & seditione domestica in eas sedes transgressus, in quibus pars Romani imperii fierent.* Idem *lib.* 4. *hist. Batavi, donec trans Rhenum agebant, pars Cattorum, seditione domestica pulsi extrema Gallicæ ora vacua cultoribus, simulque insulam inter vada sitam occupavere, quam mare Ocea-*

Oceanum a fronte, Rhenus amnis tergum ac latera circumluit. Id nominis tamen pagis ab eo usque tempore deductum non putem. Catti Francis vicini. Haud dubie etiam iis mixti. Quid mirum si cum Francis profecti quidam militatum, Francorum auxiliarii in his locis consederint? Certe & Franci Cattorum pars. Franci ipsi Germani: Hieronym. *in vit. Hilarionis: Inter Saxones & Alemannos gens non tam lata, quam valida, apud historicos Germania, nunc vero Francia vocatur.*

Gens, inquit, non tam lata. Latior olim Saxonum. Nam & Frisii olim Saxones. Chron. Rhythm.

Oude bouken hoor ick gewagen
Dat alle t'Land beneden Nyemagen
Wylen Neder-Sassen hiet
Vander Mase ende van den Rine &c.

& mox:

Die NederSassen heeten nu Vriesen
Dien naem waen ick dat eerst vant
Rome, want hets een cout landt.

Frisiorum saltem pars. Nam & Frisii olim Franci. Et de his haud dubie est quod Orosius *lib.* 7. *cap.* 32. *Valentinianus Saxones gentem in Oceani littoribus & paludibus inviis sitam, virtute atque agilitate terribilem, periculosam finibus, eruptionem magna mole meditantem in ipsis Francorum finibus oppressit.*

CAPUT XXI.

Franci omnes Germani. Chamavi olim Bructeri, Catti. Et hi olim Sicambri. Franci olim trans Rhenum. Etiam olim Sicambri. Trans Rhenum, sed Rheno proximi. Francorum cæsaries. Comam ponebant victi. Rheni. Rhynfrancken. Franci classe etiam usi. Batavi etiam Franci. Unus cum Francis populus.

Franci autem quod Germani de eo non dubitandum. Suidas: Φεάγγοι γερμανοὶ. Chamavi olim, Bructeri, Catti, ut ostendit Conring. *de orig. jur. Germ. cap.* 7. Et hi olim Sicambri. Nec mirum, quod qui distincti sic, tamen omnes Sicambri. Hollandi etiam, Zelandi, Trajectini, Transisalani, uno verbo olim Frisii. Flandri item omnes Belgæ Caroli V. temporibus. Et jam Belgæ fœderati, qui apud suos distincti, Hollandi tamen omnes apud exteros indistincte. Francos quidem a Chamavis Ausonius distinguit. Sed non mirum quod distinguat. Distinguit etiam a Germanis. Sic in *Mosella*:

Accedent vires, quas Francia, quasque Chamavus,

Germanique tremant, tum verus habebere limes.

Et constat tamen satis, quod & ipsi Germani. Γερμανοὶ μὲν τὸ παλαιὸν ὠνομάζοντο. Procop. 1. *Goth.* 11. *in fin.* Idem Francos eo libro Germanos modo, modo Francos vocat, quinquies sexiesve. Sed ratio distinctionis, quod Germani ad Rhenum, & ad Rhenum occidui. Prosperi Chronicon: *Pars Galliarum propinqua Rheno, quam Franci possidendam occupaverant Aëtii Comitis armis recepta.* Et sic reperies locatos in tabula Peutingeriana, quam publicavit Velserus, adscriptis etiam verbis. CHAMAVI QUI ET FRANCI. Pontan. *orig. Francic. lib.* 1. *cap.* 10. *& lib.* 2. *cap.* 3. A Sicambris distinguit etiam alibi Claudianus:

Cornibus infractis adeo mitescere cogis,
Ut Salius jam rura colat, flexosque Sicambri
In falcem curvent gladios, geminasque viator
Cum videat ripas, quæ sit Romana, requirat.

Et

Et tamen nihil certius, quam quod Franci Sicambri. Ubi Franci, Sicambri olim. Franci trans Rhenum & trans Rhenum ad occasum. Etiam olim Sicambri. Sidon. Apollin. *carm.* 7. *verf.* 42.

——— & flavis in pocula fracta Sicambris

Rhene tumens

Idem ad Majorian. August.

Detonsus Vahalim bibat Sicamber

Detonsus, id est, victus, subactus. Comam enim ponebant victi. Martial.

Sic tonso occipiti senex Sicamber

Postquam victus, es, elicis retrorsum

Cervicem ad veterem novos capillos.

Claudian. *in Eutrop.*

Militet ut nostris detonsa Sicambria signis.

Constat certe id de Sicambris etiam Cæsaris tempore. Trans Rhenum, sed Rheno proximi. Cæsar. *lib.* 4. *de bell. Gallic. Accessit etiam, quod illa pars equitatus Usipetum, & Tenchtherorum, quam supra commemoravi prædandi frumentandique causa Mosam transisse, neque prælio interfuisse, post fugam suorum se trans Rhenum in fines Sicambrorum receperat, seque cum iis conjunxerat.* Idem 6. *de bell. Gallic. Trans Rhenum ad Germanos pervenit fama diripi Eburones, atque ultro omnes ad prædam evocari. cogunt equitum* II. *millia Sicambri, qui sunt proximi Rheno, a quibus receptos ex fuga Tenchtheros supra docuimus.* Paludum incolæ, ut & Franci. *Paludosos* Propertius vocat, quod ad Rhenum paludes, præsertim ad Rheni ostia:

Ille paludosos memoret servire Sicambros.

Strabo: πλησιαίταιοι δὲ Μενάπιοι τῶν ἐκβολῶν ἐφ' ἑκάτερα τοῦ ποταμοῦ καλοικοῦντες ἕλη, καὶ δρυμοὺς, οὐκ ὑψηλῆς, ἀλλὰ πυκνῆς ὕλης, καὶ ἀκανθώδους· κατὰ τούτους δὲ ἵδρυνται Σούγαμβροι Γερμανοί, *Ultimi sunt Menapii, qui ex utroque ostiorum latere paludes incolunt, & sylvas humilis densaque materia ac spinosa. Juxta illos Sicambri Germani.* Procop. I. Gotth. Ῥῆνος δὲ εἰς τὸν ὠκεανὸν τὰς ἐκβολὰς ποιεῖται, λίμναι τε ἐνταῦθα, οἱ δὲ γερμανοὶ τὸ παλαιὸν ᾤκηντο, βάρβαρον ἔθνος, οὐ πολλοῦ λόγου τὸ κατ' ἀρχὰς ἄξιον, οἱ νῦν Φράγγοι καλοῦνται, *Rhenus autem in Oceanum suis ostiis emittitur. Et sunt stagna hisce in locis. Germani vero habitabant olim, barbara natio,* *nec*

nec admodum digna visa scriptoribus, quæ innotesceret, qui nunc Franci vocantur. Vopisc. in Prob. Testes sunt Franci in suis strati paludibus.

Quod Sicambri autem Franci, & multa alia argumento sunt, & inter cetera cæsaries, compta ita & prolixa, ut legitur de Sicambris. Martial.

Crinibus in nodum tortis venere Sicambri
Atque aliter tortis crinibus Æthiopes.

Claudian. *lib.* 3. *de* laudibus Stiliconis:

——— illinc flavente Sicambri
Cæsarie, nigris hinc Mauri crinibus irent.

Sed quos ibi Sicambros, Francos dixerat jam ante, nimirum *lib.* 2.

Qui mihi Germanos solus Francosque subegit,
Cur nondum legitur fastis?

Hinc Remigius Clodoveo, cum baptizari se peteret, *Mitis*, inquit, *depone colla Sicamber; adora, quod incendisti, incende quod adorasti.* Flodoard. *hist. Remens. lib.* 1. *cap.* 13. Abbas Urspergens. *Chron. de orig. Franc.* Et ne multum hic æstuemus, audiamus Sidonium *carm.* 23. *vers.* 243.

Tu Tuncrum, & Vachalim, Visurgin, Albim,
Francorum & penitissimas paludes
Intrares venerantibus Sicambris.

Patet hic eosdem & Francos & Sicambros, paludes iis habitatas, & penitissimas paludes, Rheni scilicet, ut supra. *Rhenos* vocat Persius *Sat.* 6.

——— Missa est a Cæsare laurus
Insignem ob cladem Germanæ pubis, & aris
Frigidus excutitur cinis: & jam postibus arma
Jam chlamydes regum, jam lutea gausapa captis
Essedaque, ingentesque locat Cæsonia Rhenos.

Stephanus: Ῥῆνοι, ἔθνος παροικοῦν τῷ ῥήνῳ, καὶ ἀπ' αὐτοῦ καλούμενοι, *Rheni gens fluvio Rheno accolens, & inde ita dicti. Rhyn-francken* Auctor Chronici rhythmici ante annos trecentos, & quod excurrit, conscripti:

Dicke quamen si met scaren
Om dat Roemsche ryc te cranken
Ende verbeerden die Rynvranken.

Certe

Certe & usque ad Oceanum protensa eorum ditio. Et constat classe etiam usos. Nazarius in Panegyric. *Franci ipsi præter ceteros, truces, quorum vis cum ad bellum effervesceret, ultra ipsum Oceanum æstu ferroris evecta Hispaniarum etiam oras armis infestas habebat.* Claudian.

—— Germania tota feratur

Navibus & socia comitentur classe Sicambri.

Classe instructa ingenti sub Probo imperatore totam Græciam conturbarunt. In Siciliam delati Syracusas spoliarunt. Vastatis Africæ littoribus nullum ipsi detrimentum passi, quod miratur etiam Zosimus *lib.* 1. *hist.* domum redierunt. Add. Eutrop. *lib.* 9. Orosium & alios. Ad augendam formidinem ingenti statura. Plerique enim, ut putatur, sex pedes excedebant, cum contra apud Romanos legendo tyroni quinque & semis sufficerent, ut observavit Cujac. *lib.* 21. *obs. cap.* 5. Vegetius: *Quid adversus Germanorum proceritatem nostra brevitas potuisset?* Sidon. Apollin.

Spernit septipedem stylum Thalia,

Ex quo septipedes videt patronos.

Et alibi:

Hic Burgundio septipes frequenter.

Mirabilis etiam de iis Græcorum opinio. Pilos setasve aprorum instar iis nasci in spina dorsi putabant. Unde & τριχοραχάτυς eos dixit Credrenus *to.* 1. *hist. p.* 435. *edit. Reg.* & ex eo *Trichorachatos hist. miscella* Auctor *lib.* 22. *p.* 677. Sed deinceps Sicambri victi sæpius a Romanis, & bello sæpius attriti, ingenti etiam numero propter crebras rebelliones traducti in Gallias, postquam, qui residui, aliis mixti, qui successerant, mutato paulatim nomine mutarunt nonnihil etiam. Coma omnes prolixa olim. Etiam in nodum torta. Claudian.

Ante Ducem nostrum flavam sparsere Sicambri

Cæsariem, pavidoque orantes murmure Franci

Procubuere solo.

Verum temporis progressu postquam Rhenum transissent & postquam Franci frequentius dicti, Regum tantum insigne id. Gregor. Turonens. *lib.* 2. *cap.* 9. *Francos primum quidem littora Rheni amnis incoluisse: debinc transacto Rheno Thoringiam transmeasse, ibique juxta pagos vel civitates reges crinitos super se creavisse.* De Chlodomere Agath. *lib.* 1. *hist.* *Quo humi jacente, Burgundiones promissam illius laxamque comam & ad scapulas usque pertingentem conspicati, confestim intellexerunt se Ducem hostium interfecisse. Solemne enim est Francorum regibus nunquam tonderi: sed a pueris intonsi manent*

nent: cæsaries tota decenter eis in humeros propendet, anterior coma e fronte discriminata in utrumque latus deflexa. Neque vero quemadmodum Turcis & Barbaris impexa iis & squallida, sordidaque est coma, vel complicatione indecenter cirrata, sed smigmata varia ipsi sibi adhibent, diligenterque curant; idque velut insigne quoddam eximiaque honoris prærogativa Regio generi apud eos tribuitur. Subditi enim orbiculatim tondentur &c. Atque hæc etiam sententia Bilibaldi Pirckheimeri est, Caroli V. Consiliarii, & laudati toties ab Erasmo, in Germaniæ descriptione: *Supra hos*, inquit, *juxta Rhenum habitabant Sicambri, a quibus Franci ortum sumpsere, quod quidem multis argumentis ostendi potest. Nugentur Gallici scriptores, quicquid volunt de Trojana gentis origine & civitate illa magna Sicambria appellata, meris mendaciis constructa, omnia enim illa fabulosa sunt. Horum pars sub Octaviano Cæsare in interiorem Rheni translata est ripam. Qui vero remanserunt, posteriori tempore Franci sunt dicti.* Quod cæsi. Quod traducti Sueton. *in August. cap.* 21. *Sicambros dedentes se traduxit in Galliam, atque in proximis Rheno agris collocavit.* Tacit. *lib.* 12. *annal. Ac præcipua Silurum pervicacia, quos accendebat vulgata Imperatoris vox: ut quondam Sicambri excisi, ut in Gallias trajecti forent, ita Silurum nomen penitus extinguendum. Excisos* dicit. Sed non ad unum. Nam cur alioquin Martialis:

Crinibus in nodum tortis venere Sicambri.

De Suevis etiam idem quod de Sicambris Suetonius dicit: *ex quibus Suevos,* inquit, *& Sicambros dedentes se traduxit in Galliam.* Nec est, quod sollicitetur multum lectio in Suetonio. Nec necesse ut pro *Suevos* cum Casaubono legatur *Ubios*. Et post Augustum, & id certum est, in Germania adhuc Suevi. Sed quid absurdi si dicam, quod pars in Gallias traducta. Nam gens eorum olim ingens, & plures alias sub se continens. Sicambros, scio, silet Tacitus de morib. Germ. Sed non mirum. Et nomen id tum obscurius. Et Sicambri non una gens. Sed ex pluribus constans. Quas & Tacitus non omisit. Idem *ibid. Juxta Tencteros Bructeri olim occurrebant, nunc Chamavos & Angrivarios immigrasse narratur, pulsis Bructeris ac penitus excisis.* Ubi tamen illud *penitus* civiliter debet accipi. Nam & diu dein post Chamavi, Bructeri, distinctæ adhuc gentes, ut vel patet ex Panegyricis. Francos Tacitus etiam silet. Et non mirum, quod silet. Nomen serius innotuit. Nec diu ante Gallienum. Vid. Vopisc. *in Aurelian.* Ciceronis enim locus 14. *ad Attic. epist.* 10. *Redeo ad Thebassos, Scævas, Frangones*, a librariis corruptus. Legendum *ad Betasios, Atuas, Vangiones*, ut primus, quod sciam, Beat. Rhenanus satis feliciter *lib.* 2. *rer. Germ.* Nec displicet Pontano *lib.* 2. *orig. Francic. cap.* 4. Vid. Wassemb. *Embric. lib.* 1. *cap.* 3. Velser. ad Fragment. Tab. Peutinger. pr.

Fran-

Franci ergo, qui ad Rhenum. Et hi etiam, qui Romanis infesti semper & formidandi. Adversus quos burgis, castellis, & prætenturis ripa Rheni oppleta. Qui paulatim progressi tandem Rhenum transmissis copiis, & adscitis etiam Batavis, quibus dudum jam mixti, Romanis pulsis & attritis sui juris fecerunt Gallias. Sigebert. *ad Ann.* 445. *Clodius Rex Francorum, missis exploratoribus, de Dispargo castello usque ad urbem Cameracum, transiit Rhenum, & protrito multo Romanorum populo, citra Rhenum, usque Ligerim fl. habitantium, Carbonariam silvam ingressus, urbem Tornacum obtinuit, & inde usque ad urbem Cameracum properavit.* Vid. Freher. ad Petr. de Andlo *de imp. Rom. lib.* 1. *cap.* 15. Et sic, qui Francis hactenus vicini, tandem Batavi etiam Franci. Unus facti cum iis populus. Francis tamen prævalentibus Francorum sceptris subjecti. Altfridus monachus Werthinensis, qui ante annum Christi MCXLI. vitam S. Ludgeri scripsit.

Iste Gregorium, ut se in confinium
Dirigat Francorum rogat & Saxonum!
Qua Isla fluvius contiguus
Fluit ore Dei nominatus ei.

Altfridus episcopus in vita ejusdem: *Ut in confinio Francorum atque Saxonum secus fluvium Isla plebi in doctrina prodesse deberet.* De eodem Othelgrimus in vit. S. Lebuini: *Direxit eum in confinium Francorum & Saxonum juxta fluvium Isala ad locum, qui dicitur Daventre.* Ubi & patet id aperte, quod Saxones Westphali. Add. Velser. ad *Fragment. tab. Peutinger. cap.* 3.

CAPUT XXII.

Batavorum laus. Eorum apud Romanos qua prærogativa. Qua ratione juris Francici. Qua reliqui Belgæ. Olim an Gallis an Germanis annumerati. Arborichi an Zelandi. Dordrecht olim Thuridrecht. Thoridrecht. A Thuringorum trajectu. Thuringi alii ad Salam, ad Onestrudem. Alii qui & Tungri in agro Leodiensi. Vranckryck locus inter Herkam & Halam. Ubi Dispargum. Ubi Toxandria.

Batavi Cattorum populus, fortissima olim gens, Romanis socia & amica. Viros tantum ministrans, juventutem & arma. A tributis immunis. *In usu tantum præliorum sepositos*, ait Tacitus, *& veluti tela atque arma bellis reservatos de morib. Germ.* Batavi domi militiæque illustres. Retenta stre-

nue libertate suis usi magistratibus. Romanorum reverentes, imperiis non obnoxii. Galli partim crediti, partim Germani, prout scilicet aut Gallis aut Germanis propiores. Plutarch. *in Othon. In gladiatores, qui peritia & animo ad aggrediendum habebantur insignes, invexit Varus Alphenus Batavos. Hi equitum Germanorum sunt præstantissimi, insulam incolentes Rheno circumfluam.* Tacit. 5. *hist. Stare Germanos Batavosque super vestigia gloriæ.* Ibid. *Sic veluti abacto amne tenuis alveus insulam inter Germanosque continentium terrarum speciem fecerat.* Idem 4. *hist. Batavos extrema Gallicæ ora vacua cultoribus simulque insulam inter vada sitam occupasse ait.* Potius tamen Galli. Quod Belgæ enim constat. Belgæ autem Gallorum pars. Auson. *in Mosell.*

Et tandem primis Belgarum conspicor oris

Neomagum, divi castra inclyta Constantini.

Cæsar. 1. *de bell. Gall. Gallia est omnis divisa in partes tres, quarum unam incolunt Belgæ &c.* Sed & Belgicæ olim pars, quæ Germaniæ confinis, & habitata a Germanis, distinctionis causa dicta est Germania secunda. Et si originem attendas etiam Batavi Germani, ut & Caninefates. Et hinc apud Paterculum *lib. 2. cap.* 105. *Intrata protinus Germania, subacti Caninefates, Attuati &c.* Chronic. Rhythmicum. *pr.*

Oude boecken hoor ick gewaghen

Dat al t'lant beneden Nyemagen

Wilen Neder-Sassen hiet.

Adeo autem non obnoxii, ut Duces ipsi auxiliis, quæ mittebant, præficerent. Tacit. *lib.* 4. *hist. Nec opibus Romanis societate validiorum attriti, viros tantum armaque imperio ministrant, diu Germanicis bellis exerciti: mox aucta per Britanniam gloria, transmissis illuc cohortibus, quas vetere instituto nobilissimi popularium regebant. Nobilissimi popularium* ait. Alii reges appellant. Ammian. Marcell. *lib.* 16. *hist. Quo cognito opitulatum contubernalibus suis celeri cursu Batavi venere cum regibus, formidabilis manus, extremæ necessitatis articulo circumventos, si juvisset fors, ereptura, torvumque canentibus classicis, adultis viribus certabatur.* Sed Reges itidem ut Laconici. Revera Duces duntaxat, & optimatium primi. De Frisiis agens Tacitus, vicina Batavis gente, cum dixisset a Verrito & Malorige regi, caute dein addit, *in quantum Germani reguntur.* Cajetan. *ad Summam Thomæ* 2. *qu.* 40. *art.* 1. *Alicubi statuta sunt talia, ut reges solo nomine sint reges.*

Tempore Imperatorum paulo durius quidem habiti, & præsidiario etiam milite nonnihil coërciti. Auctor Panegyrici Constantino dicti. *Quippe cum*

totus

totus armatis navibus Rhenus instructus sit, & ripis omnibus usque ad Oceanum dispositus miles immineat. Non tamen ut dedititii. Ne post bellum quidem a Claudio Civili motum. Arguit Tacitus de *morib. German. Manet*, inquit, *honos, & antiqua societatis insigne.* Ibid. *Nec tributis conteruntur: nec publicanus atterit.* Batavi de se ipsi apud Tacit. *lib.* 5. *hist. sibi tributa non indici.* Add. Grot. *de antiq. reip. Batav. cap.* 3. Magnum plane & rarum id in imperio Romano. Id interim tamen certum, quod eo sensim attrito, cum id Barbari coorti undique lacerarent perpetuum, a Francis, qui vicini, & qui jam tum aspirabant ad possessionem Galliarum vastati sæpe & vexati, Maximiani tempore & deinceps Francorum etiam potiti. Verum missis legionibus recepti recepta insula Francis cæsis & ejectis a Maximiano, a Constantio, a Constantino Augustis. Et hinc miles præsidiarius ad arcendam scilicet vim hostium. Hinc in veteri Panegyrico: *Dum ædificandis classibus Britanniæ recuperatio comparatur, terram Bataviam sub ipso quondam alumno suo a diversis Francorum Regibus occupatam, omni hoste purgavit. Nec contentus vicisse in Romanas transtulit nationes, ut non solum arma, sed & feritatem ponere cogerentur.* Et in alio: *Purgavit ille Bataviam; tibi se ex ultima Barbaria indigenæ populi dedidere.* Vid. supr. *cap.* 20.

Sed tandem Franci cum præpotuere, & ipsi Francos secuti non inviti submiserunt se. Et quod secuti non mirum. Franci accolæ Batavorum, & ut Batavi Cattorum pars. Batavi Francis mixti. Et sic tandem juris Francici. Nec ipsi tantum, nequis erret. Belgæ etiam reliqui. Sed hi armis subacti. Sidon. Apollin. in Panegyrico, quem Avito dixit:

Francus Germanum primum, Belgamque secundum

Sternebat, Rhenumque ferox Alemanne bibebas.

Salvian. *lib.* 7. *de gubern. Dei*: *Ac primum a solo patrio effusa est in Germaniam primam, nomine barbaram, ditione Romanam: post cujus exitium primum arsit regio Belgarum, deinde opes Aquitanorum luxuriantium, & post hæc corpus omnium Galliarum.* Add. Miræ. *don. Belg. lib.* 1. *cap.* 1. Pontan. *orig. Francic: lib.* 4. *cap.* 1. Smith *oppid. Batav. cap.* 5. Francos Batavi secuti ultro & fœdere forsan icto. De Arborichis, quos Ortelius Galliæ Belgicæ populum, Meyerus & Eyndius *lib.* 1. *Chron. Zel. cap.* 18. putant Zelandos esse, diserte id Procop. *lib.* 1. *Goth.* Καὶ ἐπεὶ βιάζεσθαι αὐτοὺς γερμανοὶ οὐχ οἷοί τε ἦσαν ἑταιρίζεσθαι ἠξίουν, καὶ ἀλλήλοις κηδεσταὶ γίγνεσθαι, ἅδε ἀρβόρυχοι οὐκ ἀκούσιοι ἐνεδέχοντο, *Cumque eos vincere Germani* (de Francis loquitur) *non possent, cum iis fœdere & affinitatibus jungi postularunt, quas non inviti Arborichi conditiones accepere.* Et hi qui alibi Obotriti. Saxonum quidem gens, sed quæ mari assueta haud dubie etiam consedit hic. Ammian. *lib.* 22. *hist.*

Valentinianus Saxones gentem in Oceani littoribus & paludibus inviis sitam, virtute, atque agilitate terribilem, in Romanos fines eruptionem meditantem in Francorum finibus oppressit. Armoricos putant alii, ut notat Velserus ad Fragment. *tabul. Peutingerian. cap.* 5. ipse nonnihil fluctuans. Sed siquis scrutetur rem, siquis verba Procopii, non multum est, quod eos juvet, nisi nominis forsan sonus. Nam quod ajunt *Arboricam* prisca Gallorum lingua *maritimam* significare, an hinc statim jam sequitur, quod *Arborichi* Armorici? Et cur non potius Zelandi? An hi minus maritimi?

Quod ad Zelandos tamen fateor res altioris indaginis est. Et forsan Eyndii argumentum aliis non erit tanti. Thuringos Arborichis Procopius vicinos ait, loco jam dicto. Ipse autem per Thuringos *Dordracenos* intelligit, quod *Dordracum* seu *Dordrecht* in chartis Trajectensium circa tempora Willebrordi dicatur *Thuridrecht*, *Thoridrecht*, item oppidum *Thuridrecht* in charta Henrici IV. qua jus cudendæ monetæ Dordracenis concedit. Haud dubie existimabit quis, quod hæc longius quæsita. Nam & nominum similitudo fallit. Et videbitur dein mirum, siquis plane id defendat, quod eo usque extendit se ditio Thuringorum. Eyndii tamen opinionem, quamvis prima fronte non videatur plausibilis, non putem rejiciendam. Nec per Thuringos præcise eum populum intelligendum, qui jam hodie vocatur sic ad Salam fluvium, & Onestrudem, qui terra ea irrigata dein Albi illabitur. Thuringi Tungri sunt in tractu, in agro Leodiensi. Sic Bollandus & Henschenius in prævio commentario ad vitam S. Sigeberti *tom.* I. *Febr.* §. I. *n.* 9. Nec id vero dissimile. Circa Tungros a Juliano Franci Salii suscepti. Ammian. *lib.* 17. *hist. Petit primus omnium Francos, eos videlicet, quos consuetudo Salios appellavit, ausos olim in Romano solo apud Toxiandriam locum habitacula sibi figere prælicenter. Quorum legatio, cum Tungros venisset Julianus, ei occurrit, opinantium reperiri Imperatorem etiam tum in hibernis, pacem sub hac lege prætendens, ut quiescentes eos tanquam in suis nec lacesseret quisquam, nec vexaret:* & mox. *dedentes se cum opibus liberisque suscepit.*

Metropolis *Tungri*, Turingiorum. Sic Ægidius ad Harigerum de gestis Pontificum Tungrorum & Trajectensium *cap.* 13. *Apud Toxiandriam*, id est, Campiniam Brabantiæ, vulgo *de Kempen.* Et id ita probatur. In charta Ottonis II. qua vicos *Nordwick* & *Itegem* Gandensibus concessit monachis, vici hi dicuntur siti in pago Tessandriæ. Hodie hi autem non procul pago *Tessander-Loo* prope oppidum Herentals in Campinia Brabantiæ. Vid. Dous. *lib.* 8. *annal.* Eynd. *Chron Zel. lib.* I. Miræ *notit. eccles Belg. cap.* 66. *& seq.* A Tungris porro ad Dordracum non tam ingens distantia. Utrumque oppidum ad Mosam. Et quam facile id potuit fieri, ut Tungrorum seu Thuringorum frequens eo iter, frequens fluminis trajectus. Certe

&

& diu dein post Coloniensium, quorum Tungri, etiam insula Dordracena. Etiam Comitum adhuc tempore. Baldericus Noviomensis scriptor Belga antiquissimus 3. *Chron. cap.* 19. *Erat etiam locus quidam silvis ac paludibus inhabitabilis, qui ab incolis Merewede nomen accepit, ubi videlicet Mosa & Wal fluvius de Rheno affluens pariter corrivantur. Nullusque ibi prater venatores & piscatores habitare antea consueverat, eratque episcoporum Trevirensis videlicet ac Coloniensis, sed & aliquot Abbatum in piscatione & venatione communis possessio. Huc nimirum Theodericus Arnulfi Gandensis filius, qui participium monarchia Frisonum tenebat, quia Frisones pro morte patris, quem interfecerant, suspectos habebat, secesserat &c.*

Quod autem Franci & circa Tungros adhuc multa vestigia. Pagi, qui lege Salica, quæ istic lata, olim celebres, *Salheim*, *Bodersheim*, & *Wintershoven*. *Selck*, vicus Salicus, & prata Salica, *Seelbeemde*. Nec non agri inter Herkam & Halam oppida, *Vranckryck*. id est, regnum Francorum dicti, ut Bollandus & Henschenius ajunt *d. comm §.* 9. Add. Wendelin. *de leg. Salic. cap.* 11.

Dordrecht ergo *Thuridrecht* a Thuringorum trajectu. Nam *Trecht* idem quod trajectus. Thuringi alii, qui & Tungri. Alii qui ad Albim, ad Salam, qui & Winidis vicini. Slavi, Winidi, de quorum nomine hodieque adhuc *Windismarchia*. Utrique juris Francici. De his, qui Winidis vicini Sigebert. Gemblacens. *de vit. S. Sigebert. cap.* 4. *n.* 12. *Radulphus quoque Dux Thuringia, vir bellicosus, prosperis intumescens eventibus, cum Winidos crebris vicisset congressibus, contra Sigebertum dominum suum & Regem agebat insolentius.* & mox: *Thuringos, qui, instinctu Radulphi rebelles erant, sub jugo dominii sui victos & confusos reflexit.* De his, qui & Tungri in tractu Leodiensi Gregor. Turonens. *lib* 2. *hist. cap.* 9. *Francos primum littora Rheni amnis tenuisse, dein Rheno transacto Thoringiam transmeasse, ibique juxta pagos vel civitates reges crinitos supra se creavisse de prima & nobiliori suorum familia.* & mox: *Ferunt autem tunc Chlogionem utilem ac nobilissimum in gente sua regem Francorum fuisse, qui apud Dispargum castrum habitabat, quod est in termino Thoringorum.* Ubi alii legunt *Thungrorum*. Vigner. *de orig. gent. Francic. p.* 155. Pontan. *orig. Francic. lib.* 5. *cap.* 2. Dispargum etiam Henschenius *Disthemium* ait Brabantiæ oppidum, non ut ibi Pontanus *Duysburgum* in Clivia. Nam & multa ait circa id Saliorum vestigia, & alterum ejus castrum etiamnum *Disburgum*, *d. comm. §.* 9 *& lib.* 4. *de trib. Dagobert. cap.* 8.

Atque ita & Wendelinus *comm. ad leg. Salic. cap.* 14. Sed dissentit Chifletius in *Anastas. Childeric. cap.* 1. Negant, ait, incolæ alterum illud castrum appellari *Disburgum*, sed simpliciter tantum *Burgum*. Ipse id ait *Duysburgh* municipium inter Bruxellam & Lovanium juxta Furam, de quo in Antiquitatibus Brabantiæ Gramaye: *Duysburgum a Preposito Frigidi montis Bruxella*

Pa-

Paracum accipiens, & alias municipali jure gaudens. Sed an causa dissentiendi Chiffletio satis justa non immerito dubites. Obscurius illud *Duysburch.* Nec aut pratis, aut pascuis, aut sylvis, aut flumine, tam insigne aut fœcundum, ut alterum illud Dieſt aut Dieſthemium ad Tameram, cui nihil eorum deeſt, quod aut aulæ majeſtas aut ejus ſplendor requirit. Wendelin. *ibid.* Seculo XII. & diu dein poſt inſigne adhuc oppidum. Charta apud Miræum *notit. eccleſ. Belg. cap.* 218. *Ann.* 1271. *Conſiderato quod villa ſua de Dieſt eſt magna & diffuſa, & in eadem regnat multitudo populorum.*

Nec mirum de incolis, quod *Burgum* tantum dicant. Noſtri etiam euphoniæ cauſa pro *Swammerdam* dicunt *Dam*, ut & *Bode* pro *Bodegrave*. Nec quicquam notius, ni fallor. Decrevit jam fateor. Divæus *lib.* 7. *rer. Brabant. Diſthemium lanificio olim etiam potens, & civium frequentia celebre; nunc vero collapſu ædium fœdum, ac ære alieno mirum quam oppreſſum, certis anni diebus ob equorum mercatum frequentatur.* Sed attendi id non meretur. Fatum rerum humanarum id.

— — — ceciditque ſuperbum

Ilium & omnis humo fumat Neptunia Troja.

Interim, ut hóc addam, nec abſurda eſt omnino Pontani ſententia. Nam nec nimis remotum eſt a finibus Tungrorum Duysburgum in Clivia. Nec multum invicem abludunt voces *Diſpargum* & *Duysburgum.* Nam quod vocat *Diſpargum* Adamus Bremenſis *lib.* 3. *hiſt. cap.* 30. *Prædia vero Sinicum, Pliſna, Groningon, Diſpargum, & Liſmona &c.* ab eodem dicitur *Dusburg. lib.* 4. *hiſt. cap.* 24. *Quo tempore Pliſnam, Dusburg, Groningin, & Sinticum acquiſivit.* Et ſi Dieſthemium intelligas, neceſſe eſt per Rhenum etiam Scaldim intelligas, cum Clodius Francorum rex dicitur Rhenum tranſiiſſe, miſſis exploratoribus de Diſpargo caſtello uſque ad urbem Cameracum, apud Sigebert. ad Ann. 445.

CAP.

Caput XXIII.

Francia vasta olim regio. Plures Francorum populi. Plures etiam eorum reges. Franconia unde dicta. Vaccæ inferendales.

Francia ergo, etiam vetus, non exigua olim regio, & quæ, ut quidam nugantur, non continuit tantum terram, quæ jam *l'Isle de France*, non terram tantum prope Alpes, ut Parthenius Phocensis, quem Stephanus auctorem citat, sed ingens terrarum tractus. Priusquam Rhenum transissent Franci, Francia, ubi Frisii, Chamavi, Bructeri, Catti, Tencteri, Tubantes, Chaibones, Cherusci, Chauci, & siqui adhuc alii inter Albim & Rhenum. Eumen. *in Panegyr. Quid loquar intimas Franciæ nationes, jam non ab iis locis, quæ olim Romani invaserant, sed a propriis ex origine suis sedibus, atque ab ultimis Barbariæ littoribus avulsas: ut in desertis Galliæ regionibus collocatæ etiam pacem Romani imperii cultu juvarent, & arma delectu.* & mox: *Arat ergo nunc mihi Chamavus; & Frisius ille vagus, ille prædator exercitio squallidus operatur, & frequentat nundinas meas pecore venali, & cultor Barbarus laxat annonam.* Sulpitius Alexander apud Gregor. Turonens. *lib.* 3. *c.* 9. *Arbogastes Sunnonem & Marcomirum subregulos Francorum gentilibus odiis insectans Agrippinam rigente maxime hyeme petiit: ratus tuto omnes Franciæ recessus penetrandos urendosque &c. Collecto ergo exercitu Bructeros ripæ proximos, pagum Aëtiam, quem Chamavi incolunt, depopulatus est, nullo unquam occursante, nisi quod pauci ex Ampsivariis & Chattis, Marcomere duce, in ulterioribus collium jugis apparuere.* Sicambri hi olim omnes. Progressu temporis dein Franci. Vid. Phil. Cluver. *Germ. antiq. lib.* 3. *cap.* 7. *& c.* 20.

Franciæ etiam, quæ ultra Rhenum, priusquam Rhenum transissent, non Rex tantum, sed Reges. Quod & ipsum argumento, quod vasta olim regio, & variis populis habitata. Ammian. Marcellin. *lib.* 30. *Periit autem in Francia postea: quam dum internecive vastando perrumpit avidius, oppetit Mellobaudis bellicosi regis insidiis circumventus.* De Constantino in Panegyrico: *Quomodo Remp. vindicare cœpisti? Ignobilem, credo, aliquam Barbarorum manum, quæ repentino & improviso latrocinio ortus tui auspicia tentasset, affecisti pœna temeritatis. Reges Franciæ, qui per absentiam patris tui pacem violaverant, non dubitasti ultimis punire cruciatibus, nihil veritus gentis illius odia perpetua & inexpiabiles iras.* Eumen. *in Panegyric. Sciunt Franci posse transire Rhenum, quos ad necem suam libenter admittas, sed nec victo-*

victoriam possunt sperare nec veniam. quid ipsos maneat, ex Regum suorum cruciatibus metiuntur. & mox: *Ut tamen omnibus modis Barbarorum immanitas frangeretur, nec sola hostes Regum suorum supplicia mærerent, etiam immensam Bructeris vastationem fecisti, Imperator invicte. In quo prima fuit consilii tui ratio, quod exercitu repente trajecto inopinantes adortus es: non quod aperto Marti diffideres, qui palam congredi maluisses. Sed ut illa natio, perfugiis sylvarum & paludum bellum frustrari solita, fuga tempus amitteret. Cæsi igitur innumerabiles &c.* & post: *Insuper etiam Agrippinensi ponte faciendo reliquiis afflictæ gentis insultas, ne unquam metum ponat, semper horreat, semper supplices manus tendat.*

Patet liquido hinc, quod dixi, & quod Bructeri Francorum pars, & quod Francia olim vasta, protensa ab Oceano ad Coloniam usque Agrippinam, ad Mœnum usque, ad Nicrum, ad Visurgin, ad Albim. Sidon Apollin. *carm.* 7.

Bructerus, ulvosa vel quem Nicer alluit unda

Prorumpit Francus.

Liban. *Basilic.* ἔστι γένος Κελτικὸν ὑπὲρ Ῥῆνον ποταμὸν ἐπ' αὐτὸν Ὠκεανὸν καθῆκον &c. οἳ δ' ἀπὸ πολλῶν κέκληνται Φράγκοι &c. ἔτοι πλήθει ὑπὲρ πάντα ἀριθμὸν ὑπερβαίνουσιν, *Celtarum genus est super Rhenum fluvium ad Oceanum pertingens &c. A plerisque vocantur Franci &c. Multitudine autem numerum pene omnem excedunt.* Nec obstat, quod Claudianus

——————— *accola sylvæ*

Bructerus Hercyniæ

Nam & sylva hæc ad Rhenum usque & olim latior haud dubie. Ammian. Marcellin. *lib.* 16. *Igitur Agrippinam ingressus, non ante motus est exinde, quam Francorum regibus furore mitescente perterritis, pacem Reip. firmaret interim profuturam, ut urbem reciperet munitissimam.* Add. Vigner. *de orig. veter. Francor. apud du Chesne to.* 1. *hist. p.* 155. *& seq.* Plures etiam Reges, postquam Rhenum transissent. Nam & plures Francorum populi. Quisque in ea parte, quam armis victor subegerat. Alius Coloniæ. Tornaci alius. Alius Cameraci. Omnes deinceps a Clodoveo, qui primus Regum Christianus, devicti, sublati. Vide de Sigeberto, Ragnachario, Chararico, Gregor. Turonens. *lib.* 2. *hist. cap.* 40. *& seqq.* Aimoin. *lib.* 1. *hist. cap.* 23.

Dixi *ad Mœnum usque, ad Moguntiam.* Saxones olim, ubi hi, qui in Germania jam Franci. Francfordia, Franconia, haud dubie ab his Francis, quos Carolus Magnus in locum Saxonum, qui rebelles toties eo transtulit. Vid.

infr.

infr. cap. XXIV. Vign. *de orig. vett. Francor.* apud du Chesne *p.* 159. Saxonia interim ipsa Francorum jam diu ante. Clotharii etiam tempore, qui quartus a Clodoveo. Nec tum tantum. Et diu ante. Gesta Dagoberti apud du Chesne *to.* I. *hist. p.* 594. *Quartus ab Chlodoveo &c. Clotharius filius Chilperici &c. rebellantibus adversum se Saxonibus, ita eos armis perdomuit, ut omnes virilis sexus ejusdem terræ incolas, qui gladii longitudinem, quem tum forte gerebat, excesserint, peremerit.* Clotharius est, qui tributum indixit vaccas quingentas. Eadem *cap.* 31. *Attamen Saxones tributum, quod reddere consueverant, per præceptionem Dagoberti hactenus habent indultum. Quingentas enim vaccas inferendales annis singulis a Clothario seniore censiti reddebant.* Aimoin. 4. *hist.* 26. *Quingentas namque vaccas inferendales a Clothario seniore regiæ mensæ inferre jussi fuerant, quæ ideo inferendales dicebantur, eo quod singulis inferrentur annis. Ideo inferendales* dicit. Sic & in Gestis Dagoberti *cap.* 37. *Super hæc vero centum vaccas inferendales, quæ ei de Ducatu Cenomannico singulis annis solvebantur.* Add. Chron. S. Benign. apud d'Achery *to.* I. *Spicil. p.* 383.

CAPUT XXIV.

Quam ingens olim Francia porro adhuc demonstratur. Quæ l'Isle de France. Franci Italis vicini Justiniani jam tempore. Leodium, Brabantia Lotharingiæ olim pars. Vicus idem quod urbs. Idem castrum, castellum, portus. Bataviæ olim an oppida. Austrasia, Ostrofrancia. Quo usque hæc extenderit se.

Francia porro, quæ jam ingens, priusquam Rhenum transissent Franci, in majorem multo amplitudinem crevit, postquam transissent, præter partes Galliarum complexa Flandriam, Brabantiam, Hannoniam, Artesiam, Cliviæ etiam patres, ut & Gelriæ, Frisiæ, Transisalaniæ, Westphaliæ, Saxoniæ, Leodium, Treveros, Cameracum, Burgundiam, Campaniam, & citra Rhenum cetera usque ad montes Pyrenæos. Gregor. Turonens. 2. *hist.* 9. *Chlogio autem missis exploratoribus, ad urbem Camaracum perlustrata omnia ipse secutus, Romanos proterit, civitatem apprehendit &c.* Sigebert. ad Ann. 445. *Clodius rex Francorum, missis exploratoribus de Dispargo castello, usque ad urbem Cameracum, transiit Rhenum, & protrito multo Romanorum populo &c.* Cameraci certe, Atrebati, lex Salica etiam viguit. Charta Vindiciani episcopi Atrebatensis apud Balderic. I. *Chron.* 25. *Lex priscorum quoque exposcit*

poscit auctoritatem, ut quicunque voluerit de rebus suis propriis vendere, cedere, condonare, suum strumentum secundum legem Salicam licentiam habeat alligare.

Ultra Ligerim olim Gotthi, Burgundiones trans Rhodanum. Greg. Turonens. *ibid.* Sed & hos tandem domuit, Suessiones item & Arvernos, pulsis aquilis Romanorum, Clodoveus Francorum rex. Sigebert. ad Ann. 501. *Ludowicus Rex* (sic vocat Clodoveum) *Gundebaudo Regi Burgundionum congressus, eo victo Burgundiam redigit sub tributo.* Idem ad Ann. 509. *Alarico Wisigotthorum regi congreditur, eoque peremto, quicquid Galliarum Wisigotthi possidebant, ad partes Francorum transtulit: & invadens Tolosam sedem regni Gotthorum, usque ad Pyrenaos montes regnum Francorum dilatavit.* Idem ad Ann. 514. *Ludowicus Rex, regno Francorum per omnes Gallias dilatato, & legitime & pacifice confirmato, moritur. Per omnes Gallias*, ait, id est, Belgium, Aquitaniam, & Galliam in specie, cujus incolæ olim Celtæ. Add. Greg. Turonens. 2. *hist.* 27. & 42. Aimoin. 1. *hist.* 20. & *seqq.* item 2. *hist.* 11. & 26. & *seq.* & 4. *hist.* 18. Otto Frisingens. 4. *Chron.* 32. Abb. Ursperg. *Chron. de orig. Francor.*

Et hæc vetus Francia. Germaniæ pars ingens. Cujus etiam Alemannia, Bajoaria, Thuringia. Annal. Metens. ad Ann. 688. *Hinc Suevos, & Bajoarios, & Saxones, crebris irruptionibus frequentibusque praliis contritos sua ditioni subjugavit. Ea enim gentes olim & alia plurima multis sudoribus adquisita Francorum summo obtemperabant imperio. Sed propter dissidium, &c.* Adam. Bremens. *hist. eccles. cap.* 9. *Thuringi & Saxones, itemque cetera, qua juxta Rhenum sunt nationes, ex antiquo Francis tributaria leguntur. Quibus deinde a Regno eorum deficientibus Pipinus genitor Caroli bellum intulit.* Add. Gesta Dagoberti apud du Chesne *to.* 1. *hist. pr.* Et locus est notabilis adhuc apud veterem Poëtam *lib.* 5. *annal. de gest. Car. Magn.* quem primus in lucem edidit Reinerus Reineccius:

Regnabant inter Rhenum Ligerimque priores,
Ad Boream fuerat terminus Oceanus.
Australemque dabant Balearica littora finem,
Alpes & tecta perpetuis nivibus,
Et Francos Orientales, nec non Alemannos,
Ac Bajoarios jam tenuere prius.
Fresones etiam simul & rexere Thoringos,
Et Regnum Caroli hoc habuere patres.

Add.

Add. Chron. S. Benigni apud d'Achery *to.* 1. *Spicil. p.* 405. An exigua hæc terræ portio? vel ut quidam inepte, *geen groote Landstreeck?* An hæc *l'Isle de France?* An non mirum, qui Franci, si tantum circa Parisios hæc, ut nonnulli sunt, qui nugantur, an non mirum, inquam, quî relictis intactis interjectis tot terris, tot provinciis, si non cœlo delapsi in eam tandem devenerint? Quid autem si ostendam, quod ipsa Parisiorum urbs *l'Isle de France?* Ammian. Marcellin. *lib.* 15. *hist. Matrona & Sequana amnes magnitudinis geminæ, qui fluentes per Lugdunensem, post circumclausum ambitu insulari Parisiorum castellum, Lutetiam nomine, consociatim meant.* Strabo lib. 4. Περὶ δὲ τὸν Σηκοάναν ποταμόν εἰσὶ καὶ οἱ Παρίσιοι νῆσον ἔχοντες ἐν τῷ ποταμῷ, καὶ πόλιν Λουκοτοκίαν, *Ad Sequanam insulam sunt etiam Parisii insulam habitantes in flumine, & urbem Luteciam.* Abbo de obsidion. Lutet. *pr.*

> *Quisque cupiscit opes Francorum, te veneratur;*
> *Insula te gaudet, fluvius sua fert tibi giro*
> *Brachia complexo muros, mulcentia circum*
> *Dextra tui pontes habitant tentoria lymphæ.*
> *Lævaque claudentes.*

Add. Dudon. *de morib. & gest. Normann. lib.* 3. *p.* 130. Julian. *Misopog. p.* 61. *edit. Ann.* 1630. Spatio tam angusto an Francia unquam circumscripta? Si tam bardus quis, ut id credat, quo ergo distinctio hæc inter Duces & Comites? Dux præerat provinciæ. Comes urbi, ut dixi. Et Francorum tot duces. Vid. Aimoin. 3. *hist.* 38. & 76. & 4. *hist.* 28. & alibi passim. Quo Francorum tot reges, quos oppressit Clodoveus? Gregor. Turonens. *lib.* 2. *hist. cap.* 40. Quo tot gentes, tot populi? Quo tres Majores domus, quos instituit Clotharius, & Clodoveus, ejus nepos, filius Dagoberti? Aimoin. 4. *hist.* 6. & 39. Et quî tandem ergo factum, ut Justiniani jam tempore Franci Italis vicini? Adversus Justinianum & Justiniani exercitum Gotthis ierint suppetias? Parisiis Massiliam & hinc porro ad Pannonias an non ingens terrarum tractus? Atqui & Massilia sub imperio Francorum. Et ipsi Hunnis vicini. Agath. *lib.* 1. *hist.* Πρόσοικοι γάρ εἰσι τῆς Ἰταλίας, καὶ ἀγχιτέρμονες τὸ γένος τῶν Φράγγων. εἶεν δ' ἂν οὗτοι οἱ πάλαι ὀνομαζόμενοι γερμανοί· δῆλον δέ· ἀμφὶ ῥῆνον γὰρ ποταμὸν οἰκοῦσι, καὶ τὴν ταύτῃ ἤπειρον ἔχουσί γε καὶ Γαλλιῶν τὰ πλεῖστα, οὐ πρότερον πρὸς αὐτῶν κατεχόμενα, ἀλλ' ὕστερον ἐπικτηθέντα, καὶ τὴν μασσαλίαν πόλιν τῶν ἰώνων ἀποικίας, *Sunt enim Franci Italiæ accolæ &*

& contermini, olim dicti Germani. quod quidem satis constat. Nam circa Rhenum fluvium habitant, & continentem ei adjacentem, magnamque Galliarum partem occupant, non quidem jam olim ab ipsis possessam, sed posterius acquisitam. Massiliam quoque urbem tenent Ionum coloniam &c. Add. & quæ sequuntur *ib.* item Procop. 2. *Gotth.* Idem Agath. *lib.* 2. *Theodebaldus adolescens, qui finitimis Italiæ Francis imperabat, e vivis excesserat.* De Hunnis Aimoin. 3. *hist.* 84. *Tunc temporis Hunni, qui & Avares dicuntur, a Pannonia egressi in Thuringiam, bella gravissima cum Francis gesserunt.* Idem 4. *hist.* 23. *Domnus dux, qui urbibus praerat Slavorum, quæ usque ad id tempus Francis paruerant &c.* Add. *cap.* 24. *& seqq.* item 2. *hist.* 21. *&* 3. *hist.* 17. 45. *&* 82. Et hi Hunni, qui jam Hungari.

Nec de iis id mirum. Bavaris hi ad Eurum. And. Presbyt. *in Chron. juncto fœdere cum Hunnis, qui Bavaris ab Oriente sunt contermini.* Quæ verba etiam Eginharti sunt *de vit. & gest. Car. Magn. pr.* Aimoin. 4. *hist.* 82. *in Bajoariam profectus est &c. ut Hunnis factorum suorum vices redderet &c.* Annal. Eginhart. ad Ann. 791. *Castra super Anesum posita sunt. Nam is fluvius inter Bajoariorum atque Hunnorum terminos medius currens, certus duorum Regnorum limes habebatur.* Abbas Ursspergens. *Chron. p.* 135. *Legatos Hunnorum audivit, suosque ad eorum principes misit. Agebatur autem inter eos de confiniis regnorum suorum.* Jam autem & Bajoaria, ut & Alemannia, & Lotharingia Francorum. Sigebert. ad *Ann.* 495. *&* 499. Aimoin. 3. *hist.* 84. Et non minus quam Flandria, quam Brabantia, quam Frisia: Greg. Turonens. 10. *hist.* 27. *Inter Tornacenses quoque Francos non mediocris disceptatio orta est.* Add. eund. 2. *hist.* 9. *&* 42. Aimoin. 1. *hist.* 4. *&* 5. Miræ. *don. Belg. lib.* 1. *cap.* 1.

Leodium, Brabantia, Lotharingiæ olim pars, ut & Frisia, ut jam dixi. Heda in vita Wilhelmi episcopi: *Brabantiæ titulum Henricus tertius primo assumpsisse dicitur anno MCCLI. Nam Hollandia usque ad hæc tempora nomine Frisiæ appellabatur. quemadmodum Brabantia Lotharingia adscribitur a Tornaco ad Velpam flumen protensa.*

Leodium, *Leudica,* est *Liuga, Leodicum,* in Caroli Calvi Capitulis *tit.* 14. *& seq.* item *tit.* 37. Nondum urbs tum, sed vicus, ut quidem putat Sirmond. *ibid. in not. ad tit.* 14. Vita Caroli Magni ad Ann. DCCLXIX. *Celebravit Pascha in Leodico vico publico. Apud sanctum Lambertum in vico Leodico* in Annal. Eginhart. ad Ann. eund. Sed fallitur, ni fallor. *Vicus* idem quod urbs. Et *vicini*, quod cives. Muris quidem urbs cincta Anno demum 1203. ut Ægidius scribit in Hugone de Petra-ponte episcopo apud Chapeavill. *tom.* 2. Sed urbs etiam sine muris. Et urbem vocat jam diu ante Sigebertus Gemblacensis, qui vixit seculo undecimo, & obiit Ann. 1112. scriptor diligens & accuratus ad Ann. 710. *Corpus S. Lamberti*

berti a Trajecto Leodicum cum magna miraculorum gloria refert, sedemque episcopalem in eandem urbem transfert. Vicum Byrca, *Bergen in Noorwegen*, vocat S. Rembertus *de vita S. Anschar. cap.* 39. *Proponebat eis vicum nominatum Byrca, quod ibi multi essent negotiatores divites, & abundantia totius boni &c.* Add. *cap.* 59. Charta apud Miræum *Cod. piar. don.* 41. *in vicis Trajecto, Hojo, Deonanto.* Πόλιν Zosimus Argentoratum vocat, sub initium libri tertii. Urbem Ammianus *lib.* 16. Vicum Ausonius in Mosell.

Transieram celerem nebuloso lumine Navam,

Addita miratus veteri nova mœnia vico

Æquavit Latias ubi quondam Gallia Cannas.

In alia quidem omnia discedit Cluverus de *trib. Rhen. alv. cap.* 15. Reprehendit Scaligerum. Per *vicum* pagum intelligit. Sed cur id faciat, nulla ratio est. Vid. Scaliger. ad Auson. *in not.* Certe & *Wyck te Duerstede*, urbs quæ satis celebris, nomen nacta non aliunde, quam quod vulgo olim dicerent *vicum Dorestadum.* Annal. Fuldens. ad Ann. 850. *Cum fratre Harialdo vicum Dorestadum jure beneficii tenuit. Vicum nominatissimum totius patriæ* vocat Beka in Hunger. episcop. Add. Annal. Metens. *ad Ann.* 845.

Nec mirum de vico. *Castrum* dicitur Antverpia in charta apud Miræum *Cod. piar. don. cap.* 6. *Castellum* Ultrajectum in charta *ibid. cap.* 9. Castrum publicum. Locus publicus in chart. apud Hed. p. 119. *Actum loco publico Utrecht* XII. *Kal. Augusti.* Nec *castrum* tantum. Etiam *portus*, si urbs portu insignis. Annales apud Lambecium *lib.* 2. *comm. de Biblioth. Cæsar. p.* 352. *Nordmanni portum qui Frisiaca lingua Taventeri nominatur, plurimis interfectis succenderunt.* Suidas: Γρηγόριος Ναζιανζοῦ ἐπίσκοπος (σταθμὸς δὲ ἐστιν οὗτος Καππαδοκίας) ἀνὴρ ἐλλογιμώτατος.

Et hinc dubito, an recte, qui Notas ad Grotium scripsit *de antiquit. Reip. Batav. cap.* 2. neget *oppidum Batavorum*, cujus mentio apud Tacit. *lib.* 5. *hist. Civili Cauchorum auxilia venere, non ausus tamen oppidum Batavorum armis tueri*; dici Batavodurum posse, eo solum argumento, quod id vicus, non oppidum eidem Tacito dicatur infra.

Verum quidem quod ait Tacit. *de morib. German. Colunt discreti ac diversi, ut fons, ut campus, ut nemus placuit.* & paulo ante: *Nullas Germanorum populis urbes habitari satis notum est.* Sed haud dubie id civiliter, nec tam effuse accipiendum, & certe eodem modo, quo quod dicitur in *§. ult. Inst. de codicill. in §.* 2. *Inst. de Rer. divis. in §.* 1. *Inst. de donat. in §.* 6. *Inst. Qu. mod.*

j. part.

j. patr. pot. *Fere* hic debet subintelligi. Et sic certe accipiendum, quod idem ait alibi *lib. 3. hist. Nobis Romulus, ut libitum, imperitaverat*: Utique enim constat, quod & leges ab eo latæ. Plutarch. *in Romul.* Alii Neomagum ajunt oppidum Batavorum, ut id multis argumentis defendit Joh. Smith peculiari tractatu. Et sic plura adhuc oppida. Plura etiam Ptolemæus, qui non diu post Tacitum vixit, agnoscit diserte. Etiam in Batavis. Ut Batavodurum, & quod ut præcipuum citat Λουγόδουνον Βαταούων, *Lugdunum Batavorum*. Fieri quidem potest, ut eo tempore quod intercessit inter Tacitum & Ptolemæum plura adhuc extructa, sed quod interim illa omnia, quorum meminit Ptolemæus, a vero id, ni fallor, nimis multum abhorret.

Porro Lotharingia, sub qua Brabantia, Alemannia, Austrasiæ olim pars, Francorum regni tetrarchia, cujus caput tum Mettis, sedes regni Theodorici, filii Clodovei. Aimoin. 3. *hist. pr. Sigeberto autem Mediomatricum (quæ & Mettis) cessit, Theodorici patrui quondam subjectu dominatui: urbs famosa & inclyta, ac ideo inter ceteras urbes Galliæ haud mediocri semper habita loco.* Austrasiæ olim pars dico. Nam hæc latius se extendit. Sigebert. ad Ann. 697. *Apud Wirziburch castrum Ostrofrancia &c.* Aimoin. 4. *hist.* 81. *In Franciam reversus est, & in Warmatia civitate & natalem domini & pascha celebravit.* Carolus Magnus ad Albim usque & ad Danos eam protulit. Aimoin. 4. *hist.* 87. *Saxoniam vastaturus intravit: nec prius destitit, quam omnes terminos ejus peragrasset. Nam usque ad ultimos fines, qua inter Albim & Wisuram Oceano alluitur, accessit.* Idem 4. *hist.* 96. Regino ad Ann. 785. Imo & ad Bulgaros & per Germaniam quaquaversum. Idem 4. *hist.* 113. *& seq.* Abb. Urspergens. *Chron. p.* 128. Godfrid. Viterbiens. in Carolo Crasso: *Porro Arnulphus totam Orientalem Franciam, quæ hodie Teutonicum regnum vocatur, i. e. Bavariam, Sueviam, Saxoniam, Thuringiam, Frisiam, & Lotharingiam rexit, & totum Rhenum. Occidentalem Franciam vero Odo tenuit Arnulphi auctoritate.* Add. Otton. Frisingens. 6. *Chron.* 11.

CAPUT

CAPUT XXV.

Franci olim omnes, qui a Francis devicti. Germani etiam Franci. Germani Franci, Transrhenani, Orientales, Austrasii. Francia Orientalis, Austria, Austrasia, Francia antiqua, Australis, Oost-Vranckrijck. Neustria, Neustrasia, Latina Francia. Francia Occidentalis. Moguntia Franciæ metropolis. Westphalorum origo.

Et ut dicam adhuc clarius, Germania omnis, quæ trans Rhenum, Francorum armis devicta, ad Danos usque & ad Albim, Ostrofrancia, Austrasia. Et Franci deinceps omnes, qui a Francis devicti. Eginhart. *de vit. Car. Magn. Decem hominum millia ex iis, qui utrasque ripas Albis fluminis incolebant, cum uxoribus & liberis sublatos transtulit, & huc atque illuc per Galliam & Germaniam multimoda divisione distribuit &c. ut abjecto dæmonum cultu &c. Christianæ fidei atque religionis sacramenta susciperent, & Francis adunati unus cum eis populus efficerentur.* De Saxonibus Witichind. *lib. 1. hist. Ob id qui olim socii & amici erant Francorum jam fratres & quasi una gens &c.* Poëta Anonymus:

Hoc sunt postremo sociati fœdere Francis

Ut gens & populus fieret concorditer unus.

Nec mirum. In Franciam Saxones deducti, ut contra Franci in Saxoniam. Annal. apud Lambec. *lib. 2. comment. de Biblioth. Cæsar. cap. 26. Karlus in Saxoniam pergens Saxones obtinuit, & tertium de iis hominem in Franciam educens conlocavit. & cap. 29. Karlus in Saxoniam Francos conlocat, Saxones inde educens cum uxoribus & liberis, id est, tertium hominem.*

Et hinc Westphali, ut quidam putant. Franci enim seu Galli (nam sic Monachus Sangallensis *de gest. Car. Magn. lib. 1. cap. 2. ut moderni Galli* (sic legendum pro *Gallia*, ut monuit Lambec. *lib. 2. comment. de Biblioth. Cæsar*) *sive Franci*) translati in Saxoniam, *Westwalen* primum dicti. Dein Westphali corrupta voce. Quod Trithemio etiam placet, *lib. 6. Polygraph. cap. 3. Veritus*, inquit, *ne denuo recidivarent, sicuti frequenter antea fecerant, eorum triginta millia trans Rhenum locavit in Galliam, cum filiis & uxoribus, quos ferociores animis fuerat expertus. In quorum locum ex Galliis triginta millia similiter in Saxoniam transtulit, quos ad aliorum differentiam West-Gallos, vulgari-*

ter autem West-Walen nuncupavit, qui hodie corrupto vocabulo, sed mendose, Westphali vocantur. Sed dubito an recte. Verum quidem, quod Galli *Walen.* Sed si quos transtulit Carolus Magnus, Westphali, *Westwalen*, Vestfalahi, qui ergo *Ostfalahi?* Videtur certe vox antiquior. In Caroli Magni Capitulari Ann. 797. *Simulque congregatis Saxonibus de diversis pagis tam de Vestfalahis, & Angrariis, quam & de Ostfalahis &c.* Eo autem anno adhuc bellum cum Wephalis. Vid. Annal. Bertinian. & Annal. Metens. ad Ann. 784. *Ipse igitur per Turingiam ab Orientali parte intravit super Westfalos.* & mox: *Westfali vero adunaverunt se juxta Lippiam.*

Verisimilius etiam puto, quod quos transtulit Carolus Magnus, potissimum transtulit in provinciam, quæ Franconia jam a Francis, & quam olim, si non fallor, habitarunt Ostfalahi. Poëta vetus Saxonicus quem post Reineccium du Chesne edidit 2. *hist. lib.* 5. *annal. de gest. Car. Magn. pr.*

Sed generalis habet populos divisio ternos
Insignita quibus Saxonia floruit olim.
Nomina nunc remanent, virtus antiqua recessit.
Denique Westfalos vocitant in parte manentes
Occidua, quorum non longe terminus amne
A Rheno distat. Regionem Solis ad ortum
Inhabitant Osterlingi, quos nomine quidam
Ostvalos alio vocitant, confinia quorum
Infestant conjuncta suis gens perfida Sclavi.
Inter prædictos media regione morantur
Angarii, populus Saxonum tertius. Horum
Patria Francorum terris sociatur ab Austro,
Oceanoque eadem conjungitur ex Aquilone.

Quicquid sit, de eo constat, quod & Teutones Franci, postquam victi a Francis. Quidam apud Guntherum proceres Germanos alloquens *lib.* 1. *vers.* 233.

Francorum proceres quos inclyta robora regni,
Et validas nunquam pudeat dixisse columnas.

Hinc & Otto Imp. qui I. ejus nominis, Regem Lothariensem & Francigenum se vocat apud Miræum *Cod. piar. don. cap.* 32. item apud Lambec.

lib. 2.

lib. 2. *comm. de Biblioth. Cæsar. p.* 901. ut & apud d'Achery *tom.* 6. *Spicileg. in libell. de gest. Abbat. Gemblac. Otto,* inquit, *divina favente clementia Rex Lotbariensium & Francigenum, quicquid Germaniensium sub Imperii nostri ditione a venerabilibus ac Dei timoratis agitur viris &c.* Pipinum, Karolum, Ludovicum, & item Karolum, Reges Francorum antecessores suos Otto II. dicit apud Miræum *d. Cod. cap.* 40. Add. Ott. Frisingens. 5. *Chron.* 35. & 1. *de gest. Frid. Barbaross. cap.* 39. & 41. Acta S. Landoaldi apud Henschen. *lib.* 2. *n.* 12. Idem Ott. Frising. *lib.* 2. *de gest. Frid. Barbaross. Est autem consuetudinis Regum Francorum, quæ & Teutonicorum &c.* Idem. 6. *Chron.* 17. ubi locus notabilis: *Mibi autem videtur,* inquit, *regnum Teutonicorum &c. partem esse regni Francorum. Denique, ut in superioribus patet, tempore Caroli regni Francorum tota Gallia, id est, Celtica, Belgica, Lugdunensis, omnisque Germania a Rheno scilicet usque ad Illyricum terminus fuit. Dehinc diviso inter filiorum filios regno, aliud Orientale, aliud Occidentale, utrumque tamen Francorum dicebatur regnum. In Orientale ergo, quod Teutonicorum dicitur &c.* Add. Annal. Fuldens. ad Ann. DCCCXL. Certe id, quod Teutonicum, Francorum imperium vocat Pontifex Mogontinus, cum regem ungeret Ottonem Magnum. *Accipe,* inquit, *hunc gladium, quo ejicias omnes Christi adversarios barbaros, & malos Christianos, auctoritate divina tibi tradita omni potestate totius imperii Francorum.* Vid. Witichind. *lib.* 2. *hist. pr.* Otto ipse stricta tunica a Witichindo *ibid.* indutus dicitur *more Francorum. Proinde,* inquit, *procedit Pontifex cum rege, tunica stricta more Francorum induto &c.* Ungari eo imperante invadentes Germaniam dicuntur *Franciam* invadere. Witichind. *ibid. Post hæc antiqui hostes Ungari venerunt virtutem probare novi regis. Intrantes autem Franciam statuerunt, si possent, ab occidentali plaga invadere Saxoniam.* Idem *lib.* 3. *hist. Rex cum regiones Francorum urbesque circuiret, audivit, quod ei insidiæ pararentur a filio generoque.*

Germanos Francos Transrhenanos vocat Malmesburiensis *lib.* 3. *de gest. Pontif. Anglor. Wilfridus itinere reincepto ad Dagobertum regem Transrhenanorum Francorum venit.* Alii vocant Austrasios. Auctor vitæ S. Veroni apud Henschen. *tom.* 3. *Mart. Igitur cum divina disponente providentia Austrasiorum regnum percepisset Henricus Ottonis tertii successor consanguineus.* Alii Francos superiores. Flodoard. *lib.* 1. *hist. cap.* 25. *Quidam quoque Legatus Austrasiorum, nomine Otto, qui sunt superiores Franci, veniens de partibus Orientis &c.* Alii Francos orientales, Austreleudos, item Ooster-luyden vocant. Aimoin. 4. *hist.* 72. *Extemplo Francos orientales atque Alemannos ad propulsandum hostem festinare jussit.* Add. eund. 4. *hist.* 74. & Antiquit. Fuldens. p. 487. Annal. Francor. apud du Chesne *to.* 2. *hist. ad Ann.* DCCCXXV. Annales Metenses: *Anno ab incarnatione Domini &c.* 688. *Pippinus successibus prosperis Orientalium Francorum, quos illi propria lingua Osterlindo vocant, suscepit Prin-*

 patum.

patum. Sic & Nortliudi est in Annal. Francorum apud du Chesne *to. 2. hist. ad Ann.* 798. In Karoli Magni vita Auctoris incerti apud eundem *d. to. profectus est juxta Albiam &c. & multi de Nordleudis baptizati sunt in loco, qui dicitur Orbraim*. In pacto Bonnensi inter Carolum Simplicem & Henricum Imp. apud Miræum *Cod. piar. don. cap.* 27. *In nomine sanctæ & individuæ Trinitatis, divina propitiante clementia anno Dominicæ incarnationis* DCCCCXVI. *anno vero Domini & gloriosissimi Regis Francorum Occidentalium Caroli* 29. *anno quoque regni Domini & magnificentissimi regis Francorum Orientalium Henrici tertio &c.*

Synonyma hæc, Austrasia, Auster, Ostrofrancia, Francia Orientalis, Australis Francia, *Oost-Vranckrijk, &c.* Austria, *Oostenrijk*. Sic S. Remigius apud Miræum *Cod. piar. don. cap.* 1. *villasque*, inquit, *in Austria, sive Toringia*. Audoen. in vit. S. Eligii apud d'Achery *tom.* 5. *Spicileg. cap.* 31. *Cum quodam tempore in comitatu Regis Austriæ partes peragrarent, devenerunt ad urbem quandam, quæ Stratoburgo vocatur*. Fulcuin. *de gest. Abbat. Lobiens. cap.* 16. *Cum Arnulfus &c. Australis Franciæ Rex adscisceretur*. Otfridus scriptor vetustissimus in præfatione ad Ludovicum Ludovici Pii filium:

Ludovico Orientalium Regnorum Regi
Sit Salus Æterna.

Ludowig ther snello
Thes wisduames follo,
Er Ostarrichi rihtit al
So Frankono Kuning sca
Ubar Frankono lant
So gengit ellu sin giuualt

Item Francia antiqua. Sic Monachus Sangallensis vocat de vita Caroli Magni apud Canis. *lib.* 1. *cap.* 25. *& lib.* 2. *cap.* 16. Add. Chron. Leodiens. apud Labb. *to.* 1. *Biblioth. p.* 335. *& seq.* Hinc Franciæ *Aquisgranum* adscribunt Chronicon Moissiacense ad Ann. 802. & Annal. Metens. ad *Ann.* 794. *& seq.* Warmatiam similiter iidem ad Ann. 787. & ad Ann. 789. *Reversus est in Franciam, & celebravit Natalem Domini in Warmatia civitate*. Karoli Magni vita incerti Auctoris apud du Chesne *to.* 9. *hist. Reversus est in Franciam, & venit ad conjugem suam domnam Fastradam in Warmaciam.*

Et

Et de hac etiam accipiendum, cum Moguntiam Auctor appendicis ad Chronic. Reginonis vocat Franciæ metropolim ad Ann. 953. Ei Synodus Moguntina enim apud Sebast. Tengnagel *vett. monum. p.* 201. diserte eam adscribit. Gunther. *lib.* 1. *vers.* 284.

Nomen ab infuso recipit Moguntia Mogo,

Hæc urbs Francorum mediis in finibus, agris,

Vitibus, arbustis, populo generosa frequenti.

Alioquin ferme media hæc inter Franciam utramque. Vid. Otton. Frisingens. *de vit. & gest. Frid. Barbaross. lib.* 1. *cap.* 13. Quæ trans Rhenum Austrasia, Francia Orientalis. Quæ cis, Neustria, Neustrasia, Francia Occidentalis. Item Celtica, Latina Francia. Ita Bruno diserte de bell. Saxon. *Philippum Latinæ Franciæ rectorem multis pollicitationibus sollicitat.* Francia Sequanorum. Sic Auctor vitæ S. Huberti *cap.* 2. *Franciam Sequanorum deseruit, & in Austriam ad Pipinum Ducem &c. se contulit.* Add. chart. apud Lambec. lib. 2. *rer. Hamb.* 382.

Caput XXVI.

Quando nata distinctio hæc inter Franciam utramque. Quæ provincia Austrasiorum. Sub Austrasiis an Belgæ.

Nata statim distinctio hæc post obitum Clodovei, qui primus regum Christianus & primus regnum Francorum per omnes Gallias dilatavit. Henschen. *exeges. prælim.* 2. *ad to.* 3. *Mart. cap.* 3. Altesert. 6. *rer. Aquit.* 2. Primus meminit Austrasios vocans regni Metensis incolas sic Gregor. Turonens. *lib.* 5. *hist. cap.* 14. & 19. Idem regnum Metense, quod deinceps dictum Austrasiorum, vocat regnum Sigeberti, Clodovei nepotis *lib.* 5. *cap.* 5. Sigebert. Gemblacens. *de vit. S. Sigebert. cap.* 3. *n.* 8. *Qui iterum cunctis primatibus Austrasiæ & Neustriæ in generali conventu congregatis &c.* & mox: *Eam partem Franciæ, quæ spectabat ad meridiem, & Orientem, vocabant Austrasiam; eam quæ vergit ad Aquilonem & Occidentem vocabant Neustriam.* Ita ille. Add. Gregor. Turonens. *lib.* 4. *hist. cap.* 22. Chronic. S. Benigni ad Ann. 589. & ad Ann. 609. apud d'Achery *to.* 1. *Spicil.* Sed provincias Austrasiorum Bollandus & Henschenius, siquis scire has desiderat, recensent in comment. ad vit. S. Sigebert. *tom.* 1. *Febr. §.* 2. *per tot. & §.* 3.

Idem paulo supra:

> —— *celsas nimium qua tollit in arces*
>
> *Se regnum ac subitis Rhenos discriminat oris.*

Caput XXVII.

Carolus Magnus Germanus. Francis natus & inter Francos. Franci ipsi Germani. Lingua usi Teutonica. Carolus Magnus ea usus. Etiam filii ejus ea usi. Etiam Clodoveus primus regum Christianus. Latine Galli locuti. Sed cum a Francis subacti corrupta hac Latinitas. Diversæ & gentes & leges, cum Franci Gallias occupassent, in regno Galliarum. Vivebat quisque sua lege & ea lege quam vellet. Franci etiam ipsi vel Romana vel sua. Romani Galli indigenæ. Romani juris splendor. Romania pars Galliæ. Idem Hludovicus, Lodovicus, Clodoveus.

Ut autem & hoc addam, non multum eos moror, qui Carolum Magnum Germanum negant, & asserunt tamen Francum. Nam & Franci Germani, ut & statim jam dixi. Suevis, Thuringis, Quadis, aut confines, aut mixti. Auson.

> *Hostibus edomitis, qua Francia mista Suevis*
>
> *Certat ad obsequium.*

Witichind. *lib.* 1. *hist.* Adam. Bremens. *lib.* 1. *hist. cap.* 4. Quadi autem pars Saxonum. Zosim. *lib.* 3. *hist.* Σάξονες, οἱ πάντων δὴ καρτερώτατοι τῶν ἐκεῖσε νεμομένων βαρβάρων, θυμῷ, καὶ ῥώμῃ, καὶ καρτερίᾳ τῇ περὶ τὰς μάχας εἶναι νομίζοντες, Κουάδους, μοῖραν σφῶν ὄντας, εἰς τὴν ὑπὸ Ῥωμαίων κατεχομένην ἀποπέμπουσι γῆν, οἳ δὴ ὑπὸ Φράγκων ὁμόρων αὐτοῖς ὄντων κωλυομένων διαβῆναι &c. *Saxones omnium eas regiones incolentium Barbarorum, & animis, & corporum viribus, & laborum in præliis tolerantia, fortissimi habiti, Quados nationis suæ partem in solum*

solum ab Romanis occupatum emittunt. At finitimis Francis eos transitu prohibentibus &c. Ammian. *lib. 26. hist. Gallicanos tractus Franci & Saxones iisdem confines &c.*

Nec quicquam ad rem dicunt, qui Carolum Magnum Brabantum ajunt, aut ex tractu Leodiensi. Nam & totus hic tractus & Franciciæ ditionis, & a Francis habitatus tum.

Testis ipse est conceptum se circa Unstrudt flumen in confinibus Saxoniæ & Thuringiæ in charta apud Brouwerum 3. *antiq. Fuldens.* 12. *Donamus*, ait *inter alia, & contradimus Domino nostro Salvatori sanctoque Bonifacio martyri, qui in Fuldensi requiescit monasterio, terram conceptionis nostræ, hoc est, totam comprovinciam circa flumen Unstrudt, ipsamque chortem nostram in Vargalaha cum omnibus compertinentiis suis, & cum omnibus villis longe vel prope positis, quæ ad eam respiciunt, cum omni proprietate, sicut eam nos a parentibus nostris in proprietatem accepimus.*

Relatio priscorum hominum de eadem Traditione

Ferunt priscæ ætatis homines, Pipino, cum illic una cum S. Bonifacio in eadem chorte degeret, divinitus innotuisse, se Magni Caroli, id est, fidei olim propagatæ, & rerum gestarum magnitudine clarissimæ prolis, fore parentem. Monstratumque locum juxta molam, in quo Carolum narrabant exorsum primordia vitæ suæ. Vid. ibid. Brouwer. Fateor diversa hæc conceptio & nativitas. Sed forsan latius vox sumitur. Nam quod Petrus de Andlo de *imp. Rom. cap. 13. lib. 1.* non procul a Moguntia in villa Ingilheim dicit natum, gratis dicit, nec probat.

Et ubicumque is tandem natus, constat Francis natum & inter Francos. Nobili & claro genere. Eginhart. *de vit. & gest. ej. Vestitu patrio, hoc est, Francico utebatur.* Idem: *At regni administrationem & omnia, quæ vel domi, vel foris agenda & disponenda erant, præfectus aulæ procurabat. Quo officio tum, cum Hildericus deponebatur, Pipinus pater Caroli regis jam velut hereditario jure fungebatur &c. Qui honor non aliis a populo dari consueverat, quam iis, qui & claritate generis & opum amplitudine ceteris eminebant.* Vid. H. Mutium *lib. 9. hist.*

Fortissimum etiam argumentum præstat & vestitus & patrius ipsius sermo. De vestitu Germanorum Tacit. *lib. de morib. Germ. Tegumen omnibus sagum, fibula, aut si desit, spina consertum.* Supra Eginhartus: *Vestitu patrio, hoc est, Francico utebatur*, &c. *In solennitatibus veste auro texta, & calciamentis gemmatis, & fibula aurea sagum astringente.* Sermo etiam Germanicus. Eginhart. *d. lib. Mensibus etiam juxta patriam linguam nomina imposuit, cum ante id tempus apud Francos partim Latinis partim barbaris nominibus appellarentur. Mensium quidem Ianuarium appellavit Winthermonet, Februarium*

Har-

Hornung, *Martium Lentzmonet*, *Aprilem Ostermonet &c. Octobrem Weinmonet*, *Novembrem Windmonet*, *Decembrem Heiligmonet. Ventis vero hoc modo nomina imposuit, ut Subsolanum vocaret Osterwindt*, *Eurum Ostsundren*, *Euroaustrum*, *Sundostren*, *Austrum Sundren*, *Austro-africum*, *Sundwestren &c.* Add. Abb. Urspengens. *Chronic. p.* 131. De eodem Annal. Metens. ad Ann. 797. *Positisque castris juxta Wisarum fluvium*, *locum castrorum Heristellium vocari jussit.* Etiam hæc vox Teutonica. Ab *Heri* & per metathesin *Heir*, exercitus, & *stellen*, id est, ponere, collocare.

Et ipse ergo eo usus, & deinceps ejus filii. Et eo olim etiam Franci. Quod filii, patet ex juramentis, quæ invicem præstiterunt, Ludovicus Germaniæ rex, & Carolus Calvus Galliarum, Ludovici Pii filii. In Caroli Calvi Capitulis extant *tit.* 8. Extant populi utriusque etiam. Carolus jurat Teutonice. Ludovicus Latine. Populus Caroli Latine. Ludovici Teutonice. Sed corrupta est Latinitas. Lingua est potius semi-Gallica, & ex qua, ut credibile, deinceps nata est, qua utuntur jam. Ludovici ejusmodi est. Nam hic major natu.

Pro Deo amur, *& pro Christian poblo & nostro commun salvament dist di in avant*, *in quant Deus savir & podir me dunat*, *si salvarai io cist meon fradre Karlo*, *& in adjudha & in cadhuna cosa si com om per dreit son fradre salvar dist*, *in o quid il mi altre si fazet. Et ab Ludher nul plaid numquam prindrai qui meon vol cist meon fradre Karle in damno sit.*

Pro Deo amur. Per Dei amorem. Perinde ac si dicerem: *Ita me Deus amet.* Grandis & solemnis obtestatio, & de qua locus capiendus in Fuldensi annali DCCCXLVIII. *Hludovicus vero memor pacti*, *quod cum Karlo dudum cum adtestatione Divini nominis inierat.*

Sequitur: *quod cum Lodhuuvicus explesset*, *Karolus Teudisca lingua sic hac eadem verba testatus est.*

In Godes minna, *ind durh tes Christianes folches ind unser bedhero gealtnissi*, *fon thesemo dage frammordes so fram so mir Got geuvizei indi madh furgibit*, *so hald ih tesan minan bruodher* . . . . *soso man mit rehtu sinan bruoder scal*, *inthi ut hazermig soso maduo. Indi mit Lutherem inno theini thing ne gegango*, *zhe minan vuillon imo ce scadhen werhen.* Add. & Nithard. *lib.* 4. *hist.*

Ludovici qualis sit, satis patet, & tamen dicitur Romana in *tit. pr. Anno dominicæ incarnationis* DCCXLII. XV. *Calend. Martii Lodhuuvicus & Karolus in civitate*, *qua olim Argentaria vocabatur*, *nunc autem Strazburg vulgo dicitur*, *convenerunt*, *& sacramenta*, *quæ subter notata sunt*, *Lodhuuvicus Romana*, *Karolus vero Teudisca lingua juraverunt.* Sic haud dubie locutus, ut posset Gallis intelligi. Galli enim, ut & alii, qui a Romanis subacti, ante adventum Francorum lingua usi, qua Romani. Sed deinceps corrupta hæc, cum a Francis subacti. Augustin. *de civit. Dei lib.* 19. *cap.* 7. *Data est opera*, *ut civitas imperiosa*

riosa non solum jugum, verum etiam linguam suam domitis gentibus per speciem societatis imponeret. Strabo de Gallis agens, ævo jam Augusti, negat ultra eos dicendos barbaros, mutatos utpote in Romanum morem, & lingua & vita. Idem de Hispanis: *Qui ad Bætim colunt, plene planeque conversos in Romanos ritus, adeo ut nec sermonis sui patrii meminerint.* De Pannoniis Vellejus: *In omnibus Pannoniis non disciplinæ tantum, sed linguæ quoque notitia Romana.* Ausonius in *Mosella* eum amnem describens, totumque eum tractum miris laudibus extollens, & ab eo commendat tandem, quod Romana utatur lingua:

Æmula te Latiæ decorat facundia linguæ

Pontan. *lib. 6. orig. Francic. cap. ult.* Rustica hæc Romana, qua statim Ludovicus, & deinceps Galli usi. Concilium Turonense: *Episcopus homilias aperte transferre studeat in rusticam Romanam linguam, aut Theotiscam, quo facilius possint cuncti intelligere.* Iulius Cæsar Scaliger alibi in Præfatione ad nescio quem Thesaurum de lingua Gallica: *An ignoras*, inquit, *linguam vestram qua nunc utimini Latinæ linguæ abortum esse, quemadmodum & Italicam & Hispanicam. Materia namque e Latio est, forma depravata, infarctis adspirationibus, distortis vocalium sonis ad difformes diphthongos &c. De flexionibus nihil dico, propius enim ad Germanicum accedunt sonum, unde & Franci ducunt originem &c.*

Abortum recte. Et hinc rustica. De quodam lauari & vestiri jusso ab Abbate, cum simularet se pauperem & quidem membris contractis Ekkeard. Junior *de orig. & casib. monast. S. Gall. cap. 10. At contractus cum aqua sibi lavacri nimis videretur calida Gallice rustice, kalt kalt est, ait. At ille quoniam id Teutonum lingua, frigidum est, sonat, & ego, inquit, calefaciam, haustamque de lebete ferventi lavacro infundit aquam. At ille cum clamore horrendo, Eya mi kalt est, kalt est, ait. Enimvero, ait ille, si adhuc frigidum est, ego hodie si vixero tibi illud calefacabo, & hauriens ardentiorem infudit. At ille bullientis aquæ fervorem ferre non sustinens oblitus contractura citus assurrexit &c.*

Et hæc utcunque adhuc trita in Romanis provinciis. *Romaniam* vocabant Franci. Fortunatus ad Chilpericum:

Hinc tibi Barbaries, illinc Romania plaudit.

Romania pars Galliæ Romanis serius extorta. Alioquin & Papæ ditio. Græcorum regnum in Oriente. Galterus Cornutus Archiepiscopus Senonensis apud du Chesne *to. 5. hist. Administrator generalis Romaniæ factus.* & mox: *de partibus Romaniæ suscepit nuntium.* item: *Imperium Romaniæ, quod per Francos gloriose & potenter fuerat acquisitum &c.* Add. *ibid. p. 423.*

Roma

Romani Galli indigenæ, cum Franci Gallias invasissent. Et plures tunc in Galliis Francis dicto audientes. Diversæ & gentes & leges, Romani, Gotthi, Burgundiones. Ad Vascones compescendos missi a Dagoberto decem Duces cum exercitu. Duces erant, ut Fredegarius scribit, Chron. *cap.* 78. *Arimbertus &c. Ariardus ex genere Francorum, Ramelenus ex genere Romanorum, Willibadus Patricius ex genere Burgundionum, Aichinus ex genere Saxonum.* Add. Chron. S. Benign. apud d'Achery *to.* I. *Spicil. ad Ann.* 638. Aimoin. 3. *hist.* 40. *& seq.*

Vivebat quisque sua lege, & ea lege, quam vellet. Romani sua. Sua Franci. Gotthi, Burgundiones & alii item sua. Sua etiam Hispani, qui Francis subjecti. Sed hi maxima pars Gotthi. Clotharii constitutio Ann. DLX. apud Baluz. *to.* I. *Capitul. cap.* 4. *Inter Romanos negotia causarum Romanis legibus præcipimus terminari.* Decretio Childeberti Regis Ann. DXCV. *cap.* 14. *Si Salicus fuerit, solidos quindecim componat, si Romanus septem & dimidium.* Præfatio præfixa legi Bajoariorum: *Theodoricus Rex Francorum, cum esset Catalaunis, elegit viros sapientes, qui in regno suo legibus antiquis eruditi erant. Ipso autem dictante jussit conscribere legem Francorum, & Alamannorum, & Bajuvariorum, unicuique genti, quæ in ejus potestate erat secundum consuetudinem suam.* Charta in Biblioth. Sebusian. *cent.* I. *cap.* 93. *Nos itaque supradicti Jugales, qui professi sumus lege vivere Salica; Sed ego Julitta mea lege vivere videor Alamannorum.* De Hispanis, qui pulsi a Saracenis, ad Francos transierant, Car. Calvi Capitula *tit.* 6. *cap.* 3. Alioquin & in Hispania cum a Gotthis occupata, Romani dicti indigenæ, & a Gotthis distincti. Omnes enim Romani, qui in orbe Romano, ex constitutione Antonini, *l.* 17. *ff. de stat. hom.* Lex Wisigotthor. *lib.* 10. *tit.* 1. *cap.* 8. *Divisio inter Gotthum & Romanum facta de portione terrarum, sive silvarum, nulla ratione turbetur, si tamen probatur celebrata divisio, nec de duabus partibus Gotthi aliquid sibi Romanus præsumat, aut vendicet, aut de tertia Romani Gotthus sibi aliquid audeat usurpare, aut vendicare &c.* Romanis etiam ipsis legum optio concessa. Lotharii Capitulare Ann. 824. apud Baluz. *to.* 2. *Capitul. cap.* 5. *Volumus etiam, ut omnis senatus & populus Romanus interrogetur, quali vult lege vivere, ut sub ea vivat.*

Verum maxima hinc sæpe in judiciis confusio. Multæ hinc iniquitates, dum quisque amplecteretur legem maxime profuturam, quandoque etiam ab una ad aliam transiret lucri spe invitante. Et inde illa abdicatio apud Sigonium: *Ego Maria, quæ professa sum vivere lege Romana, sed nunc pro viro meo lege Longobardorum vivere videor &c.* Lotharii constitutio apud Baluz. *tom.* 2. *Capitul. cap.* 14 *Ut mulieres Romanæ, quæ viros habuerunt Longobardos, eis defunctis a legibus virorum sint solutæ, & ad suam revertantur legem.* Francis uxor in potestate. Nec mirum. Emebant eam. Fredega-

rius Scholasticus: *Legati offerentes, solido & denario, ut mos erat Francorum, eam partibus Chlodovei sponsant.* Marculfus in formulis: *N. filius N. puellam ingenuam nomine N. illius filiam per solidum & denarium secundum legem Salicam & antiquam consuetudinem desponsavit.* Pithæus *gloss. ad leg. Salic. tit.* 46. Sine uxoris mandato, aut sine ipsius permissu, in re uxoris nihil licuit, *l.* 8. *l. ult. C. de pact. conv. l. maritus* 95. *pr. ff. ad leg. Falc.* Auctor *formular. secundum leg. Roman. cap.* 20. *Dum & humana prodit utilitas, & lex Romana exposcit, ut quicunque uxoris suæ negotium fuerit prosecutus, quamvis maritus sit, nihil aliud agat, nisi quod ei agendum per mandatum illa commiserit.* Franci, qui ingenui, non pendebant tributum. Gregor. Turonens. *lib.* 7. *cap.* 15. Romani contra pendebant. Lex Salica *tit.* 43. *Siquis Romanum tributarium occiderit.* Ex Donationibus factis ecclesiæ Salisburgensi apud Canisium *to.* 6. *antiq. lect. cap.* 3. *Tradiditque tributales Romanos ad eundem locum in diversis locis colonos centum sedecim.*

Magna interim legum Romanarum auctoritas. Nam & Franci iis usi. Et de iis Eginhartus: *Nam Franci duas habent leges plurimis in locis valde diversas.* Caroli Calvi Capitula *tit.* 31. *cap.* 20. *In illis autem regionibus, in quibus secundum legem Romanam judicantur judicia, juxta ipsam legem committentes talia, judicentur, quia super illam legem, vel contra ipsam legem, nec antecessores nostri quodcunque capitulum statuerunt, nec aliquid constituimus.* Extat apud Alteserr. *lib.* 6. *rer. Aquit. ult.* Abbatis Lemovicensis Aredii testamentum solenni clausula codicillari munitum in hæc verba: *Quod testamentum nostrum si casu jure civili, aut prætorio, aut cujus libet legis novellæ conscriptione, vel veteris valere non potuerit, ad vicem codicillorum & omnium scripturarum, quæ firmitate consistunt, valere jubemus.* Usi etiam Ostrogotthi, Langobardi &c. Gelasius Papa ad Theodoricum regem: *Certum est magnificentiam vestram leges Romanorum Principum, quas in negotiis hominum custodiendas esse præcepit, multo magis circa reverentiam B. Petri Apostoli, pro suæ felicitatis augmento, velle servari.* Vid. Cassiod. 3. *var.* 17. & 43. Conring. *de orig. jur. Germ. cap.* 3. & 4. & *cap.* 11. Secundum jus Romanum a Francis condita testamenta. Etiam facta manumissio. Donatio etiam propter nuptias. Cæsarii Arelatensis testamentum apud Baronium extat *to.* 6. *Annal.* ubi & ita inter cetera: *Et ideo juxta hanc epistolam, quam manus nostræ subscriptione roboravimus, cuique diem & consulem subtus adjecimus, Deo dispensante, hoc testamentum meum condidi, vel manu propria subscripsi, atque jure Prætorio, vel jure civili, & ad vicem illorum codicillo firmavi.* Manumissi cives Romani facti Caroli Calvi adhuc tempore. Donatio propter nuptias sub tertia Regum stirpe adhuc Francis usitata. Produnt tabulæ sponsalitiæ Raimundi Comitis Tolosani cum Electa, quas G. Catellus dedit ad Ann. MXCV. *Et ob amorem,* inquit, *tui atque decorem filiorum nobis procreando-*

creandorum, dono tibi in tuo sponsalitio, & donatione, civitatem Rutenis cum Comitatu & episcopio, sicut lex mea est, & insuper dono in dotalitio Vivarium civitatem, cum Comitatu & episcopio, & civitatem Dinnam cum civitate & episcopio, sicut lex mea Romana est. Charta apud Baluz. in *Append. Actor. vett. ad to. Capitul.* 105. *Igitur ego in Dei nomine Hugo &c. juxta memorati piissimi Augusti praeceptum te clericum nomine Ragmaldum ex familia ejusdem sancti Aniani progeniem ducentem, hoc est, ex Apiariu villa, ante sanctum altare &c. a vinculo servitutu ob amorem Domini nostri Jesu Christi, ad cujus militiam eligeris, publice absolvo, civemque Romanum instituo, ut abhinc &c. in tuo jure & potestate consistens ita vivas ingenuus civisque Romanus &c.* Alteserr. *rer. Aquit. lib.* 3. *cap.* 10.

Lingua etiam non statim periit. Quisque usus primum sua, Romana tamen prævalente. Sed Franci tractu temporis secuti Gallicum idioma, scilicet rusticum id, cujus memini, & Teutonicum obliti, formarunt linguam, qua utuntur jam, quæ, ut Scaliger, & nihil certius, Latinæ tantum abortus.

Franci quod Germani & quod locuti Germanice olim, tot voces satis probant, quæ passim occurrunt in Francorum regum Capitulis. In Capitulis Dagoberti apud Baluz. *tom.* 1. *Capitul. tit.* 19. §. 1. *Si ingenuus servum ictu percusserit, ut sanguis non exeat, usque ternos colpos, quod nos dicimus bunislegi.* Quid *slegen* sit, scimus. *Bunis legi*, id est, *bont slaen*, vel, ut vulgo jam, *bont en blau slaen. Colpos*, id est, colaphos. Idem quod *klappen.* Colapho excipere, *een klap geven.* Tit. 37. §. 2. *Quicquid ei in morgangeba traditum &c.* Morgangeba, id est, *morgen gift.* Ejusdem tertium Capitulare *tit.* 3. §. 1. *Siquis liberum per iram percusserit, quod pulislac vocant.* Karlomanni Capitulare Ann. DCXLIII. *tit.* 15. *De igne fricato de ligno, id est, nodfyr.* Caroli Magni Capitulare Anni DCCLXXXIX. §. 15. *Ut episcopi & Abbates cupplas canum non habeant, nec falcones, nec accipitres, nec joculatores.* Ibid. §. 18. *Ut cloccas non baptizent.* Certe hæc mere Germanica. *Cuppla* canum, *een koppel honden.* Joculatores, id est, *goechelaers.* Coclearii, *lib.* 5. *Capit. cap.* 79. *Cauculatores* in Caroli Magni Capitulo a Baluzio primum edito *tom.* 1. *Capitul. p.* 518. Sic ad *scuras* recurrere, id est, ad horrea, *p.* 539. Sic *Sparwarius p.* 369. *Gasindium p.* 544. *Wantos, muffulas, p.* 582. Caroli Magni Capitulare Ann. DCCCI. *Siquis adeo contumax &c. ut dimisso exercitu absque jussu vel licentia Regis domum revertatur, & quod nos Theudisca lingua dicimus, herisliz fecerit.* Ludovici Pii Capitulare apud Baluz. *tom.* 1. *p.* 549 *explorationes & excubias, quod usitato vocabulo wactas dicunt, facere non negligant.* Sic & *heribergare* est *lib.* 3. *Capitul. cap.* 68. *Heribergum* etiam alibi in Caroli Calvi Capitulis. Tit. IX. in iisd. in fin. *Cum seniore suo in hostem vel aliis suis utilitatibus pergat, nisi talis regni invasio, quam lantweri dicunt, quod absit, acciderit &c. Flasco* apud Hincmarum est

de vit. S. Remigii: *Deditque illi plenum vas, quod vulgaris consuetudo flasconem appellat.* Vit. S. Glodesindis apud Labbeum *to. 1. biblioth. p. 739. in modum flasconis parvuli, butticulam appellant.*

Dicebant *Luther* etiam seu *Ludher*, item *Ludouvig* seu *Luduwig*, quem Latini *Lotharium*, *Ludovicum &c.* Et quod omnia hæc confirmat, Chilperici etymon non aliunde, quod e lingua Germanica Venantius Fortunatus petit, scribens ad Chilpericum regem *lib. 9. pr.*

Auxilium patriæ, spes & tutamen in oris,

Fida tua virtus, inclytus atque vigor

Chilperice potens, si interpres barbarus extet,

Adjutor fortis hoc quoque nomen habes.

Chilperic quasi *Hilpric*, aut *Helprick*, aut *Hilfreich*, opis potens & auxilii. Idem enim Ch. quod H. aspiratum, ut Brouwer. in *not.* Sic qui olim *Clodoveus* progressu temporis *Hludovicus* & H. omisso *Ludovicus.* Chlodoveum Francorum regem Flodoardus & Chlodoveum vocat, & Lodovicum, & Ludouvicum. Vid. *hist. Rhemens. lib. 1. cap. 13. & seqq.* Ita & Sigebertus *Hludovicum* per duo vv. quem Franci dixissent *Ludwig*, ut hodie adhuc Germani. Vid. Busæ. ad Hincmar. *epist. pr.* Etiam S. Remigius eum vocat *Ludovvicum*, omisso etiam H. in testamento, quod Miræus habet *Cod. piar. don. cap. 1.* Citat Vitus Amerpachius ad constitutiones Caroli Magni Codicem pervetustum, qui in S. Emmerammi monasterio Ratisponæ est, in quo hoc tetrastichon:

In Carolum Calvum.

Hic residet Carolus divino munere cultus,

Ornat quem pietas & pietatis amor.

HLUDVVIC justus erat, quo rex non justior alter,

Qui genuit prolem hanc tribuente Deo.

Addam Sidonii illud, quod argumentum fortissimum præstat, & quod luce meridiana clarius, *lib. 5. epist. 6.* de Syagrio consulari viro: *Immane*, inquit, *narratu est, quantum stupeam, sermonis te Germanici notitiam tanta facilitate rapuisse.* & mox: *Quasi de Syagrio vetere novus Franco prorumpas.* Clodoveus rex ipse, qui primus regum Christianus fuit, quod lingua usus Teutonica, testis S. Remigius, qui eum baptizavit, est, apud Miræum piar.

piar. donat. cap. 1. *Cum duabus*, inquit, *villis, quas Ludovvicus a me sacro baptismatis fonte susceptus, amore nominis mei, Bischofesheim sua lingua vocatis, mihi tradidit.* Liber Euangeliorum vetustissimus etiam extat abhinc annos ferme sexcentos rhythmis Francicis scriptus, & Basileæ excusus. Auctor Otfridus est. De eo in commentar. *rer. Germanic.* B. Rhenanus, *Francos*, inquit, *olim Germanica lingua usos esse convincit liber ille insignis Euangeliorum Francice, hoc est, Germanice scriptus, quem nos nuper dum Comitia celebraret Cæsar apud Augustam Rhatiæ superioris, Fruxini in Vindelicis, quam hodie Frisingam appellant, in Bibliotheca D. Corbiniani obiter reperimus.* Codicis hic est titulus: *Liber Euangeliorum in Theodiscam linguam versus.* Initium est tale:

Nu wil ich scriban unser heil
Euangeliono deil
So wir nu hian beginnen
In Frenkisga Zungun.

Item paulo post:

Hier hores io Zi guate
Was got imo gebiete
That wir imo hiar fungun
In Frankisga Zungun
Nu frewes si hes alle
So werso wola wolle
Joh wer si hold in muate
Francono thuate.

Addam locum Frodoardi de Synodo apud Ingelheim anno DCCCCXLIX. habita: *Post quarum litterarum recitationem, & earum propter Reges juxta Teotiscam linguam interpretationem.* Quid quod apud Brouwerum *antiq. & Annal. Trevirens. proparasc. cap.* 10. Hludovici Augusti & Hlotharii Cæsaris F. constitutio extat Francis scripta, ex qua, quod dixi de lingua, diserte adhuc confirmatur. Initium est tale: *That ein jouvelihe man frier geuualt have, so vuar sose er vuilit sachun sinu tegevene. Soverse sachun sinu thuruhe salichedi selu fineru athe te anderrn craftlicheru stat athe gelegenemo sinemo athe, se*

ynemo

vuemo andremo versellan vuilit, inde eethemo cide innenevuedium theru selveru grasceffi vuizit, in theru sachun thie gesat sint; vuizzeta thia sala cegedune geulize &c. id est; *Ut quisque liberam potestatem habeat, ubicunque voluerit res suas dare, Siquis res suas pro salute animæ suæ, vel aliquem venerabilem locum, vel propinquo suo, vel cuilibet alteri tradere voluerit, & eo tempore intra ipsum Comitatum fuerit, in quo res illæ positæ sunt, legitimam traditionem facere studeat &c.* Austrasiis tamen, fateor, inprimis scripta hæc constitutio.

Caput XXVIII.

Hollandia pars Austrasiæ. Plures in ea Comites. Duci dicto audientes. Frisiæ Reges, item Duces. Burggravii de Wassenaer. Castellani. Castellanæ. Tres olim Pippini. Burgus quid. Quid Dursos apud Reginonem.

Cæterum pars Austrasiæ Hollandia etiam, seu ea regio, quæ id nomen sortitur jam. Facile id sic probatur. Pars Austrasiæ Lotharingia, Lotharingiæ autem Frisia. Hollandia porro Frisiæ. Auctor Chronici rhythmici:

Syt des seker ende ghewes
Dat die graefschap van Hollant es
Een stic van Vrieslant genomen.

Lotharingia olim ingens. Provincias, quas complexa, Annales Bertiniani habent ad Ann. 839. item ad Ann. 870. Inter eas etiam Frisia est, Ducatus Elisatiæ, Ribuariorum, Alemanniæ, Comitatus Arduennensium, Condorusto, Batavorum, Testrebanticus, Dorestadum &c. Et hinc Rex Lotharingiæ Lotharius filius Lotharii etiam dicitur rex Franciæ. Annal. Bertiniani ad Ann. 856. *Ludoicus Imperator Italiæ & Lotharius frater ejus Rex Franciæ.* Et, quod forsan miretur quis, Hollandia etiam ipsa in Chronico vernaculo, vulgo *t'Goudsche Chronyxken*, dicta olim *Oost-Vranckryck.* Sic paulo post pr. *Ende doe tooch die Keyser Karel weder in Vranckryck, ende liet Grave Dirck sijn Neve in Oost-Vranckryck, dat nu Hollant is.* & mox: *Ende doe dede die Keyser dat Lant, dat te voren was Oost-Vranckryck geheten, dat*

dat dede hy Hollant hieten. Add. *d'Hantvest Chronyck in fin. part.* 2. *Dous. lib.* 2. *annal.* Nihil certius, quam quod dixi, & quod tot jam argumentis tam evidenter probavi, scilicet quod tractus hic, quod provincia hæc, quod regio, quæ vulgo jam Hollandia audit, nam olim nomen id nondum notum, Francici olim juris, non quod armis devicta (id probari non potest) sed quod Francis prævalentibus, & ingenti multitudine certatim Rhenum transmittentibus, incolis non invitis, nam hi Francis confines, & Franci Cattorum pars, e quibus etiam Batavi, saltem maximam partem, Francorum facta accessio, Francorum sceptris subjecta, eodem regimine, iisdem usa institutis. Nam nec de eo dubitandum, quin & plures primitus in Hollandia, ut in ceteris provinciis, quæ Francis dicto audientes, Præfecturæ & Comitatus: Hollandiæ, verum est, nullus Dux, sed Hollandia pars Frisiæ. Frisiæ autem olim Dux. Regino & Annal. Metens. ad Ann. 809. *Per quosdam negotiatores mandavit Duci, qui Phrysiam prævidebat, audisse se, quod Imp. ei esset iratus.*

Constat de Radbodo. Sed hunc Regem vocant alii. Annal. apud Lambec. *lib.* 2. *comm. de Biblioth. Cæsar.* de Carolo Martello: *Primo certamine adversus Ratbodum regem Frisiorum congreditur &c.* Paul. Diacon. *lib.* 6. *hist. cap.* 37. *Bella quoque multa cum Saxonibus & maxime cum Radbodo Frisiorum rege fortiter gessit.* Add. Chron. S. Benign. apud d'Achery *to.* I. *Spicil. p.* 393. Bosschaerts *de prim. vet. Fris. Apost. diss.* 23. Et quod Regem non mirum. Regem etiam Aldgislum vocant, qui Radbodum præcessit. Eadmer. *de vit. S. Wilfrid. apud Henschen. tom.* 3. *SS. April. cap.* 4. *ubi a barbaris ac Rege illorum Aldgislo honorifice susceptus.* & mox: *scripta cum magno munere Regi Aldgislo direxit &c.* Variis Franci constabant populis, Chamavis, Frisiis, Bructeris, Cattis, Et hinc plures eorum Reges. Postquam Rhenum transissent etiam, Etiam tempore Clodovei, qui primus ejus nominis, ut & supra jam dixi. Nec de eo dubitandum, quin & domi relictis deinceps sui Reges. Inter eos & Frisii. Nam & hi postquam Rhenum transissent Franci, sui juris. Comiter conservantes Francorum majestatem. Non tamen parentes. Hinc Annal. Metens. de Pippino Pippini Herstalli avo: *Qui populum inter Carbonariam silvam & Mosam fluvium, & usque ad Fresiorum fines vastis limitibus habitantem justis legibus gubernabat.* Et hinc, puto, Radbodus Dux interdum, interdum Rex. Reges qui Coloniæ, Tornaci, Cameraci sustulit Clodoveus sedem totius regni constituens Parisiis. Gregor. Turonens. *lib.* 2. *hist. cap.* 40. *& seqq.* Quod ad Frisios; Adalgisus rex, fœderatus Francis & amicus. Sed qui ei successit Radbodus Francorum hostis. Vid. Henschen. *de trib. Dagobert. lib.* I. *cap.* 9. Radbodum vicit Pippinus primum, Caroli Martelli pater. Dein Carolus Martellus. Altfridus de *vit. S. Ludger. cap.* I. *n.* 4. *Contigit autem Pippinum Ducem Francorum de hac luce migrasse, & filium ejus Carolum regno potiri patris,*

 qui

qui multas gentes sceptris adjecit Francorum, inter quas etiam cum triumphi gloria Fresiam, extincto Radbodo &c. De Pippino Annal. Metens. ad Ann. 692. *Tractatisque de utilitate Imperii consiliis, occurrit Radbodi Frisiorum Ducis obviare superbiæ; qui tanta stultitiæ involutus caligine fuit, ut contra Pippinum invictum Principem aciem parare præsumeret. In qua victus atque fugatus maximam partem exercitus sui perdidit. Seraque tandem pœnitentia ductus Legatos ad Pippinum dirigens pacem postulat, seque cum his, quos regebat, suæ ditioni subdidit.*

Nec Dux tantum, seu Rex Frisiæ is, quæ proprie jam Frisia. Longe amplior ejus ditio. Iidem ad Ann. 697. *Pippinus Princeps duxit exercitum contra Frisiones, & Ducem ipsorum, immitem atque paganum, qui verba Principis Pippini sæpe contempserat &c. Adunato igitur exercitu juxta castrum Dorestadum castra metatus est. Cui occurrit cum valida manu, & pugna commissa est. Ubi Frisones magna clade percussi sunt. Fugatoque Duce eorum Radbod &c.* Clarius Alcuinus in vita S. Willebrordi: *Ad ostia Rheni fluminis vela deposuit, ibique optata telluris statione refocillati sunt, & mox ad castellum Trajectum, quod in ipsa fluminis ripa situm est, pervenerunt &c. Sed quia eadem gens Frisionum, in qua idem ædificatum est castellum cum Rege suo Radbodo paganis adhuc ritibus sorduit, visum est viro Dei Franciam contendere, ac Ducem illorum adire Pippinum &c.* Add. Fredegar. *cap.* 102.

Pippino dein mortuo, Pippino scilicet Herstallo. Nam tres olim Pippini. Pippinus de Landis, Carolomanni filius ex Ermengarde, Major domus sub Clothario & filio ejus Dagoberto secundum Divæum & alios scriptores. Pippinus Herstallus secundum Sigebertum factus Major domus circa Ann. 691. Nepos hic Pippini de Landis ex S. Begga, & Ansigiso filio S. Arnulfi episcopi Metensis. Vid. Henschen. *diatrib. ad tom. 3. SS. April. cap.* 1. *& cap.* 4. *n. ult.* Herstallus seu de Herstallo ab arce ejusdem nominis non procul a Leodio ad Mosam. Io. a Leidis *lib.* 1. *cap.* 20. Et tertius hujus nepos Pippinus Brevis seu Pusillus, filius Caroli Martelli, Francorum rex circa Ann. 752. Childeberto ejecto & detruso in monasterium. Charta apud Miræum *notit. eccles. Belg. cap.* 20. Willibrord. Bosschaerts *d. tr. diss.* 37.

Pippino inquam dein mortuo & scisso Francorum regno inter Karolum Martellum & Plectrudem novercam ejus, quæ odio novercali regnum universum Theodaldo asserebat, Pippini ex Grimoaldo jam præmortuo nepoti, Karolus armis cum asseruisset Principatum Austrasiæ, Theodaldo defuncto jam & suffecto Dagoberto, Neustrasii in Austrasiam toto impetu properantes (sic Annal. Metens. ad Ann. 714.) *usque ad Mosam fluvium totam illam regionem vastaverunt. Fœdus quoque cum Radbodo Duce Frisionum contra Karolum pacti sunt.* Dagoberto dein mortuo quum successisset Chilpericus,

pericus, & hic *audisset, cum Raginfrido* (sic iidem Annales ad Ann. 716.) *quod Karolus solium patris magna jam ex parte conscenderat, invidia, imo terrore ducti, exercitum adversus eum congregant, Radbodoni suggerentes, ut ipse ex una parte super eum irrueret, ipsi vero ex altera parte per Arduennam sylvam in Ripuarios exercitum ducerent, ut ipsum ex utrisque partibus coherterent.* Dubia primum pugna. Sed prorsus dein victi & Chilpericus & Frisii. Iidem ad Ann. 734. *Karolus Princeps in Frisiam proficiscitur, omnesque rebelles ejus gentes trucidavit, ceterosque quos vivos reliquit, acceptis obsidibus suæ ditioni subjugavit.* Radbodus autem postquam victus, rursum Frisia subacta, deinceps Dux Frisiæ, ut ceteri, qui a Francis provinciis impositi. Nec Regium tamen nomen abjecit prorsus Francorum hostis, quamdiu vixit, perpetuus. Popponis dein mentio a Karolo item victi ad Ann. 736. Annal. Metens. ad d. Ann. Ademar Chabannens. *cap.* 51. Post alii adhuc Duces. Sed qui Francis subjecti. Regino & Annal Metens. *d. loc. & ad Ann.* 809.

Comes Duci dicto audiens, ut probavi jam supra. Dux provinciam universam cum imperio obtinebat. Comites erant plures. Plures in Frisia. Regino ad Ann 885. *Statimque Gerolfum & Gardolfum Comites Frisonum &c.* Plures etiam in Hollandia, quæ pars olim Frisiæ. Singula territoria etiam singuli Comitatus. Charta apud Schotan. *de Domin. Fris. cap.* 9. *Comitatum quendam Frisia nomine Ostergouwe* In alia *ibid. De Comitatu Frisia in Ostergo, & Westergo & in Staveren &c.* Meminit Fresiæ Comitatus Bremensi ecclesiæ concessi Albert. Abbas Stadensis ad Ann. 1048. Idem ad Ann. 1062. *Maximum Frisia Comitatum de Fingoe a Rege adeptus est.* & mox: *Tertius erat Comitatus in Fresia, Bremensi parochia vicinus, qui dicitur Emisgoe.* Meminit item Comitatuum Masalant, Kinhem, & Texla, Otho III. in diplomate, quod vulgavi jam supra. Mentio Ducatus Frisiæ, Comitatus Batavorum, Testrabentici, Dorestadi &c. in regni divisione, quam inter filios fecit Ludovicum & Karolum Ludovicus Pius Imp. in Annal. Bertinian. ad Ann. 839. Et haud dubie respexit eo veteris chartæ Auctor, quæ apud Boxhorn. est *theatr. urb. Holl. cap.* 3. quo Henricus Imp. ecclesiæ Trajectensi donat mansus & prædia quædam, & *Adhuc*, inquit, *Comitatis omnes in Hollant, cum omnibus ad Bannum regalem pertinentibus.* A monachus an adjecta hæc, nec ne, non inquiro. Rerum veterum certe imperitus, qui adjecit, non fuit.

Nec mirum, quod plures. In Brabantia etiam plures. Divisio facta inter fratres Carolum & Ludovicum apud Miræum *Cod. piar. don. cap.* 20. *In Bracbanto Comitatus* IV. Mentio Albuini Comitis Trajectensis in charta *ibid. cap.* 25. Antverpiæ Comitis Gozilonis *ibid. cap.* 44 In territorio Namurcensi, quod alioquin non tam amplum, duorum mentio *ibid.* Hainoensis & Lummensis. Meminit Comitis Bruxellensis Ægid. de Roya ad Ann.

 1015. &

1015. & 1038. Valentianarum charta apud Miræum *notit. eccles. Belg. cap.* 110. Comitatus Hoyensis charta apud eund. 1. *donat. Belg. cap.* 42. & Comitatus de Stryen charta apud eund. 1. *diplom. Belg. cap.* 87. Comites Lovanienses, qui Bruxellæ etiam domini, idem aliquot meminit in Chron. Belg. ad Ann. 948. Gandenses etiam aliquot *notit. eccles. Belg. cap.* 60. Cameracenses etiam *ibid. cap.* 92. Bergizomenses &c. 1. *diplom. Belg. cap.* 87. Vid. eund. *Cod. piar. don. cap.* 83. *& notit. eccles. Belg. cap.* 56. In Zelandia etiam plures. Quot insulæ, tot Domini. Boxhorn. *Chron. Zeland. part.* 2. *cap.* 1.

Et quod ad Hollandiam, nec Leyda Comite destituta. Notum sat, qui olim Burggravii de Wassenaer. Vid. Grot. *de antiq. reip. Batav. cap.* 5. Scio, hi Castellani, & conjuges Castellanæ, Comites raro dicti. Charta apud Bockenberg. *histor. Burggrav. Leydens. cap.* 8. *In nomine Domini, Amen. Ego Henricus Dominus de Cuyc notum fieri volo omnibus præsens scriptum visuris, quod contuli dilectæ meæ Christinæ Castellanæ de Leyden bona sua, quæ jure feudali a me tenet, in tali forma: Si contigerit eam mori sine filio legitimo, filia sua legitima feudaliter obtinebit &c.* Add. eund. *cap. seq.* Sed Castellani, quod exprimeret id Belgicum nostrum *Burchgraef*. Primum Barones seu *Vryheeren* tantum, ut ex schedis quibusdam Dominorum de Wassenaer idem ibi observavit *cap.* 6. *De Burchgraefschap van Leyden is gesproten, ende gecomen van eenen geheten Burchgraef Jacob. Ende die was Vryheer van der Stadt van Leyden, ende van alle Ambachten, die daer toebehooren. Burchgraef* alioquin idem quod burgi Gravio. Gravio idem quod Comes. Burgus castrum, castellum, oppidum, ut latius adhuc infra.

CAP.

CAPUT XXIX.

Comites in Hollandia etiam ante Theodericum quem primum vulgo arbitrantur. Etiam in Zelandia. Rorich Normannus. Radbodus. Godfridus. Rollo Normannorum dux. Zuentibolchus. Raginarius. Dani invicem sibi hostes. A Carolo Simplice recepta Lotharingia universa, An facta tum donatio Theoderico I.

Sed non plures primitus tantum Comites. Plures Comites haud dubie etiam ante Theodericum, quem primum vulgo arbitrantur, & in Hollandia, & in Zelandia. Annales a Pithæo editi: *Normanni tributum exactantes in Walchram insulam venerunt ibique Eggihardum ejusdem loci comitem, & Hemmingum cum aliis multis occiderunt.* Ita ajunt ad Ann. 836. Theodericus autem, ut volunt, Caroli Calvi beneficio Hollandiam demum nactus Ann. 863. Vid. Bek. *in Hunger. episcop.* Sed quod ad Carolum Calvum fabulam supra jam explosi. Nec Hollandiam is dedit, nec Pippinus, ut nugantur, Leonis rubri insigne. Vid. Joann. a Leidis *lib. 6. cap. 6.* Reiner. Snojum *rer. Batav. lib.* 5. *pr.* Boxhorn. *theatr. urb. Holl. cap.* 6. Ut alii enim notant arma hereditaria plane adhuc tum incognita. Buchel. *ad Hed. in Hunger. episcop. lit. f.*

Etiam ante Theodericum Comes Rorich Normannus, aut, ut alii scribunt, Roruc. Et quod notandum inprimis, plures etiam huic Præfecturæ & Comitatus, non minus quam Theoderico Francorum munere & largitate. Annales Bertiniani ad Ann. 850. *Rorich nepos Herioldi, qui nuper a Lothario defecerat, assumptis Normannorum exercitibus, cum multitudine navium, Fresiam, & Batavum insulam, aliaque vicina loca per Rhenum & Vahalem devastat. Quem Lotharius cum comprimere nequiret, in fidem recepit, eique Dorestadum, & alios Comitatus largitur.* Add. Auct. incert. de gest. Normann. apud du Chesne ad Ann. 837. Frequens etiam ejusmodi largitio apud Francos. De Ludovico Pio Theganus in ejus vita *cap.* 19. *In tantum largus, ut antea nec in antiquis libris, nec in modernis temporibus auditum est, ut villas regias, quæ erant sui & avi & tritavi, fidelibus suis tradidit, eas in possessiones sempiternas & præcepto construxit, & annuli sui impressione cum subscriptione manu propria roboravit.* Acceperat Rorich etiam Dorestadum ab eodem in feudum. Sed post obitum Ludovici proditionis insimulatus, & in

in carcerem conjectus, cum fuga evasisset, prædari regnum Lotharii cœpit, & per Rheni ostia id ingressus, vi rursum quod amissum in potestatem redegit. Sic Annal. Metens. ad Ann. 850. Addunt: *Et cum a Lothario sine periculo suorum non posset expelli, consilio suorum Legatis mediantibus in fidem est receptus: ea conditione, ut tributis ceterisque negotiis ad Regis ærarium pertinentibus fideliter inserviret, & piraticis Danorum obviando resisteret.*

Ajunt *in fidem.* Scilicet ut vasallus. Iidem ad Ann. 857. *Rorus Normannus, qui præerat Dorestado, cum consensu Domini sui Lotharii regis Junioris classem duxit in fines Danorum.*

Dani Danis adversi

Piraticis Danorum ajunt, & in fines Danorum. Nec necesse, ut miremur id quod in fines Danorum. Piratæ sic soliti. Bello invicem etiam petunt. Annal. Bertinian. ad Ann. 851. *Post hæc pyratæ Danorum Fresiam & Batavos populantur.* Iidem ad Ann. 838. *Missi Horich venientes pyratarum in nostros fines dudum irruentium maximos a se ob Imperatoris fidelitatem captos atque interfici jussos retulerunt.* Minus mirum de Danis. Gens fera & bellicosa. Bellis semper intestinis vexata & attrita. Anno DCCLIV. cum mutuis vulneribus omnis pene eorum concidisset nobilitas, regresso Rorich in Daniam, Lotharius Frisiam universam Lothario filio suo dedit. Annal. Bertinian. ad Ann. jam dict. *Dani intestino inter se prælio dimicantes, adeo tridui concertatione obstinatissime debacchati sunt, ut Orico Rege & ceteris cum eo interfectis Regibus, pene omnis nobilitas interierit.* Mox ad Ann. seq. *Lotharius totam Fresiam Lothario filio suo donat. Unde Roric & Godefridus patriam, id est, Daniam repedant, spe potestatis Regiæ nanciscendæ.* Add. Gest. Normann. incert. Auctor. ad Ann. 853. Nec tamen donatio hæc diu efficax satis. Ad Ann. eund. 855. *Roric & Godefridus nequaquam arridentibus sibi successibus Dorestado se continent & parte maxima Fresiæ potiuntur.* Et nec Rorich etiam ipsi quieta possessio. Iidem ad Ann. 855. *Alii Danorum emporium, quod Dorstatum dicitur, vi capiunt, totamque Batavorum insulam, & cætera loca contermina diripiunt.* Et rursum ad Ann. 859. *Alii quoque insulam Rheni Patavum simili furore invadunt.* Nec ita tantum invicem deprædati in Belgio. Etiam in Gallia. Iidem ad Ann. DCCCLX. *Nam idem Dani promiserant, ut si eis tria millia librarum argenti pondere examinato tribueret se adversus eos Danos, qui in Sequana versabantur, ituros, eosque inde aut expulsuros, aut interfecturos.* Ad Ann. seq. *Dani qui pridem Morinum civitatem incenderant, de Anglis revertentes duce Welando, cum ducentis & eo amplius navibus per Sequanam ascendunt, & castellum in insula, quæ Oscellus dicitur, a Nortmannis constructum, & eosdem Nortmannos obsident.*

Ab incolis Roric dein pulsus. Annal. Bertinian. ad Ann. 868. *Hostem ad patriæ defensionum per Regnum suum indicit, quasi contra Nortmannos, putans Rorigum, quem incolæ, qui Conkingi novo nomine dicuntur, a Fresia*

ex-

expulerant, tum auxiliatoribus Danis reverti. Et Radbodi tum mentio, cum quo conflixit in Walacria Rollo Normannorum Dux. Tempestate in insulam delatum armis aggressi incolæ, sed victi & superati, ad Radbodum confugerant, & Raimerium Longi-colli Ducem Hasbacensem. Verum frustra & nequicquam. Inito enim prælio vicit Rollo utrumque, & Frisiis factis tributariis Rainerium persecutus graviter mulctato eo discedit tandem in Galliam Ann. 876. Willelm. Gemmeticens. 2. *hist. cap.* 8. *Æstimantes autem Walgrenses propter deportati frumenti copiam omni tempore Rollonem Walgris moraturum, convocarunt Rainerum Longi-colli Hasbacensem, & Hainaucensem Ducem, & Radebodum Frisiæ regionis Principem, & conglobato exercitu aliorum pagorum invaserunt Rollonem. Qui sic sæpius ad bellum indubitanter perrexit, & multa millia illorum occidit, atque Rainerium Longi-colli & Radebodum Frisonem ad sua castra fugavit. Deinde totam terram Walgrorum devastavit, atque incendio concremavit. Post hinc hujus rei causa indignatus, Frisones celeriter expetivit, terramque illorum devastare cæpit. Tunc Frisones &c.* Radbodus II. hic. Alius, cum quo bellum gessit Carolus Martellus. Add. Dudon. S. Quintin. Decan. *de morib. & act. Normann. lib.* 2. Ex epitaphio Rollonis, quod Orderic. Vitalis habet *lib.* 5. *hist.*

Frixonas, Walcros. Halbacenses, Hainaucos

Hos simul adjunctos Rollo dedit profugos

Egit ad hoc Fresios per plurima vulnera victos

Ut sibi jurarent, atque tributa darent.

Successit deinceps Godfridus a Carolo Crasso Imp. ei Frisia concessa. Annal. Bertinian. & Gesta Normannor. apud du Chesne ad Ann. 882. *Placida mente Gotefridem cum suis ut baptisma susciperet, & Frisiam aliosque honores, quos Roricus habuerat, reciperet, interventione quorundam obtinuit.* Ad eund. Ann. Annal. Metens. *Godfridus rex Normannorum ea conditione Christianum se fieri pollicetur, si ei munere Regis Fresia provincia concederetur, & Gisla filia Lotharii in uxorem daretur. Qua, ut optavit, adeptus, baptisatus est.* Add. eosd. ad *Ann.* 884. *& seq.* Frisiæ hic ergo Dux. Sub ditione autem Comites, qui ei dicto audientes. Iidem Annal. ad Ann. 885. Gotfrid. Viterbiens. ad Ann. 881. *His suasionum promissionibus Godefridus veluti veneno infectus, occasionis fomitem inquirit, qualiter ac si justa ratione a fidelitate Imperatoris se subducere prævaleret. Statimque Geralfum & Gardulfum Comites Fresonum legatos ad Cæsarem dirigit.*

Insi-

Insidiis circumvento eo, & una cum Nortmannis cæso in Batua, Caroli Craſſi ſucceſſor Arnulfus regno Lotharii præfecit filium Zuentibolchum. Annal. Metenſ. ad Ann. 895. Quis Friſiæ tum Dux, ut puto, parum conſtat. Raginarii tamen mentio, quem, quamvis fidiſſimum, Zuentibolch a ſe repulit. Annal. Metenſ. ad Ann. 896. Et forſan Friſiæ is etiam præfuit. Ut conjiciam id anſam præbent iidem Annales. Regno juſſum excedere, cum gratia excidiſſet, *Ille*, addunt, *adjuncto ſibi Odacro Comite, & quibuſdam aliis, cum mulieribus & parvulis, & omni ſupellectili, in quendam tutiſſimum locum, qui Durfos dicitur, intravit, ibique ſe communivit.* Durfos id Dordracum Boxhornius putat *theatr. urb. Holl.* Idem putat Scriverius. Sed pro *Durfos* legit *Durtos*, etiam apud Reginonem, ubi eadem hæc occurrunt. Boxhorn. *ibid.* Videntur etiam evincere id verba hæc, quæ ſequuntur: *Quod cum Rex cognoviſſet, coadunato exercitu, caſtrum expugnare conatus eſt. Sed minime prævaluit propter paludes, & multiplices refuſiones, quas in prædicto loco Moſa fluvius facit.*

Et hæc occaſio, qua Regnum id, quod hactenus Auſtraſiorum ex Ludovici pactione Ludovici Balbi filii cum filio Ludovici Germanici Ludovico Carolus Simplex invaſit cum exercitu Niumagum uſque & Aquiſgranum progreſſus. Iidem Annal. *d. loc. Rege ab obſidione recedente præfati Comites Carolum adeunt, & eum cum exercitu in Regnum introducunt &c.* Sed non diu potitus. Reſumpto enim animo Zuentibolch cum exercitu progreſſus ei obviam ad pacem coëgit. Ibid. *d. loc.* Sed nec Zuentibolch ſatis diu, quo potitus, obtinuit, ob ſævitiam exoſus. Otto Friſingenſ. 6. *Chron.* 14. *Anno ab incarnatione Domini* DCCCCI. *Ludovicus Arnolfi filius, in loco qui Forchaim dicitur, Rex creatur, ac a Principibus Lotharingiæ, eo quod Zuentebaldo offenſi eſſent, in regnum Belgicæ invitatur. Quo comperto Zuentebaldus cum multa mala committeret, regnumque plurimum præda, cæde, & incendiis cruentaret, tandem a Stephano, Gerhardo, & Matfrido comitibus, bello publico necatur.*

Ludovico hoc regnante, & deinceps Conrado, qui defuncto ſucceſſit, cum Auſtraſia arderet bellis, cum Normanni, cum Ungari flammis miſcerent omnia, perturbato hoc rerum ſtatu Lotharingiam ſeu Belgicam Carolus Simplex recepit. Et hinc nova illa pactio inter ipſum & Henricum qui Conrado ſucceſſit. Otto Friſingenſis 6. *Chron.* 18. *Dum Henricus* (Auceps ſcilicet) *cis Rhenum regnaret, & de Belgica cum Carolo diſceptaret, ex voluntate amborum, ad hujus litis ſcrupulum decidendum, die in oppido Bunna conſtituta, Belgica Henrico ceſſit, ac Carolo Celtica tantum & Aquitania, parsque Lugdunenſis &c.* Add. Gotfrid. Viterbienſ. ad Ann. 936.

Jam pridem Friſiæ pars tertia Ludovico ceſſerat filio Ludovici Germanici, Neuſtraſiis adebita lioquin ex Caroli Calvi pactione cum Ludovico Ger-

Germanico. Cesserat Lotharingia, quæ & Belgicam complexa, & cesserat universa. Annales Francici Pithœani ad Ann. 880. *Rex Ludovicus in Galliam profectus filios Ludovici ad se venientes suscepit, totumque regnum Lotharii suæ ditioni subjugavit.* Add. Reginon. & Annal. Metens. ad Ann. 879. Suorum Carolus virtute, ut scribit Paul. Æmylius *lib. 3. hist.* magno ex intervallo, & diu dein post recepit deinceps universam. Idem *eod. lib. Simplex ferox erat, quod Lotharingiam amissam tanto ex intervallo Francis recuperasset. Id sibi summæ gloriæ ducebat, militeque Lotharingo succinctus erat.* Imperium nactus Ludovicus, qui Arnulfi fuit filius, Ann. DCCCCI. Regnavit annos XII. Otto Frisingens. 6. *Chron.* 14. *& seq.* Successit Conradus Ann. DCCCCXIII. Obiit Ann. DCCCCXX. Ott. Frisingens. *ibid. cap. 6.*

Nec vero jam dissentaneum, dum Lotharingia potitur Simplex, & simul Frisia, quæ ejus pars, donationem in Theodericum collatam, cujus memini, quo promptius tutam ab hostium & Normannorum incursionibus præstaret provinciam undequaque & securam. Traditur quidem Simplex Normannis fœderatus. Frodoard. ad Ann. DCCCCXXIII. *Auditoque Franci quod Karolus ad se venire Nortmannos mandasset.* & mox: *Interea Ragenoldus princeps Nortmannorum, qui in fluvio Ligeri versabantur, Karoli frequentibus missis jam pridem excitus.* Sed nec fœdus id diuturnum, nec Normanni ipsi inter se, ut jam dixi, concordes.

CAPUT XXX.

De Theoderico I. An filius Gerolfi. An primus Comes Hollandiæ. An primus, qui Francorum imperio se subduxit. Quid Francis debuerit. Quid virtuti, quid armis. Monachorum inscitia.

Gerolfus porro, cujus memini, procul dubio est is ipse, cui prædia aliquot confert Arnulfus Imp. qui Carolo Crasso successit, apud Miræum *Cod. piar. don. cap.* 24. Patrem Comitis Hollandiæ Theoderici I. & Walgarii, seu Walgeri, *ibid. in not.* ait. Walgerus frater Theoderici *ibid.* apud Miræum *Cod. piar. don. cap.* 62. Uterque an filius Gerolfi non adeo id adhuc liquet. Auctor Chronici rhythmici in Theoderic. I.

Dese Gerolf die haer Grave hiet
Men vint van hem anders niet
Dan hem gaf te Vrankenvoerde
Coninc Aernout dat mine woerde
Hier te voren hebben ontbonden.
Lichte hi starf in sinen stonden
Sonder kint, ende onse Graven
Worden Heren van sijnre haven.

Et tamen multi sic volunt, ut testatur etiam Heda in *Hunger. episcop. p.* 58. Nugatur multum, ut solet, Io. a Leidis *lib. 6. hist. cap. 6.* qui ait filium Sigisberti, filii Naufredi, filii Engelrini, filii Theodorici, filii Lotharii, filii Theodorici, Ducis Aquitaniæ, filii Chilperici, regis Franciæ, & per consequens de prosapia etiam veterum Trojanorum. Quod Francus crediderim. Nam hi potissimum territoriis, provinciis præfecti. Auctor Chronici Rhythmici:

VVie anders dese Diederic was,
Dan dese letteren doen verstaen,
Dat hi geboren was sonder waen
In manieren ende in ghelike
Van geslacht van Vrankerike.

Sed nec id tamen constat. Id constat, ut puto, quod primus Comes, ut putant, Theodericus non fuit. Nec dubito siquis roget, cur vulgo is tamen primus, & cur quod primus jam tamdiu & tam constanter receptum, quin accepto id ferendum monachorum commentis. Ut primus etiam refertur in charta Theoderici, qui IV. ejus nominis, apud Miræ. *Cod. piar. don. cap.* 62. Sed & admodum de ea dubito, an non tota hæc prodierit, ab eo hominum genere cusa & conficta, ex officina Egmondensi. Cætera enim ut omittam, quid hoc est, quod ibi dicitur? *Quapropter notum sit omnibus, tam præsentibus quam futuris Christi fidelibus, quod Stephanus bonæ memoriæ Abbas Egmondensis ecclesiæ, quasdam auctoritates donationum detulit mansuetudini nostræ, qualiter piissimi Comites antecessores nostri ex proprii*

priis possessionibus, & a Regibus jure hereditario susceptis, eandem ecclesiam Dei construxerunt, ditaverunt, & honoraverunt. Theodericus, frater Walgeri, cum legitima conjuge sua Gena, inprimis ligneam construxit ibi ecclesiam, instituens sanctimonialium vitam, & offerens Deo in eundem locum in Frando mansos IX. in Alcmere duos mansos, in Callinge medietatem totius possessionis.

Atqui Carolus Simplex ecclesiam hanc, cujus mentio hic, & quæ ad eam pertinentia, ut supra habet diploma, Theoderico dedit dono. An rem propriam ergo ei dedit? An dedit, quod ipsius jam? An ecclesiam suo sumptu & in suo extructam jam? An quæ huic data a Theoderico Carolus Simplex cum eadem eidem rursum concessit? Παίδων hæc ἀθύρματα, & vere ἀδρανέοντες ὄνειροι, somnia tenuia. Sed audacissimi olim monachi, & mirum quantum indulserint figmentis & somniis. Etiam in Chronicis. Apud Hellum vicum Tribonorum in Alsatia antiquissimum, Maternum Petri discipulum, qui primus, ut ajunt, Tribonis Christum annunciavit, extinctum febri & sepultum, seu illatum potius conditorio ajunt, quod etiamnum ostenditur, sed a Valerio & Euchario profectis eam ob rem Romam, & D. Petro re indicata, baculo Petri, quo reversi tangebant mensem jam mortuum, vitæ iterum restitutum. Id monachus quum legisset, locum qui hodieque adhuc dicitur vulgo *El*, finxit dictum *Elegiam*, παρὰ τῶν ἐλέγων ἢ θρήνων, id est, ab elegis seu threnis ad funus seu tumulum defuncti ibi fusis. Alius vitam Beati scribens amachoretæ Helvetici vocatum finxit Suetonium, & ejus socium Achatem. Id Beat. Rhenanus narrans *lib. 3. rer. German. Adii*, inquit, *hominem, quæsiturus undenam id assereret, putabam enim hæc illum absque auctore non dicere. Sed audi prudentiam. Propterea, inquit, addidi Suetonium fuisse vocatum, quod legerim e Suedia prodiisse, & quia Æneæ Virgiliano fidus Achates semper adhæsit, ideo sodalem illius hoc nomine donavi, alioqui anonymum futurum.* Vide audaciam incredibilem & audaciam cum impudentia & inscitia conjunctam. Et mirabilis inscitia. Henricus II. cum Meinwercum episcopum pro requie animarum patris sui ac matris jussisset missam celebrare, & ille nactus missale, (sic refert qui ejus vitam scripsit) quod mendosum, ut scriptum repperit, pro *famulis & famulabus, mulis & mulabus* dixit. Insultans tum Imp. *Patri meo & matri*, inquit, *non mulis & mulabus meis missam volui celebrari.* Idem etiam evenit Suenoni præsuli Roschildensi. Rem divinam facturus, & codicem missalem nactus, qui inspersus literis pro *Deus regem famulum suum protegat*, legebat, *mulum suum protegat*, prima itidem syllaba in voce *famulum* extrita. Sic Saxo Grammaticus & ex eo Pontanus *hist. Gelr. lib.* 5.

Et id hominum tamen genus, quod mediæ ætatis Chronica, & historiam contexuit. Quod audacter finxit Francos Trojanorum propaginem.

Dese Gerolf die haer Grave hiet
Men vint van hem anders niet
Dan hem gaf te Vrankenvoerde
Coninc Aernout dat mine woerde
Hier te voren hebben ontbonden.
Lichte hi starf in sinen stonden
Sonder kint, ende onse Graven
Worden Heren van sijnre haven.

Et tamen multi sic volunt, ut testatur etiam Heda in *Hunger. episcop. p.* 58. Nugatur multum, ut solet, Io. a Leidis *lib. 6. hist. cap. 6.* qui ait filium Sigisberti, filii Naufredi, filii Engelrini, filii Theodorici, filii Lotharii, filii Theodorici, Ducis Aquitaniæ, filii Chilperici, regis Franciæ, & perconsequens de prosapia etiam veterum Trojanorum. Quod Francus crediderim. Nam hi potissimum territoriis, provinciis præfecti. Auctor Chronici Rhythmici:

VVie anders dese Diederic was,
Dan dese letteren doen verstaen,
Dat hi geboren was sonder waen
In manieren ende in ghelike
Van geslacht van Vrankerike.

Sed nec id tamen constat. Id constat, ut puto, quod primus Comes, ut putant, Theodericus non fuit. Nec dubito siquis roget, cur vulgo is tamen primus, & cur quod primus jam tamdiu & tam constanter receptum, quin accepto id ferendum monachorum commentis. Ut primus etiam refertur in charta Theoderici, qui IV. ejus nominis, apud Miræ. *Cod. piar. don. cap.* 62. Sed & admodum de ea dubito, an non tota hæc prodierit, ab eo hominum genere cusa & conficta, ex officina Egmondensi. Cætera enim ut omittam, quid hoc est, quod ibi dicitur? *Quapropter notum sit omnibus, tam præsentibus quam futuris Christi fidelibus, quod Stephanus bona memoria Abbas Egmondensis ecclesiæ, quasdam auctoritates donationum detulit mansuetudini nostræ, qualiter piissimi Comites antecessores nostri ex propriis*

priis possessionibus, & a Regibus jure hereditario susceptis, eandem ecclesiam Dei construxerunt, ditaverunt, & honoraverunt. Theodericus, frater Walgeri, cum legitima conjuge sua Gena, inprimis ligneam construxit ibi ecclesiam, instituens sanctimonialium vitam, & offerens Deo in eundem locum in Frando mansos IX. in Alcmere duos mansos, in Callinge medietatem totius possessionis.

Atqui Carolus Simplex ecclesiam hanc, cujus mentio hic, & quæ ad eam pertinentia, ut supra habet diploma, Theoderico dedit dono. An rem propriam ergo ei dedit? An dedit, quod ipsius jam? An ecclesiam suo sumptu & in suo extructam jam? An quæ huic data a Theoderico Carolus Simplex cum eadem eidem rursum concessit? Παίδων hæc ἀθύρματα, & vere ἀδρανέοντες ὄνειροι, somnia tenuia. Sed audacissimi olim monachi, & mirum quantum indulserint figmentis & somniis. Etiam in Chronicis. Apud Hellum vicum Tribonorum in Alsatia antiquissimum, Maternum Petri discipulum, qui primus, ut ajunt, Tribonis Christum annunciavit, extinctum febri & sepultum, seu illatum potius conditorio ajunt, quod etiamnum ostenditur, sed a Valerio & Euchario profectis eam ob rem Romam, & D. Petro re indicata, baculo Petri, quo reversi tangebant mensem jam mortuum, vitæ iterum restitutum. Id monachus quum legisset, locum qui hodieque adhuc dicitur vulgo *El*, finxit dictum *Elegiam*, παρὰ τῶν ἐλέγων ἢ θρήνων, id est, ab elegis seu threnis ad funus seu tumulum defuncti ibi fusis. Alius vitam Beati scribens amachoretæ Helvetici vocatum finxit Suetonium, & ejus socium Achatem. Id Beat. Rhenanus narrans *lib. 3. rer. German. Adii*, inquit, *hominem, quæsiturus undenam id assereret, putabam enim hæc illum absque auctore non dicere. Sed audi prudentiam. Propterea, inquit, addidi Suetonium fuisse vocatum, quod legerim e Suedia prodiisse, & quia Æneæ Virgiliano fidus Achates semper adhæsit, ideo sodalem illius hoc nomine donavi, alioqui anonymum futurum.* Vide audaciam incredibilem & audaciam cum impudentia & inscitia conjunctam. Et mirabilis inscitia. Henricus II. cum Meinwercum episcopum pro requie animarum patris sui ac matris jussisset missam celebrare, & ille nactus missale, (sic refert qui ejus vitam scripsit) quod mendosum, ut scriptum repperit, pro *famulis* & *famulabus*, *mulis* & *mulabus* dixit. Insultans tum Imp. *Patri meo & matri*, inquit, *non mulis & mulabus meis missam volui celebrari.* Idem etiam evenit Suenoni præsuli Roschildensi. Rem divinam facturus, & codicem missalem nactus, qui inspersus literis pro *Deus regem famulum suum protegat*, legebat, *mulum suum protegat*, prima itidem syllaba in voce *famulum* extrita. Sic Saxo Grammaticus & ex eo Pontanus *hist. Gelr. lib. 5.*

Et id hominum tamen genus, quod mediæ ætatis Chronica, & historiam contexuit. Quod audacter finxit Francos Trojanorum propaginem.

Dese Gerolf die haer Grave hiet
Men vint van hem anders niet
Dan hem gaf te Vrankenvoerde
Coninc Aernout dat mine woerde
Hier te voren hebben ontbonden.
Lichte hi starf in sinen stonden
Sonder kint, ende onse Graven
Worden Heren van sijnre haven.

Et tamen multi sic volunt, ut testatur etiam Heda in *Hunger. episcop. p.* 58. Nugatur multum, ut solet, Io. a Leidis *lib. 6. hist. cap. 6.* qui ait filium Sigisberti, filii Naufredi, filii Engelrini, filii Theodorici, filii Lotharii, filii Theodorici, Ducis Aquitaniæ, filii Chilperici, regis Franciæ, & perconsequens de prosapia etiam veterum Trojanorum. Quod Francus crediderim. Nam hi potissimum territoriis, provinciis præfecti. Auctor Chronici Rhythmici:

VVie anders dese Diederic was,
Dan dese letteren doen verstaen,
Dat hi geboren was sonder waen
In manieren ende in ghelike
Van geslacht van Vrankerike.

Sed nec id tamen constat. Id constat, ut puto, quod primus Comes, ut putant, Theodericus non fuit. Nec dubito siquis roget, cur vulgo is tamen primus, & cur quod primus jam tamdiu & tam constanter receptum, quin accepto id ferendum monachorum commentis. Ut primus etiam refertur in charta Theoderici, qui IV. ejus nominis, apud Miræ. *Cod. piar. don. cap.* 62. Sed & admodum de ea dubito, an non tota hæc prodierit, ab eo hominum genere cusa & conficta, ex officina Egmondensi. Cætera enim ut omittam, quid hoc est, quod ibi dicitur? *Quapropter notum sit omnibus, tam præsentibus quam futuris Christi fidelibus, quod Stephanus bonæ memoriæ Abbas Egmondensis ecclesiæ, quasdam auctoritates donationum detulit mansuetudini nostræ, qualiter piissimi Comites antecessores nostri ex propriis*

priis possessionibus, & a Regibus jure hereditario susceptis, eandem ecclesiam Deo construxerunt, ditaverunt, & honoraverunt. Theodericus, frater Walgeri, cum legitima conjuge sua Gena, inprimis ligneam construxit ibi ecclesiam, instituens sanctimonialium vitam, & offerens Deo in eundem locum in Frando mansos IX. in Alcmere duos mansos, in Callinge medietatem totius possessionis.

Atqui Carolus Simplex ecclesiam hanc, cujus mentio hic, & quæ ad eam pertinentia, ut supra habet diploma, Theoderico dedit dono. An rem propriam ergo ei dedit? An dedit, quod ipsius jam? An ecclesiam suo sumptu & in suo extructam jam? An quæ huic data a Theoderico Carolus Simplex cum eadem eidem rursum concessit? *Παίδων* hæc *ἀθύρματα*, & vere *ἀδρανέοντες ὄνειροι*, somnia tenuia. Sed audacissimi olim monachi, & mirum quantum indulserint figmentis & somniis. Etiam in Chronicis. Apud Hellum vicum Tribonorum in Alsatia antiquissimum, Maternum Petri discipulum, qui primus, ut ajunt, Tribonis Christum annunciavit, extinctum febri & sepultum, seu illatum potius conditorio ajunt, quod etiamnum ostenditur, sed a Valerio & Euchario profectis eam ob rem Romam, & D. Petro re indicata, baculo Petri, quo reversi tangebant mensem jam mortuum, vitæ iterum restitutum. Id monachus quum legisset, locum qui hodieque adhuc dicitur vulgo *El*, finxit dictum *Elegiam*, *παρὰ τῶν ἐλέγων ἢ θρήνων*, id est, ab elegis seu threnis ad funus seu tumulum defuncti ibi fusis. Alius vitam Beati scribens amachoretæ Helvetici vocatum finxit Suetonium, & ejus socium Achatem. Id Beat. Rhenanus narrans *lib. 3. rer. German. Adii*, inquit, *hominem, quæsiturus undenam id assereret, putabam enim hæc illum absque auctore non dicere. Sed audi prudentiam. Propterea, inquit, addidi Suetonium fuisse vocatum, quod legerim e Suedia prodiisse, & quia Æneæ Virgiliano fidus Achates semper adhæsit, ideo sodalem illius hoc nomine donavi, alioqui anonymum futurum.* Vide audaciam incredibilem & audaciam cum impudentia & inscitia conjunctam. Et mirabilis inscitia. Henricus II. cum Meinwercum episcopum pro requie animarum patris sui ac matris jussisset missam celebrare, & ille nactus missale, (sic refert qui ejus vitam scripsit) quod mendosum, ut scriptum repperit, pro *famulis* & *famulabus*, *mulis* & *mulabus* dixit. Insultans tum Imp. *Patri meo & matri*, inquit, *non mulis & mulabus meis missam volui celebrari.* Idem etiam evenit Suenoni præsuli Roschildensi. Rem divinam facturus, & codicem missalem nactus, qui inspersus literis pro *Deus regem famulum suum protegat*, legebat, *mulum suum protegat*, prima itidem syllaba in voce *famulum* extrita. Sic Saxo Grammaticus & ex eo Pontanus *hist. Gelr. lib.* 5.

Et id hominum tamen genus, quod mediæ ætatis Chronica, & historiam contexuit. Quod audacter finxit Francos Trojanorum propaginem.

Insidiis circumvento eo, & una cum Nortmannis cæso in Batua, Caroli Crassi successor Arnulfus regno Lotharii præfecit filium Zuentibolchum. Annal. Metens. ad Ann. 895. Quis Frisiæ tum Dux, ut puto, parum constat. Raginarii tamen mentio, quem, quamvis fidissimum, Zuentibolch a se repulit. Annal. Metens. ad Ann. 896. Et forsan Frisiæ is etiam præfuit. Ut conjiciam id ansam præbent iidem Annales. Regno jussum excedere, cum gratia excidisset, *Ille*, addunt, *adjuncto sibi Odacro Comite, & quibusdam aliis, cum mulieribus & parvulis, & omni supellectili, in quendam tutissimum locum, qui Durfos dicitur, intravit, ibique se communivit.* Durfos id Dordracum Boxhornius putat *theatr. urb. Holl.* Idem putat Scriverius. Sed pro *Durfos* legit *Durtos*, etiam apud Reginonem, ubi eadem hæc occurrunt. Boxhorn. *ibid.* Videntur etiam evincere id verba hæc, quæ sequuntur: *Quod cum Rex cognovisset, coadunato exercitu, castrum expugnare conatus est. Sed minime prævaluit propter paludes, & multiplices refusiones, quas in prædicto loco Mosa fluvius facit.*

Et hæc occasio, qua Regnum id, quod hactenus Austrasiorum ex Ludovici pactione Ludovici Balbi filii cum filio Ludovici Germanici Ludovico Carolus Simplex invasit cum exercitu Niumagum usque & Aquisgranum progressus. Iidem Annal. *d. loc. Rege ab obsidione recedente præfati Comites Carolum adeunt, & eum cum exercitu in Regnum introducunt &c.* Sed non diu potitus. Resumpto enim animo Zuentibolch cum exercitu progressus ei obviam ad pacem coëgit. Ibid. *d. loc.* Sed nec Zuentibolch satis diu, quo potitus, obtinuit, ob sævitiam exosus. Otto Frisingens. 6. *Chron.* 14. *Anno ab incarnatione Domini* DCCCCI. *Ludovicus Arnolfi filius, in loco qui Forchaim dicitur, Rex creatur, ac a Principibus Lotharingiæ, eo quod Zuentebaldo offensi essent, in regnum Belgicæ invitatur. Quo comperto Zuentebaldus cum multa mala committeret, regnumque plurimum præda, cæde, & incendiis cruentaret, tandem a Stephano, Gerhardo, & Matfrido comitibus, bello publico necatur.*

Ludovico hoc regnante, & deinceps Conrado, qui defuncto successit, cum Austrasia arderet bellis, cum Normanni, cum Ungari flammis miscerent omnia, perturbato hoc rerum statu Lotharingiam seu Belgicam Carolus Simplex recepit. Et hinc nova illa pactio inter ipsum & Henricum qui Conrado successit. Otto Frisingensis 6. *Chron.* 18. *Dum Henricus* (Auceps scilicet) *cis Rhenum regnaret, & de Belgica cum Carolo disceptaret, ex voluntate amborum, ad hujus litis scrupulum decidendum, die in oppido Bunnæ constituta, Belgica Henrico cessit, ac Carolo Celtica tantum & Aquitania, parsque Lugdunensis &c.* Add. Gotfrid. Viterbiens. ad Ann. 936.

Jam pridem Frisiæ pars tertia Ludovico cesserat filio Ludovici Germanici, Neustrasiis adebita lioquin ex Caroli Calvi pactione cum Ludovico Ger-

Germanico. Cesserat Lotharingia, quæ & Belgicam complexa, & cesserat universa. Annales Francici Pithœani ad Ann. 880. *Rex Ludovicus in Galliam profectus filios Ludovici ad se venientes suscepit, totumque regnum Lotharii sua ditioni subjugavit.* Add. Reginon. & Annal. Metens. ad Ann. 879. Suorum Carolus virtute, ut scribit Paul. Æmylius *lib. 3. hist.* magno ex intervallo, & diu dein post recepit deinceps universam. Idem *eod. lib. Simplex ferox erat, quod Lotharingiam amissam tanto ex intervallo Francis recuperasset. Id sibi summa gloria ducebat, militeque Lotharingo succinctus erat.* Imperium nactus Ludovicus, qui Arnulfi fuit filius, Ann. DCCCCI. Regnavit annos XII. Otto Frisingens. 6. *Chron.* 14. *& seq.* Successit Conradus Ann. DCCCCXIII. Obiit Ann. DCCCCXX. Ott. Frisingens. *ibid. cap.* 6.

Nec vero jam dissentaneum, dum Lotharingia potitur Simplex, & simul Frisia, quæ ejus pars, donationem in Theodericum collatam, cujus memini, quo promptius tutam ab hostium & Normannorum incursionibus præstaret provinciam undequaque & securam. Traditur quidem Simplex Normannis fœderatus. Frodoard. ad Ann. DCCCCXXIII. *Auditoque Franci quod Karolus ad se venire Nortmannos mandasset.* & mox: *Interea Ragenoldus princeps Nortmannorum, qui in fluvio Ligeri versabantur, Karoli frequentibus missis jam pridem excitus.* Sed nec fœdus id diuturnum, nec Normanni ipsi inter se, ut jam dixi, concordes.

CAPUT XXX.

De Theoderico I. An filius Gerolfi. An primus Comes Hollandiæ. An primus, qui Francorum imperio se subduxit. Quid Francis debuerit. Quid virtuti, quid armis. Monachorum inscitia.

Gerolfus porro, cujus memini, procul dubio est is ipse, cui prædia aliquot confert Arnulfus Imp. qui Carolo Crasso successit, apud Miræum *Cod. piar. don. cap.* 24. Patrem Comitis Hollandiæ Theoderici I. & Walgarii, seu Walgeri, *ibid. in not.* ait. Walgerus frater Theoderici *ibid.* apud Miræum *Cod. piar. don. cap.* 62. Uterque an filius Gerolfi non adeo id adhuc liquet. Auctor Chronici rhythmici in Theoderic. I.

Q Desc

priis possessionibus, & a Regibus jure hereditario susceptis, eandem ecclesiam Dei construxerunt, ditaverunt, & honoraverunt. Theodericus, frater Walgeri, cum legitima conjuge sua Gena, inprimis ligneam construxit ibi ecclesiam, instituens sanctimonialium vitam, & offerens Deo in eundem locum in Frando mansos IX, in Alcmere duos mansos, in Callinge medietatem totius possessionis.

Atqui Carolus Simplex ecclesiam hanc, cujus mentio hic, & quæ ad eam pertinentia, ut supra habet diploma, Theoderico dedit dono. An rem propriam ergo ei dedit? An dedit, quod ipsius jam? An ecclesiam suo sumptu & in suo extructam jam? An quæ huic data a Theoderico Carolus Simplex cum eadem eidem rursum concessit? Παίδων hæc ἀθύρματα, & vere ἀδρανέοντες ὄνειροι, somnia tenuia. Sed audacissimi olim monachi, & mirum quantum indulserint figmentis & somniis. Etiam in Chronicis. Apud Hellum vicum Tribonorum in Alsatia antiquissimum, Maternum Petri discipulum, qui primus, ut ajunt, Tribonis Christum annunciavit, extinctum febri & sepultum, seu illatum potius conditorio ajunt, quod etiamnum ostenditur, sed a Valerio & Euchario profectis eam ob rem Romam, & D. Petro re indicata, baculo Petri, quo reversi tangebant mensem jam mortuum, vitæ iterum restitutum. Id monachus quum legisset, locum qui hodieque adhuc dicitur vulgo *El*, finxit dictum *Elegiam*, παρὰ τῶν ἐλέγων ἢ θρήνων, id est, ab elegis seu threnis ad funus seu tumulum defuncti ibi fusis. Alius vitam Beati scribens amachoretæ Helvetici vocatum finxit Suetonium, & ejus socium Achatem. Id Beat. Rhenanus narrans *lib. 3. rer. German. Adii*, inquit, *hominem, quæsiturus undenam id assereret, putabam enim hæc illum absque auctore non dicere. Sed audi prudentiam. Propterea, inquit, addidi Suetonium fuisse vocatum, quod legerim e Suedia prodiisse, & quia Ænea Virgiliano fidus Achates semper adhæsit, ideo sodalem illius hoc nomine donavi, alioqui anonymum futurum.* Vide audaciam incredibilem & audaciam cum impudentia & inscitia conjunctam. Et mirabilis inscitia. Henricus II. cum Meinwercum episcopum pro requie animarum patris sui ac matris jussisset missam celebrare, & ille nactus missale, (sic refert qui ejus vitam scripsit) quod mendosum, ut scriptum repperit, pro *famulis* & *famulabus*, *mulis* & *mulabus* dixit. Insultans tum Imp. *Patri meo & matri*, inquit, *non mulis & mulabus meis missam volui celebrari.* Idem etiam evenit Suenoni præsuli Roschildensi. Rem divinam facturus, & codicem missalem nactus, qui inspersus literis pro *Deus regem famulum suum protegat*, legebat, *mulum suum protegat*, prima itidem syllaba in voce *famulum* extrita. Sic Saxo Grammaticus & ex eo Pontanus *hist. Gelr. lib.* 5.

Et id hominum tamen genus, quod mediæ ætatis Chronica, & historiam contexuit. Quod audacter finxit Francos Trojanorum propaginem.

Quod a *Bruto* Trojano denominatam Britanniam, a *Brabone* Brabantiam, Lovanium a *Lupo* Scotorum regulo seu dynasta, a *Lem* quodam Harlemum. Et quod eodem *Lem* natum finxit Arindalium regem Frisiæ, regem auribus asininis, a quo & castrum prope Voerburch extructum miræ magnitudinis. Quod Falconem eodem genitum, castri Valckenburch juxta Rhenum prope Leydam conditorem. Et ut tandem commentorum & fabularum affatim sit, de eodem Arindalio Io. a Leidis *lib.* 1. *cap.* 12. *Hic habuit aures longas adinstar asini, & ideo cognominatus est Rex Ezelóer. Is etiam in diebus suis magnus valde extitit & potens, duxitque uxorem de gigantum genere, ex qua plures proles procreavit, & unam filiam, quæ postea fuit effecta regina Frisonum. Itaque supradictus Arindalius nondum erat Rex Frisiæ, sed Rex Hollandiæ.* & mox: *Unde qui habitabant in Wiltenborch, dicebantur Reges de Wiltenborch, & qui in Frisia dicebantur Reges de Frisia. Qui vero in Hollandia habitabant, dicebantur Reges Hollandiæ.* Euge, σοφῶς, belle, nemo melius! An mirum hinc, quod ei, a quo præclara tot bellaria, primus Comes Theodericus, & primus Comes Hollandiæ? Quod ab eo & similibus ei propagata hæc opinio? Et quidni propagata? An non maximam partem vernacula nostra Chronica, inprimis magnum id, quod circumfertur, desumpta hinc & descripta?

Non primus Theodericus. Et apte eum plures. Certe & olim Gerolfi, quod Theoderici postea. Quoddam saltem, si non omne. Sic in charta, quam dixi *Dedimus namque ei inter Rhenum in Suithardes-Hage, in Comitatu ipsius, in locis Northa & Ospretashem, nominatis, silvam unam & terram &c.* Comes Theodericus, sed, ut moris apud Francos, certi tantum territorii. Nec factus demum Comes vi diplomatis, quod memini. Auxit tantum id potestatem, dato etiam Comitatu, quem in heredes transmitteret. Alioquin idem ei jus, quod & ceteris apud Francos, cum vita extinguendum. Sed Theodericus virtute animi & insigni fortitudine & strenue gessit se adversus hostes, & Comitatum, quem nactus, multum paulatim auxit. Imo & Francis distractis partim bellis civilibus, partim barbarorum universam fere Europam hostiliter invadentium latrociniis perpetuis Comitatum non tantum auxit, sed Francorum imperio etiam sensim subduxit se. Francis debuit id, quod charta supra expressum, ecclesiam scilicet Hecmunde, & quæ ad eam pertinebant, a loco, qui dicitur Zuythardeshaghe usque ad Fortrapa & Kinnem &c. Virtuti reliqua. Nec id insolens. Sic sæpe apud Francos, Comites primum oppidis & singulis dati territoriis, dein aucta potestate cum ob strenue rem gestam partim prædiis donarentur & amplissimis terrarum spatiis, partim inter fragores bellorum civilium, inter arma & tumultus negligerentur perpetuos, potestatem, quam acceperant transmiserunt in liberos. Vid. Conring. *de Ducib. & Comitib. th.* 17.

In

In ipsa etiam Gallia, cujus incolæ olim Cobiæ tam perturbato rerum statu cum grassarentur Normanni, & negligentius rem agerent a Caroli Calvi temporibus, qui præerant rerum summæ, inter rapinam, inter flammas & sanguinem multi Regum imperio sensim subduxerunt se. Fulcoin. de gest. Abbat. Lobiens. apud d'Achery *to.* 6. *Spicil. cap.* 19. *Pars una Hilduinum ejusdem ecclesiæ Clericum sibi poscebat episcopum, favente sibi ad hoc Gilleberto Clotharidnsium Duce, qui flocci pendens Regium majestatem, regni sibi usurpaverat summam.* De Philippo Galliarum rege, qui successit Anno MLX. Aimoini Continuator 5. *hist.* 48. *Rex autem videns dominium suum, per insolentiam prædecessorum suorum esse diminutum, & fere adnihilatum, cupiensque illud reaugere, a quodam milite Harpino nomine emit Bituricas pretio sexaginta millium solidorum.* Item: *Postea vero motum est bellum inter Gausfridum barbatum Andegavensium comitem, & fratrem ejus Fulconem Rechin comitem Wastinensium. Conquerens siquidem prædictus Fulco de fratre suo quod ei parvam terræ portionem dedisset, regem adiit, & fideliter compromisit, quod totum Wastinense ei relinqueret, si de bello sibi non noceret, Rex autem &c.* & mox: *Qua peracta expeditione, Wastinense, sicut promiserat, regi werpivit. Rex autem juravit se servaturum consuetudines terræ illius. Aliter enim nolebant milites ei facere hominia.* Vid. Odon. de vit. S. Geraldi *lib.* 1. *cap.* 32. *&* 35. Alteserr. *lib.* 8. *rer. Aquit. cap.* 10.

Caput XXXI.

Veterum, qui res Hollandicas scripserunt, penuria. De Joanne de Beka. De Chronico rhythmico. De monacho Egmondano. Comes Theodericus, sed non Comes Hollandiæ. Hollandia omnis ab initio an in Comitum potestate. Probatur, quod non omnis. Et ne Australis quidem omnis. Sensim omnis redacta sub imperium unius. Sero admodum Borealis. Titulus Comitis Hollandiæ quando demum auditus. Walachria an Theoderico data a Ludovico Germanico. Diploma excutitur. Forestum. t'Foreest Wasda. Dordracum feudum. Lotharingia.

Ergo hoc est, quod dico, Theodericus quidem Comes, sed quod Comes Hollandiæ, & quod in ordine etiam primus, id dictu dif-

ficile est. Quis veterum id dixit? Quis aut pinxit, aut scripsit? Mera hæc traditio est, & quæ nullo nititur fundamento. Nam quod ad prisca illa tempora nostratium nemo est, qui hæc attigit. Densissimis tenebris post attritos Romanos fatetur Grotius involuta hæc *de antiq. reip. Batav. cap.* I. Vix vetustior eo quisquam, qui vernaculum scripsit Chronicon, quod dicitur vulgo rhythmicum. Joannes etiam de Beka est, Canonicus Trajectinus, quem Joan. a Leidis in Chronico passim sequitur, & ad verbum sæpe exscribit. Sed uterque aliquot seculis post Theodericum vixit. Beka Chronicon pertexuit non ad Ann. MCCXLVI. ut est apud Vossium *de historic. Latin.* (error hic manifestus) sed ad Ann. 1393. ut patet in *fin.* Et dedicatio argumento est. Facta hæc Iohanni episcopo Trajectensi, qui haud dubie est Iohannes V. & Wilhelmo Duci Palatino, & Principi, ut ait, Hollandensis Provinciæ, qui similiter, ni fallor, ejus nominis est V. Auctor Chronici vernaculi forsan paulo antiquior est, scribendo ultra tempora Wilhelmi Tertii non progressus. Eodem seculo tamen vixit. Et idem etiam ut ceteri contra fidem historiarum, contra fidem diplomatis Theoderico Hollandiam a Carolo Calvo dicit datam. Sic in pr.

Karel die Kaluwe sekerlike,
Die Coninc was in Vrankerike,
En van Vrieslant had een deel,
Begonste te stichten al gebeel
Hollant wt sinen Coninerike
VVant hi gaf enen Dederike
Dese lande die wi altesamen
Nomen sullen in oude namen
Daer die bantveste dus af Zeget
Die-Tegmonde lach of leget. &c.

Satis hæc confutata jam. Scribit quidem Beka sua se hausisse ex diversis historiis, ex Annalibus, ex Chronicis, ex archivis Egmondensibus. Nullius meminit tamen, quod mireris, Auctoris certi & fide digni. Et quod ad ea, quæ deprompta ex monasterio Egmondensi, quanti hæc satis dixi jam. Monachorum audaciam & fingendi protervìam, quis, quæso, est, qui ignorat? Exemplum adhuc infra est. Quod autem ad diploma, quo continetur donatio, nec meminit id Hollandiæ, nec Caroli Calvi in specie. Et notabile est, quod Auctor rhythmicus sententiam ejus hanc ait:

Inder

Inder drievoudicheden name
Karel, want Gode is bequame,
Die Coninc is van Vrankerike,
Billic isset sekerlike,
Der Hoecheyt van der Coninclike krone
Te eerne met milden lone
Die ons vrient syn ende getrouwe,
Des willen wi datmen dit bescouwe,
Ende het kenlic si jonck ende ouden,
Die hem an die kerke houden,
Die nu sijn ende sullen sijn mede
Die t'onser tegenwoordicheide
Die eerlike grave Hagen bat
Onser goedertierenheyt dat,
Dat wi gaven Dederike,
Onsen getrouwen sekerlike
Sommige dingen aldaer ter stonde,
Dats die kerke van Egmonde,
Met datter van rechte toehoert,
Dats van Zuuthaerders hage
Toe Koertrappen ende Kinnem voert &c.

Quæso jam, si attendas, an Hollandiæ hic descriptio? Et si Hollandiæ hic descriptio, an hæc hujus ecclesiæ? Frivola hæc & inepta: Sed accepta tamen passim ob scriptorum penuriam. Nam, quod merito quis miretur, qui scripsit seculo undecimo aut duodecimo nostratium res, quod sciam, nemo ad manum est. Unus monachus Egmondanus est, qui Chronicon pertexuit ad Ann. MCCV. quo videtur vixisse etiam, nisi fallunt me verba, quæ occurrunt in fine: *Ecce longam gestorum seriem qualicunque stylo exaravimus. Alia præter hæc si forte supervenerint, quæ ad præsens negotium spectent alterius executioni committimus.* Primus edidit Andreas Schottus. Dein una cum aliis Franciscus Sweertius Antverpianus. Sed & is fere, ut cæteri, [illegible] ait, *Carolus Rex Francorum, qui dictus est Calvus, filius Ludovici Pii, contulit Theodorico primo Comiti Egmondam cum pratis, silvis, & aliis omnibus, quæ*

inter

inter Suichardes Hagen, & *Fortisspat*, & [illegible] *possident*. Nec rerum hic nec temporum, ut videtur, curiosus. Ne loca quidem exprimit, ut in charta expressa. *Gerolsum* item, de quo supra *Tocrolstum* vocat ad Ann. DCCCLXXXIV.

Et hinc tanta est caligo. Facem exteri interdum praeferunt. Et ex his utique id satis constat, quod multi ante Theodericum, Comites, sed non Hollandiae. Hollandia adhuc nondum nota. Nec Theoderici adhuc tempore. Comes Theodericus, sed non Comes Hollandiae. Certi tractus tantum in Hollandia, ut & plures, qui ante eum. Et nec, qui eum secuti, aut titulo Comitis Hollandiae usi, aut provinciam universam cum imperio obtinuere. Primus Comitem Hollandensium scripsit se Theodericus, qui V. ejus nominis, ut & supra jam dixi. In Hollandiae tractu, ut in aliis, multi olim Comitatus. Ab initio nec omnis, & nec Australis quidem omnis in Comitum potestate. Nec ager Dordracenus quidem. Pars episcopi Trajectini. *Kort Vertoog van den Ouden staat der Rechtsplegingen p. 14.* Pars Coloniensis & aliorum. Obtinebat Comes participium tantum monarchiae Frisiorum, ut Baldericus Noviomensis ait, scriptor Belga antiquissimus (nam vixit seculo XI) 3. *Chron. Camerac. cap.* 19. *Erat*, inquit, *etiam locus quidam, silvis ac paludibus inhabitabilis, qui ab incolis Merweda nomen accepit, ubi videlicet Mosa & Wal fluvius de Rheno affluens pariter corrivantur. Nullusque ibi, praeter venatores ac piscatores, habitare antea consueverat, eratque episcoporum Treviriensis videlicet ac Coloniensis, sed & aliquot Abbatum in piscatione & venatione communis possessio. Hic nimirum Theodericus* (Tertius ejus nominis) *Arnulfi Gandensis filius, qui participium monarchiae Frisonum tenebat (quia Frisones pro morte patris, quem interfecerant, suspectos habebat) secesserat, factoque quodam municipio, alienus invasor, ipsam terram praesumpserat possidere, sed & negotiatores inibi navigantes gravissimo censu constringere &c.* Hactenus Baldericus. Ex quo & possis suspicari, num quae Dordraci origo; nam haud dubie haec a Thuringis, sed quod [illegible] incertum. De eodem Ditmarus *lib. VII. Chron.* *Thiedricus ille infra dictum praedicti antistitis* (Adelboldi) *satelles fuit. Hic in quadam silva Mirvidu vocata magnum habuit praedium, quod sibi ac ejusdem parte injuste ablatum esse cuncti comprovinciales Caesari in Neumagum queruntur. Unde cum consilio optimatum Imperator episcopo Trajectensi hac loca praecepit incendi, & conclamantibus reddi.* Diu dein quaestio de Dordraco & territorio ejus. Cum duce Brabantiae etiam, seu, si mavis, Lotharingiae. Nec sopiri prius potuit, quam Comes bello captus facta transactione & urbem & territorium in feudum acciperet. Charta apud Boxhorn: *Chron. Zel. part. I. p.* 75.

In den Naem van de heylighe ende onverdeylde Drievuldicheyt &c. Kennelyck sy een yder, die dese Brieven sien sullen, dat daer verschil is geweest, al

van

van over lange tyden, tusschen Henrich Hertoch van Lothringen, ende sijne voorsaten; ende Dirck Grave van Hollant, ende sijne voorsaten, van wegen het lant, geleghen tusschen de Mase, ende de Schelde; welcke twist op dese middelen, door raedt van goede mannen, aen weder zijden ter neer geleyt is.

De Graef heeft overgedragen in handen van den Hertoch, de Stadt van Dordrecht, aen beyde de zijden van het water, Dordrechts waerde, Hereswaerde, Dussen, ende het geheele landt tusschen Stryen ende Waelwijk, tot het lant toe van den Hertoch. Doch dit voorseyde lant heeft den Grave gekregen in leene van den Hertoch, ende is sijn leenman geworden, ende heeft gesworen, dat hy, van dat voorschreven lant wegen, in eygener persoon den voorseyden Hertoch, als een Leenman sijnen Heer schuldich is, dienen sal tegens een ygelick, uyt genomen het Rijck.

Ende Dordrecht, Dordrechtswaerde, Hereswaerde, ende Dussen voorschreven, zyn den Hertoch ende sijne erven gegeven in recompense, voor dat lant naer Zeelant toe streckende, op het welke den Hertoch ende sijne voorsaten altyt recht gepretendeert hebben, tegens den Grave, ende sijne voorsaten. Ende hier mede sijn ende blyven doot alle twisten, actien, ende verschillen, die sy hier over tegens malkanderen gehadt hebben &c.

Dese Brieven sijn gegeven op het jaer 1203. in November. &c.

Sed deinceps remissum id, & Comiti plenum jus in territorio concessum Ann. 1280. a Joanne Brabantiæ Duce. Verum eo defuncto filius ejus iterum movit Comiti controversiam, bello etiam illato. Vid. Boxhorn. *d. loc. p.* 76. Sensim demum, quicquid sit, Hollandia omnis redacta est sub imperium unius. Sero admodum Borealis. Seculo duodecimo, imo & sequenti, ad Aelmariam usque adhuc libera. Vid. Buchel ad Bek. *in not. in Godefrid. episcop. lit. f. & in Wilhelm. episc. lit. d.* Gorcomium adhuc serius, & ditio universa Dominorum de Arkel. Nec, ut constat, ante Ann. 1412. Boxhorn. *Chron. Zel. part.* 2. *p* 281. Zelandia etiam accessit sensim. Plures etiam in hac Comites. Etiam ante Theodericum. Annal. Fuldens. ad Ann. 836. *Normanni tributum exactantes in Walchram insulam venerunt, ibique Eggihardum ejusdem loci Comitem, & Hemmingum Halpdani filium cum aliis multis xv. Kalen. Jul. occiderunt.* Boxhorn. *Chron. Zel. part.* 2. *p.* 5.

Walachriam idem putat Hollandiæ Comiti primum datam a Ludovico rege Ann. DCCCLXVIII. *ibid. p. seq.* charta ad id adducta, quæ ita se habet:

Lodewijck door Godts gehengenisse, Coninck. Kenlijck sy allen gelovigen, die nu sijn, ofte naermals sullen wesen, hoe dat onse bemínde gesellinne Hemma, de Coninginne, onse Hoocheyts tegenwoordicheyt ootmoedelijck gebeden heeft, dat wy onse getrouwen Graef Diderick in 't geheele met onse Brieven

 wil-

willden geven het Foreest Wasda, int selve Graefschap gelegen, met de landen, die men weyden ende ploegen mach, met den wateren, die daer inwaert ende uytwaert loopen, ende met alle wat tot den Foreest behoert. Tot wiens bede, gelijckerwijs dit betaemde, wy seer genegen sijnde, geven dat voorseyde Foreest de voorgedachte Graef met alle sijn toebehoren &c. Ghegheven int jaer ons Heeren 868. *op den* 13 *dach van April.*

Sed non pauca quæ obstant hic, & quæ chartam suspectam reddunt. Et primo quidem quid hoc est, *int selve Graefschap gelegen?* Ubi mentio hic Comitatus? Et ubi quæso præcessit hic? Ad Hollandiam si referas, nulla adhuc Hollandia, nec quisquam adhuc ejus Comes.

Secundo, qui verisimile largitum Ludovicum, quod nondum ipsius? Walachria pars Frisiæ. Lotharii autem Frisia, Lotharii scilicet Junioris, cujus patruus Ludovicus. Liquido id satis docet divisio regni Lotharii in Caroli Calvi Capitulis *tit.* 43. facta inter patruos Carolum & Ludovicum Ann. DCCCLXX. Diploma id autem datum Ann. DCCCLXVIII. quo Lotharius adhuc vixit. Falsum ergo aperte. Annal. Metenses: *Anno Dominicæ incarnationis* DCCCLXIX. *Lotharius Romam profectus est. Quo cum pervenisset &c.* & mox: *Porro Lotharius Roma egressus morbo corripitur, & Placentia civitate perveniens diem clausit extremum* VI. *Idus Augusti.* Et quid ergo illud est, *onsen getrouwen Graef Diderick?* Si Comes, si fidelis, si respectu Hollandiæ, fidelis Lotharii. In Lotharii potestate, non in Ludovici.

Tertio, ubi quæso apud veteres Walachria dicitur *Wasda*, item *t'Foreest Wasda? Foreest* sylva, seu nemus. Charta apud Buchel. *in not. ad Hed. p.* 140. *Duos quoque mansos cum quinque mancipiis, sylvam quam etiam foreest vulgo nuncupant.* Charta S. Sigeberti, quam Bollandus & Henschenius habent in Analectis ad ejus vitam *tom.* I. *Febr. §.* 19. *In foreste nostra, nuncupata Arduenna, in locis vastæ solitudinis, in quibus caterva bestiarum germinat.* Caroli Magni charta apud Miræum *Cod. piar. don. cap.* 12. *Quoddam nemus vel forestum inter hæc loca situm &c.* An Walachria olim sylva? Et an unquam sic solent veteres, ut insulas vocent sylvas? Scriverius, Dousa, alii, & Boxhorn. *ibid. Wasam* putant denotari, *'tLant van Waes*, ut jam dicitur. Sed nec hæc tum Ludovici. Lotharingiæ enim pars.

Cæterum nihil certius, quam quod ut tractu demum temporis redacta est Hollandia sub imperium unius, sic & tractu quodam temporis & per partes Zelandia, de qua acris semper inter Flandros & Hollandos contentio, fœdere partim, partim armis, Flandris prorsus tandem pulsis, ad Comitis Hollandiæ imperium accessit. Vid. Boxhorn. *ejusd. Chron. part.* 2. *cap.* 3. 5. 7. *& cap.* 11.

CAPUT

Caput XXXII.

Hollandia an pars imperii. An & quo sensu Comes Princeps imperii. An penes eum Regalia. Potestas ejus quæ, & Quemadmodum sensim creverit. Edicta Impp. an ab invito admissa. Obstrictus populo juramento, & populus vicissim ipsi. Formula juramenti.

Receptam Lotharingiam Ludovico Arnulfi filio & Conrado regnantibus Carolus Simplex non diu belli & armorum securus obtinuit. Admoto ad imperium Henrico Aucupi restituta. Otto Frisingens. 6. *Chron.* 18. *Dum Henricus cis Rhenum regnaret, & de Belgica cum Carolo disceptaret, ex voluntate amborum, ad hujus litis scrupulum decidendum, die in oppido Bunna constituta, Belgica Henrico cessit, ac Carolo Celtica tantum & Aquitania, parsque Lugdunensis &c.* Idem *cap. seq.* de Ottone ejus filio: *Rex vero rursum Belgicam ingreditur, totamque in deditionem accepit, & ex hinc provincia illa a Regibus Teutonicorum absque contradictione possidetur.* Sigebert. ad Ann. 980. *Otto Imperator & Lotharius Rex convenientes super Charum fluvium pacificantur, datis invicem sacramentis, & Rex Lotharius Lotharingiam abjurat.* Add. Frodoard. ad Ann. 922. Wilhelm. Nangi. ad Ann. 977. *& seqq.* Fragment. Francic. hist. apud du Chesne *to.* 3. *hist. p.* 349. Willelm. Gemmeticens. 4. *hist.* 10. Dudon. *de morib. & act. Normann. apud And. du Chesne p.* 126. *& seq. & p.* 130. Conring. *de finib. imp. lib.* 1. *cap.* 6.

Hollandia dixi pars Frisiæ. Frisia autem Lotharingiæ. Lotharingia ergo restituta, restituta & Hollandia, seu tractus is, qui jam dicitur sic. Credita hinc pars Imperii. Et hinc hi, ad quos pertinuit deinceps regnum Austrasiæ, Impp. Germanici, non semel tentarunt, ut ad se pertinentem, eam armis occupare, & redigere in potestatem. Verum frustra & nequicquam. Francis distractis, & invicem contendentibus Neustrasiis & Austrasiis, cum passim proceres aspirarent ad libertatem, ad opes, cum Regum imperio ob eorum ignaviam in occasiones intenti certatim subducerent se, Theodericus etiam dum imperium paulatim profert & Comitatum, idem fecit, quod alii. Vid. Altesferr. *de Ducib. & Comitib. lib.* 1. *cap.* 5. Nec jugum semel excussum, ut deinceps reciperet, ab eo quisquam obtinuit. In Gallia quidem proceres, qui, dum deficerent Carolovingi, ad nimiam aspirantes & formidandam potentiam Regno graves intumuerant, cum Regum tertia stirps invalesceret, redire ad officium tandem, ad nutum rursum Principis omnino compositi. Alte-

ſerr. *de Ducib. & Comitib. lib.* 3. *cap.* 19. Sed Comes Theodericus ſemel nactus imperium, quod in heredes tranſmitteret, & a Francis neglectus, fines paulatim protulit, ſubjectus nulli, niſi Deo. Et ſucceſſores ſimiliter. Regum inſtar & ipſi, & penes eos Regalia, ut penes Principes ſummos, & quod inter Regalia, jus indicendi tributi quatuor vulgatis caſibus, pro redemptione captivi, pro tranſmarina expeditione, pro filii militia, ſeu equeſtri dignitate, pro dote filiæ primogenitæ. Matth. Paris ad Ann. 1244. *Conceſſerunt domino Regi ad maritandam filiam ſuam primogenitam de omnibus, qui tenent de Domino rege, in capita, de ſingulis ſcutis viginti ſolidos ſolvendos.* Matth. Weſtmonaſterienſ. ad Ann. 306. *Cinxit Rex filium ſuum baltheo militari &c. Pro hac autem militia filii Regis conceſſus eſt Regi trigeſimus denarius a populo & clero: mercatores vero viceſimum conceſſerunt.* Florentii Pinguis diploma Ann. 1197. apud Boxhorn. *theatr. urb. Holl. p.* 120. *Præterea cum gladio militiæ accincti fuerimus, vel uxorem duxerimus, decem libras Hollandicas dabunt. Inſuper cum frater noſter, aut filius accingi decreverunt gladio militari, aut ſoror noſtra, aut filia, aut filius matrimonium contraxerint conjugale, unicuique eorum ſex libras Hollandiæ miniſtrabunt.* Florentii V. apud eund. *ibid. p.* 187. *Si ego filiusve meus vel frater gladio militiæ adjuti ſiamus, ſi ego filiusve meus vel frater uxorem duxerimus, ſi filiam meam vel ſororem meam matrimonio copulaverimus, in quovis articulo x. libras Hollandicas tribuent.*

Nec grave id admodum plebi. Clientum erga patronos obſequium olim idem. Dionyſ. Alexandr. *lib.* 2. *antiq. Rom.* τῶν δὲ πελάτας ἔδει τοῖς ἑαυτῶν προστάταις θυγατέρας τε συνεκδίδοσθαι γαμουμένας, εἰ σπανίζοιεν οἱ πατέρες χρημάτων, καὶ λύτρα καταβάλλειν πολεμίοις εἴ τις αὐτῶν καὶ παίδων αἰχμάλωτος γένοιτο. *Clientum erat patronos in elocandis filiabus juvare, ſi pecunia parentes deficeret, ſi vel ipſi eorumve filii capti eſſent, pretium redemptionis hoſti ſolvere.*

Moderatum imperium. Propenſi ipſi in plebem. Viciſſim plebs in ipſos. Idem velle atque idem nolle, & nihil aliud in votis. Obſtricti invicem juramentis. Populus Principi, & Princeps populo. Magnum Chron. Belgic. de Alberto: *Fidelitatem cunctis incolis juravit, & homagium de ſuis vaſallis accepit.* Jo. de Beka de Margareta Comitiſſa p. 119. *His itaque geſtis eadem Imperatrix apparatu pulcherrimo &c. fidelitatem cunctis incolis juravit, homagium de ſuis vaſallis accepit.* Extant adhuc formulæ. Et extat formula adhuc qua obſtrictus Philippus Hiſpaniarum rex, apud Boxhorn. *Chron. Zeland. part.* 2. *p.* 498. Extat etiam quod Carolus Audax præſtitit, & id tale eſt: *Juramus tamquam Comes Hollandiæ, Zelandiæ, & Dominus Friſiæ, nos Sanctam eccleſiam propugnaturos, jura & immunitates ejus obſervaturos, viduas & pupillos tutaturos, &*

ratione

ratione omni id operam daturos, ut jura & privilegia Ordini Equestri, civitatibus, totique adeo Hollandiæ olim concessa & donata a majoribus nostris Comitibus & Comitissis Hollandiæ, Zelandiæ, & Dominis Frisiæ, felicis memoriæ, conserventur, confirmentur, & rata habeantur pro nobis & successoribus nostris: ac promittimus hoc nostro juramento, nos potius illa augmentaturos, quam diminuturos, & præfatas Regiones nostras in jure & justitia conservaturos, & facturos, ut conserventur, Atque adeo nos præfato Ordini Equestri, civitatibus ac subditis omnia ea præstituros, quæ bonus Dominus ac Princeps debet. ITA NOS DEUS ET OMNES SANCTI ADJUVENT.

Vinculum arctius id & validius, quam ut posset dissolvi. Ejectus Philippus, cum id primus fregisset, cum tyrannidem cogitasset. Olim fulcro hoc & munimento libertas tuta & invicta. Nec quicquam contra id profecit machinatio Imperatorum, qui Austrasiam obtinebant. Conatus eorum semper fortiter vi & armis depulsi. Aquis etiam prohibiti, ne destinata, prout vellent, ad effectum perducerent. Hermann. Contract. ad Ann. 1046. *Rex Paschale festum apud Trajectum Fresiæ urbem egit, & subsequutis diebus navali expeditione in Phladirtingam fretum trajiciens, pagum quendam, quem Theodericus Marchio sibi usurpaverat, ab eo eripuit: unde idem postea rebellionis causam sumpsit.* Idem ad Ann. 1047. *Gotefridus Dux, cum Balduino de Flandria & aliis nonnullis rebellionem innovasse, bellumque copiis collectis paravisse, Theodericus quoque de Phladirtinga Marchio rebellavisse, & episcopatus sibi contiguos ad injuriam Imperatoris populatus esse nunciatur.* & mox: *Imperator expeditione in Phladirtingam trajecta, aquosis impedientibus locis parum proficere potuit, & revertens, adversariis marino cursu levibus scaphis latrocinantium more sequentibus, & extremos quosque incursando cædentibus, non modicam in exercitu cladem pertulit.*

Ad Ann. 1049. *Interea glaciali hyeme suppeditante, nonnulli de partibus maritimis milites & Principes, cum Leodiensi episcopo, Trajectensi, & Metensi, congregati Theoderico in Phladirtinga insidias tendunt, commissaque pugna victum occidunt, & provinciam illam Imperatori subjiciunt.* Marchio idem quod Comes. Vid. *supr. cap.* 16. Marchio etiam haud dubie, quod ad fines Imperii: Hollandia enim ad Oceanum, atque ita Imperii velut limes aut marca. Quod autem, *subjiciunt*, ait, non verum id usque quaque. Forsan quædam subjecta. Sed & hæc quæ subjecta etiam deinceps recepta. Abbas Urspergensis ad Ann. 1124. *Non multo post Imperator H. movit expeditionem contra eos, qui sibi in regione Hollant contrarii existebant. Hisque licet tarde subactis, ad superiores se partes contulit.* Idem paulo ante: *Cœpit etiam tunc germinare discordiæ illius seminarium. quæ sequenti æstate maximo illius regionis damno, quæ vulgo Hollant vocatur, morose & laboriose, & vix*

tandem ipso Imperatore copiosum illo exercitum ducente terminabatur: ubi matrona quædam, cujus nomen excidit, soror nimirum Lotharii ducis, cujus & patrocinio confisa, Imperatori rebellare præsumebat. Imperator hic Henricus V. Matrona est Petronella Florentii II. vidua. Vid. Scriver. ad Chron. Goudan. *p.* 40. De historia nullum dubium. Silent recentiores. Sed quid tum postea, si silent? Latere Abbati non potuit, qui fere æqualis eorum temporum.

Abunde hinc interim, ni fallor, constat, & quod Hollandia pars Imperii, & quod nihilominus velut libera jugum semper externum, quantum potuit, excussit. Comes Princeps imperii. Inter Principes census. Io. de Beka in vita Ottonis III. *Elegerunt in Regem Wilhelmum Domicellum Hollandiæ, protestantes ipsum potentiorem esse Principem in Regno Germaniæ.* Friderici Barbarossæ charta apud Hed. *hist. Ultraj. p.* 181. *Ea propter cognoscant universi fideles Imperii &c. quod nos primitus amore Dei, deinde pia petitione fidelium Principum nostrorum, Godefridi videlicet episcopi Trajectensis, & Florentii Comitis Hollandiæ, Henrici etiam Comitis Gelrensis, & Theodorici Comitis de Cleve &c.* Add. Io. a Leidis *lib.* 23. *cap.* 5.

Ad Curiam Imperatoris ut Princeps citatus. In chartis jam citatis Florentii III. & V. *Nullas taleas, tributa, sive exactiones nobis conferent, vel nostro nomine alicui, nisi forte si ad Curiam Imperatoris contingeret citari nos, vel illuc ultro accedere, &c.* Item: *Si vocatus ad Curiam Imperatoris fuero &c.* In charta Wilhelmi regis apud Boxhorn. ad Velden. *p.* 175. *Si me aut verum Dominum Hollandiæ ad Curiam Imperatoris accedere contigerit, aut uxorem ducere &c.* In charta Wilhelmi Comitis Ann. 1315. apud van Hout *in sijn Dienstbouk p.* 18. *Ende gevielt, dat wi voeren, ende geroepen worden tote des Keysers Hove, of waert dat wi, ofte onse Zone, ofte onse Broeder Ridder worden &c.* In aula ergo nonnunquam. Vita S. Meinwerti *cap.* 93. apud Brouwer. *Sed in præsentia Ducis Saxoniæ Bernardi, Hermanni Comitis, & filiorum ejus Henrici, Conradi, Adelberti, Bernardi, Comitum quoque Ekkihard de Aslar, Erph, Amalungi, Theodorici Fresoniæ* (hic III. ejus nominis) *& aliorum multorum justo judicio convicta, &c.* Add. *cap.* 102. *ibid.* Chartis etiam ab eo, dum in aula, subscriptum, ut chartæ Ottonis IV. a Theoderico VII. Charta apud Gelenium est ad vitam S. Engelberti *lib.* 1. *cap.* 3. ubi inter testes recensentur etiam hi: *Argentinensis episcopus, Dithmarus Mindensis episcopus, Tirricus Trajectensis episcopus, Bernardus Paderbornensis episcopus, Bonnensis Præpositus Bruno, Mechtildis Ducissa Brabantiæ, Baldewinus Comes Flandriæ, Henricus Dux de Limburg, Otto Comes Geldriensis, Arnoldus Comes de Cliro, Tirricus Comes Hollandiæ, Henricus de Kuick &c.* Friderici Barbarossæ a Theoderico VI. & Florentio ejus filio apud Miræum *notit. eccles. Belg. cap.* 159. Cum Imperatore etiam, ut Princeps, adversus hostes profectus. In

Sy-

Syriam etiam, in Italiam. Vid. Godefrid. Monach. ad Ann. 1190: Goldast. *tom. 3. Const. imper. p. 335.*

Sed quod vel maxime hic notandum volens non coactus. Nam nec leges, nec statuta, nec edicta Imperatorum ab invito admissa. Reverenter tantum habita eorum majestas. Johannis Comitis diploma Ann. 1422. *Johan by der gratie Gods Palensgrave op den Rhijn, Hertoge van Beyeren &c. Laete weten al onse Baljuwen, Schouten, Rechteren, Edelmannen, Schepenen, Gesworens, Azingen, ende Boden over al in den Lande van Hollandt, hoe dat wy dagelijcks veel vervolcht werden, dat sommige van de gemeene Huysluyden in de Dorpen geseten, by den Allerdoorluchtichsten onsen genadigen Heere den Rooms-Koningh geweest sijn, ende sommige aldaer geschickt hebben om privilegie ende vryheyt van Edeldom, die sy van synre Mogentheyt verkregen hebben, in groot achterdeel onser Heerlicheyt. Ende want onse meninge niet en is, ons Genadigs Heeren, des Konings brieven te krencken, so wy wel kennen, dat het in syne macht wel is, den onedelen te edelen, nae dat hem Godt, ende die wereltlijke wysheyt, tot de Keyserlicke Hoogheyt verheven heeft, maer meynen, dat hy ons billijck aen onsen dienste met synen gifte niet verminderen, noch buyten onsen consente niet verachteren en sal, so ist dat wy u ontbieden, ende bevelen op onse hulde, dat ghy voortaen op sulcke Koninclijcke brieven, als voorschreven is, niemants aenbrengen en hoort, noch en vordert, noch vonnisse daer op en vraegt, noch en wyst, ten sy dat onse brieven van confirmatie daer by syn. Ende offer eenige tot desen daghe toe deurgegaen syn, voor u ofte voor uwer eenigh, ende heure brieven van getuyge, daer af buyten ons gekregen hebben, so willen wy dogh dat hun die geen staet nochte baete en doen, maer dat sy in Huysluyden staet wesen ende blyven sullen &c. Datum in den Hage den 27. April 1422.*

Ne ad Cæsarem provocarent capti D. de Brederode & Joann. a Renesse D. Goudæ & Schoonhoviæ, & detenti in vinculis, quod alioquin factum sæpe, metu confiscationis, & quidem omnium bonorum, Florentius V. inhibuit. *Kort Vertoog van den Ouden staat der Regtsplegingen &c. p. 17. & seq.* Si dicas, id facti. Admitti debuit appellatio. Comiti necesse etiam tanquam Principi imperii, ut pareret invitus. Respondeo; Princeps imperii fuit. Sed subjectus non ut ceteri. Longe ejusdem conditio & melior & laxior. Permissa interdum appellatio. Vid. *t'Hantvest. van Graef Floris aen die van Ouderkerck Ann.* 1097. Caw. 2. *vol. p.* 1616. Interdum non item. Citatus ultro interdum paruit. Interdum noluit. Sprevit jussa & contempsit. Add. Io. a Leidis *lib. 22. cap.* 24.

CA-

CAPUT XXXIII.

An, qui Princeps Imperii, & Imperii vasallus. An Hollandia olim feudum. Excutitur diploma, quod est apud Miræum Cod. piar. don cap. 63. & probatur. quod id spurium. Dousæ sententia de charta Ottonis III. examinatur, expenditur. Vasallus Comes Hollandiæ olim. Verum liber non ligius. Nec legibus, nec judiciis imperii subjectus. Nec investitus ut vasallus. Nec ad quicquam obstrictus. Et nec obstrictus in specie ad servitium militare.

Si dicas & hoc facti. Si Princeps imperii, & imperii vasallus. Necesse autem vasallo, ut & pareat invitus. Respondeo; Si vasallus, vasallus liber, non ligius. Liberum se fatetur Wilhelmus Romanorum rex apud Bekam in vita Otton. III. Sed id primum expendamus, an vasallus revera, & an Hollandia olim feudum. Ut feudum possit dici, necesse, ut inspiciatur, Quis in feudum concesserit. Quid concesserit, & Cui. Quis concesserit, non constat. Carolum Calvum si dicas, dices id quod ineptum, & quod ferri non potest. Si Simplicem, nulla ratio est. Nullus auctor, aut argumentum, quo id possit probari. Ubi quæso id scriptum, quod Hollandiam in feudum dedit? An in charta, quam habent Dousa *lib* 5. *Annal.* & Miræus *Cod. piar. don cap* 26. Certe ibi nihil tale. Et nec Hollandiæ quidem mentio. Datur tantum ecclesia. Quoddam tantum territorium. Hollandia non datur. Et tantum abest quod in feudum. Quid quod & Theodericus, & qui secuti eum Comites, ecclesiam hanc deinceps dotarunt de proprio, si diploma id genuinum, nec a monachis confictum, quod est apud Miræum, *d tr. cap.* 62. cujus hoc est principium: *In nomine sanctæ & individuæ Trinitatis. Ego Theodericus Dei gratia Hollandiensium Comes, reputans mecum incertos casus humanæ fragilitatis, decrevi justis petitionibus assensum præbere, ut divinam misericordiam in illo districto examine placabilem merear habere. Quapropter notum sit omnibus, tam præsentibus, quam futuris, Christi fidelibus, quod Stephanus bonæ memoriæ Abbas Egmondensis ecclesiæ, quasdam auctoritates donationum detulit mansuetudini nostræ, qualiter piissimi Comites antecessores nostri ex propriis possessionibus, & a Regibus jure hereditario susceptis, eandem ecclesiam Dei construxerunt, ditaverunt, & honoraverunt. Theodericus, frater Walgeri, cum legitima conjuga sua Gena, inprimis ligneam construxit ibi ecclesiam, instituens sanctimonialium vitam, & offerens Deo ad* eun-

eundem locum in Frando mansos IX. in Altmere duos mansos, in Callinge medietatem totius possessionis. Theodericus II. prædicti filius, cum Hildegarda conjuge sua, construxit ex lapidibus magno sumptu ecclesiam, removens inde sanctimoniales fœminas, & instituens monachicam vitam. Obtulit & ipse ad eundem locum in Scagen sex mansos, in Haregom undecim mansos, & quartam partem mansus &c.

Si, dico, id genuinum. Nam quî quæso hoc cohæret, ecclesiam & extructam & dotatam de proprio, ex propriis possessionibus, & eandem eidem tamen dono concessam? eidem qui exstruxerat, & qui exstruxerat de proprio, & non tantum qui exstruxerat, sed qui dotaverat de proprio, & de eo in specie, quod & jure hereditario jam diu dono concessum? Latet nescio etiam quid fraudis, cum post Comites enumeratos, quorum aucta beneficiis paulatim creverat ecclesia, tandem sic sequitur: *Hujus Florentii filius fui ego quartus Theodericus, quem humiliter deprecatus est prædictus Abbas Stephanus, ut pro amore Dei, & reverentia S. Adalberti, reformarem & confirmarem auctoritate mea omnia prædecessorum meorum dona ad Egmondensem ecclesiam pertinentia &c.* Quid hoc, quæso, *fui ego?* Cur non potius, *sum ego?* Fuisse dicitur, qui jam obiit. Ævi certe hæc recentioris. Nuspiam, si bene memini, Comites sic loquuntur, *ego &c. quartus, aut quintus*, nisi in chartis, quæ prodierunt ex officina Egmondensi. Gravis hic olim monachis cum dynastis Egmondensibus, & controversia difficilis. Ad cædem usque & ad sanguinem, ut ex Annalibus ineditis & Annalium fragmentis, quæ apud Bockenbergium, abunde id satis patet. Nec mirum, si quo fortius tuerentur se, humani aliquid passi seu Abbates, seu monachi. Vid. Buchel. *in not. ad Hed. in Volemar. episcop.*

Habuit Comes in feudum quædam. Habuit quædam in Hollandia. Fateor. Concedo. Sed hinc nondum tamen sequitur, quod Hollandia olim feudum. Quod habuit quædam, de eo constat. Constat etiam inter cetera ex charta, Ottonis III. qua quædam, quæ ei hactenus concessa in beneficium, concessit Otto in proprium. Charta est apud Dousam *lib.* 8. *annal.* apud Miræum *Cod. piar. donat. cap.* 42. apud Hedam *hist. Ultraj. p.* 91. *in Volcmar. episcop.* Etiam supra videre est *cap.* 10. Sed Hollandiam eo datam nulla ratio est, ut credam. Credit Dousa id, quod mireris. Ita enim expresse *d. lib.* 8. *Caterum ex hac affinitate, quæ Arnulfo nostro cum Imperatore intercessit, impetravit Didericus, ut Principatum Hollandiæ aliter quam Pater, non ut Beneficiarium, sed ut suum jure optimo in perpetuum possideret.* Mireris merito quod loquatur sic charta hac tantum nixus vir doctissimus undequaque. Hollandiæ in hac nulla mentio. Trium meminit Comitatuum, Texla, Mosalant, & Kinhem. Nec hi Hollandiam complexi. Nec hæc velut res mancipi propria unquam Comitum. Quod si statuas, ut necesse est, si dicas charta hac eam Comiti concessam in proprium, vix poterit evitari rursum ingens absurditas. Datur

S charta

charta hac poteſtas donandi, commutandi, ſeu de rebus conceſſis, quicquid Comes voluerit ſtatuendi, faciendi. An ergo olim Comitum tam enormis poteſtas, ut potuerint pro libitu, ut de domo, de prædio, de Hollandia diſponere ſine Ordinum conſenſu? An quid quæſo abſurdius? Non habuerunt primi Comites in poteſtate, & nihil certius, Hollandiam univerſam. Ne hi quidem, qui ſecuti hunc, cui facta hæc donatio, Diedericum II. Vid. *ſupra cap.* 24. Quod autem de iis, quæ charta hac conceſſa, habuit jus diſponendi, & diſponendi pro libitu, videri mirum non debet. Habent etiam privati. Et habuit idem Comes de iis idem etiam jus, quæ habebat in Flandria. Exemplum apud Mejerum eſt Annal. *lib.* 2. *Theodoricus*, inquit, *II. Comes cum conjuge ſua Hildegarde dedit monaſterio Blandinenſi Cleibam in pago Flandrenſi Anno regis Lotharii* XXII. *& Abbæ Womari* XXIII. *Subſcribentibus Arnulpho Marchiſo Flandriæ & Arnulpho filio Theodorici Comitis. Indictione tertia.*

Non erraverit ergo, ſiquis neget quod Hollandia olim feudum. Feudum proprie ſic dictum & revera non fuit. Nam quis in feudum conceſſit? Certe id totum incertum, quis in feudum conceſſerit. Negavit etiam diſerte id Wilhelmus Romanorum rex. Cum Flandri pacem offerrent, ea lege, ut Zelandiam in feudum acciperet, reſpondet (verba Chronici vernaculi ſunt, quod vulgo Chronicon Goudanum) *Dat en waer geen recht, dat daer ick nu Heer ben, dat ick knecht ſoude worden: want Hollant ende Zeelant die ſyn vry, ende Vlaenderen dat houtmen van den Keyſer te leen. Soude ick dan myn vry-goet leen-goet maken? Ende datmen te leen hout, vry maken? Dat en mach niet weſen.* Sed quid ſi jam dicat quis? Atqui alibi tamen idem ſe vaſallum fatetur? Cum in milites referretur, jurans ait apud Bekam in vita Otton. III. *Ego Wilhelmus Hollandienſis militiæ Princeps, ſacrique Imperii vaſallus liber, jurando profiteor regulæ militaris obſervantiam in præſentia Domini mei Petri S. Georgii ad Velum aureum Diaconi Cardinalis &c.* Et ſatis gravis objectio hæc. Sed haud dubie id ita dicit, tanquam Princeps Imperii.

Si dicas: Princeps Imperii, & Imperii vaſallus. Otto Friſingenſ. *lib.* 2. *de geſt. Frid. Barbaroſſ. cap.* 3. *Aſtrictis igitur omnibus, qui illo confluxerant, fidelitate & hominio Principibus &c.* Dux etiam Brabantiæ. Godefrid. Monach. ad Ann. 1204. *Ad eundem Philippum cum Duce Brabantiæ Confluentiam venit, & ei juramentum fidelitatis cum Duce ibidem fecit.* Chronic. Trudonenſe in Amelio Abbate: *Circa idem tempus Rex tanquam Vicarius imperii ſedit pro tribunali apud villam Hercke intra domum Bladorum. Ubi Dux Brabantiæ inter ceteros Principes gladium evaginatum deſuper verticem Regis tenebat tanquam Marchio imperii.* Marchio Brandeburgenſis. Chronic. Elwangenſe ad Ann. 1324. *Marchio Brandeburgenſis obiit ſine heredibus. Rex Ludovicus Marchiam Brandeburgenſem filio ſuo contulit &c.* Rex etiam Bohemiæ, Poloniæ &c. Annal. Colmarienſ. ad Ann. 1277. *Rex Bohemiæ multis militibus,*

equis,

equis, vestibus deauratis, gemmisque decoratus se praeparavit, ut Regalia statim susciperet a Rege Romanorum. Add. Albert. Argentinens. ad eund. Ann. Helmold. *Chron. Slavor. lib. 1. cap. 1. Polonia magna Slavorum provincia, cujus terminum &c. Quondam habuit Regem, nunc autem Ducibus* (divisa scilicet in partes) *gubernatur, servit & ipsa sicut Bohemia, sub tributo imperatoria majestati.* Lothario item Saxone ad imperium evecto, *Principes,* inquit Albert. Abb. Stadens. ad Ann. 1126. *tam sacramentis quam hominiis se ei adstrinxerunt.*

Fateor quod id verum sit. Verum Comes Hollandiæ etsi ob eam causam & Imperii vasallus. Vasallus tamen non ut ceteri. Proprii generis vasallus. Vasallus certo respectu. Vasallus liber, non ligius. Cœteri onera imperii sustinebant pro rata. Comes contra ut vasallus nunquam quicquam contribuit. Princeps quidem imperii, sed, quod vel maxime hic notandum, nec legibus nec judiciis imperii subjectus. Grot. *de antiq. reip. Batav. cap.* 5. Fassi id Germani ipsi. Alibi Sleidanus ex persona Trevirensis: *Cur autem ad nos magnopere Belgium pertinere putemus, non video: sunt quidem nobis vicini, sed societatem nobiscum aut fœdus nullum habent, nec Imperii leges ad se quicquam pertinere ducunt, nec ad publicos usus quicquam contribuunt, non magis quam Britanni vel Scoti.* Nec investitus, ut vasallus. Et nec ita investitus, siquis forsan investitus, ut qui proprie vasalli. Certo tantum respectu & certam etiam ob causam, spe auxilii nimirum & quo tutior adversus hostes Comitatus possessio. Charta transactionis inter Comitem de Los & Wilhelmum Adæ patruum apud Mantel. *hist. Lossens. p.* 196. *In Wenagio apud Geertsleet* (Geervliet) *habebit Dominus Wilhelmus omni anno quingentas libras denariorum &c. illas D. Wilhelmus tenebit ab Imperatore seu Rege Romanorum, sicut Comes de Los & de Hollandia tenebit ab eodem Rege residuum &c.* Vid. *'t Begin, Voortgang, en Eind der Erfgravelijcke Bedieninge cap.* 9.

Nec investitus, inquam, ut vasallus, nec ad quicquam obstrictus. Et nec in specie obstrictus ad servitium militare. Certum id, & de eo constat. Nec in expeditionem, nec in bellum coactus. Exemplum quidem, quod profectus, sed non quod invitus, quod proficisci coactus. Constat de Florentio, qui III. ejus nominis. Cum Friderico Barbarossa hic profectus in Syriam una etiam cum eo expugnavit Iconium. Godefrid. Monach. ad Ann. 1190. *Decrevit ducem Sueviæ filium videlicet suum & Comitem Hollandiæ Florentium nomine ad expugnationem civitatis mittere &c.* Veldenaer *in ej. vit.* Legitur interfuisse etiam Italicæ expeditioni & Comitiis apud Roncalias a Friderico Barbarossa habitis Ann. 1158. Comes *de Holland.* Vid. Goldast. *tom. 3. const. Imperial. p.* 335. Florentii, ni fallor, parens Theodericus VI. Nam & Romam traditur hic adiisse exceptus ab Alexandro Papa admodum honorifice. Vid. *Chronic. Goudan.* Ideoque & valde dubito, an non perperam Scriverius ad

 verba

verba hæc ejusdem Chronici; Ann. CIↃCXC. e vivis excessit; notet in margine. *Aliter & rectius Ann.* CIↃCLVII. Certe & eo anno subsignavit cum filio & una cum Godefrido episcopo Trajectensi & multis aliis Principibus diploma Barbarossæ in palatio Noviomagi 3. Non. Iun. Vid. apud Miræ. *notit. Eccles. Belg. cap* 159.

Sed nec invicem pugnant hæc. Potest quis vasallus esse, & tamen non obstrictus ad servitium militare. Austria olim Marchia, aut Marchionatus, ut vocant. Ducatum fecit primus Fridericus Barbarossa. Extat diploma in Chron. Augustens. ad Ann. 1158. Dux Imperii vasallus, sed tamen non necesse, ut præstaret servitium id, nisi uno tantum casu. Sic in ipso diplomate: *Marchiam Austriæ in Ducatum commutavimus, & eundem &c. in beneficium concessimus, perpetuali jure sancientes, ut ipsi &c. eundem Ducatum Austriæ hereditario jure a Regno teneant & possideant &c. Dux vero Austriæ de Ducatu suo aliud servitium non dat Imperio, nisi quod ad Curias, quas Imperator præfixerit in Bavaria, evocatus veniat, nullam quoque expeditionem debeat, nisi forte quam Imperator in regna vel provincias Austriæ vicinas ordinaverit.* Rex Bohemiæ & vasallus & Princeps imperii, sed nec contributionibus aliisque imperii oneribus ut vasallus obnoxius, nec ut Princeps semper in ordinariis Comitiis imperii, nec Circulo alicui, ut vocant, *seu Creytz*, vulgo, addictus. Vid. Freher. ad Petr. de Andlo *lib.* 2. *cap.* 2.

Etiam singulare id, quod masculis deficientibus admissæ etiam fœminæ, ut Ada, ut Iacoba, ut Maria Burgundica. Et quod inter sorores ea quæ major natu. Hainric. Rebdorf. ad Ann. 1347. loquens de Margareta Wilhelmi Comitis sorore a Frisiis occisi: *In cujus locum*, inquit, *successit prædicti soror tanquam proximior & senior inter sorores, videlicet Reginam Angliæ, & Comitissam vel Marchionissam Iuliacensem, juniores quam ea, nullum vero fratrem, propter quod ex consuetudine patriæ terram Hollandiæ & terras alias sicut frater obtinuit.*

Si feudum proprie & revera, fuisset locus commisso. Comitatum Imp. cui vellet, dedisset. Ita enim moris. Albert. Abbas Stadens. ad Ann. 1106. *Eodem anno dux Saxoniæ Magnus obiit, & dedit Rex Heinricus Ducatum Ludero Comiti, eo quod Magnus non habuerit filium, sed filias.* Elector Brandeburgensis Waldemarus cum sine liberis decessisset, Marchiam filio Ludovico in Comitiis Noribergensibus Ludovicus Imp. dedit Ann. MCCCXXIII. Nic. Burgund. *hist. Bavar. lib.* 3. *p.* 146. Eandem contulit Frederico Burggravio Norinbergensi, cum Ludovicus Marchio similiter concessisset in fata, Imp. Sigismundus Ann. MCCCXII. Idem dedit Friderico Marchioni Misnensi Ducatum Saxoniæ cum masculis non relictis Albertus dux decessisset. Vid. Helmold. *lib.* 1. *cap.* 37. Chron. Citizens. apud Pistor. *p.* 780. *& ad Ann.* 1423 Cum similiter excessisset Henricus Carinthiæ dux Duci Austriæ ducatum Ludovicus

dovicus Imp. dedit, H. Mutius *lib.* 24. *hist.* Eidem Stiriæ Ducatum Henricus VI. concesserat, cum similiter decessisset Stiriæ Dux Otakar. Chron. Reichersperg. *ad Ann.* 1190. Verum contra per fœminas & sequiorem illum sexum pervenit tandem Hollandia ad Hannones, ad Bavaros, Burgundos, Austriacos. Buchel. *ad Hed. in Godefrid. episcop. lit. f.*

Visus ignorasse id Albertus Austriacus Hollandiam putans tanquam feudum devolutam ad Imperium, cum Joannes I. in fata sine liberis concessisset. Albert. Argentinens. ad Ann. 1298. Veldenaer *Chron. p.* 65. Joan. a Leidis *lib.* 26. *cap.* 2. Idem existimatum Wilhelmo IV. occiso. Vid. Magn. Chron. Belgic. ad Ann. 1346. Verum frustra & nequicquam. Quantum ad Albertum; is armis coactus cedere, cum in Belgium descenderet persuasus vocibus adulantium. Vid. Hedam in *vit. Wilhelm. episcop.* Buchel. ad Hed. in vit. Theodoric. II. *lit. g.* Quantum ad Wilhelmum, operæ pretium est, ut adscribam verba Chronici vernaculi, cujus auctor est Veldenaer: *Ende als die Keyser Lodewijc, die Graef Willems suster te wive had, vernam, dat die edel Prince Graef Willem van Hollant sijn swager doot gebleven was op die Vriesen, ende geen kinder after gelaten en had, so meende hi, dat die Greefscap van Hollant aen den Roomschen rijck bestorven was. Mer dat en mocht niet wesen, want si erft altoes op dat naeste lijf levende, aengesien datter veel Greven, ende oock Grevinnen van Hollant gestorven sijn sonder kinder, ende is altoes geerft op dat naeste lijf, ende die outste.*

Exempla quidem Comitum, non diffiteor, qui investiti. Sed siqui sunt, qui investiti, hi certis de causis, scilicet aut spe auxilii, aut metu ad id adacti. Exorto bello de Comitatu inter Comitem Lossensem Ludovicum van Loon, qui Adam duxerat filiam Theodorici VII. & Gulielmum Adæ patruum, Wilhelmus Comitatum a Friderico II. quo fortius se muniret, accepit in feudum. Chronic. Goudanum *in ejus vit. Dese Grave Willem regeerde dat Graefschap van Hollant eerlyck. Ende oock ontfinck hy Hollant van den Keyser van Romen te leen.* Add. & Veldeн. Chron. *p.* 65. Contra autem Ludovicus, ne auxiliis destitutus inferior discederet, pactionem iniit cum Theodorico episcopo Trajectino, ab eo spondens se Comitatum accepturum in feudum. Vid. Io. de Beka *hist. Ultraj. p.* 63. Ob nuptias etiam Jacobæ cum Joanne Brabantiæ duce fremens Joannes Bavarus, ut gravem Duci hostem & adversarium objiceret, feudi jure Hollandiam, Zelandiam, ac Hannoniam a Sigismundo Imp. quasi morte Guilielmi ad Imperium devolutas, possidendas accepit. Divæus *lib.* 18. *rer. Brabant.* Verum totum id facti. Et nihil hic præjudicii. Grot. *de antiq. reip. Batav. cap.* 5. Ut ut centies vasalli, vasalli liberi, non ligii, Vasalli nomine tantum tenus. Non proprie, sed improprie. Quatenus Principes imperii. Non autem quod obstricti ad servitium hoc aut illud. Multo minus ad militare.

Vasalli forsan eodem modo, quo olim Dux Burgundiæ. De quo Ditmarus eleganter *lib.* 7. *Chron. Miles est regis in nomine, & dominus terra re. Forsan* dico. Nam, puto, arctius adhuc Cæsari obstrictus Dux Burgundiæ, qui & fidem præstitit sacramento, quam Comes non præstitit. Querelæ quidem, si insolesceret, de eo ad Cæsarem delatæ, ut verbi gratia apud Ditmarum *lib. ult. Chronic. in fin.* Sed nihil id ad rem. Et nec quicquam hinc sequitur.

Ut dixi, si vasallus, vasallus nomine tantum tenus. Hollandia etiam ipsa, quatenus pars Austrasiæ, imperii etiam pars. Sed & nomine tantum tenus. Non quod proprie subjecta. Nullo modo subjecta. Ne eo quidem, quo quæ audiunt Imperii liberæ civitates. Liberæ enim hæ vocantur earum scilicet respectu, quæ adductius reguntur. Consistit tantum libertas in magistratibus, quos creant ipsæ, non accipiunt a principe. In nummis etiam cudendis, aliisque id genus privilegiis. Alioquin legibus, edictis, & obedientiæ sacramento & ipsæ obstringuntur etiam invitæ. Judicium accipere & facere judicatum etiam possunt compelli. Ex quo constat, quod libertas, qua gloriantur, sit talis, qualis subditis competit, & qui agnoscunt superiorem, non qualem verbis factisque Hollandi strenue vindicarunt & defenderunt jam olim. Vid. Grot. *tr. An Provinc. fœder. Belg. inserend. sint imper. Germanic.*

Caput XXXIV.

Quædam viri Amplissimi examinatur sententia. Feuda libera quæ dicantur. Militia Hollandiensis. Militia idem quod nobilitas. Domicellus Hollandiæ. Ante Carolum Audacem an milites stipendiarii. Soldum. Solidarii. Hospites. Servientes. Quod Comes vasallus fassi Ordines etiam ipsi.

Et hæc mea sententia est. Et malo dicere id, quod dixi, quam cum viro Amplissimo, & clari admodum nominis *tr. van d'Opperste macht*, præfracte id negare, quod tot proditum monumentis. Scio, vir Amplissimus, quod Comes fassus se vasallum, quod interdum investitus, sine ulla distinctione, dicit facti, non juris. Et facile id quidem dictu. Sed quid si dicam contrarium? Quid si dicam, quod id juris? Et quid si eo argumento, quod Comes Princeps imperii, & quod ideo fassus se vasallum Wilhelmus Romanorum

manorum rex? *Ego*, inquit, *Wilbelmus Hollandiensis militia Princeps, sacrique imperii vasallus liber, jurando profiteor &c.* Certe id vir Amplissimus non potuit concoquere. Aqua hic ipsi hæret. Prætexit varia & molitur. Suspecta ipsi formula. Quid esset feudum, quid vasallus, & quid vasallus liber, nescisse cum ait, qui juramentum præscripsit, Legatum Pontificis. Putat rem inauditam vasallum liberum quem dici. Sed multum fallitur vir Amplissimus. Certe & feuda libera. Et libera, quæ nec censum darent, nec militiam, sed quoddam tantum obsequium. Orderic. Vital. *lib.* 3. *hist. Locum etiam sæpe nominatum communi consensu ita liberum tradiderunt ejus tutela, ut nec aliis quibuslibet aliquam consuetudinem seu reditum præter beneficia orationum aliquando a monachis liceret vel hominibus eorum exigere.* Cuspinianus in Austria: *Dux Austria nec quibusvis subsidiis & servitiis tenetur, nec esse debet obnoxius sacro Romano imperio, nec cuiquam alteri, nisi ea de sui arbitrii libertate fecerit, eo excepto duntaxat, quod Imperio servire tenebitur in Hungariam duodecim viris armatis per mensem unum sub expensis propriis, in ejus rei evidentiam, ut princeps imperii agnoscatur.* Sunt verba hæc Imp. Friderici Barbarossæ, ex charta ejus desumpta, quæ & apud Miræum *notit. eccles. Belg. cap.* 159. ubi & sequitur: *Nec pro condicendis feudis requirere seu accedere debet Imperium extra metas Austria, verum in terra Austria sibi debentur sua feuda conferri per Imperium. Dux etiam Austria non tenetur aliquam curiam accedere edictam per Imperium, nisi ultro de sua fecerit voluntate.* Altesferr. *de feudor. orig. cap.* 4.

Nec in contrarium quicquam movet, quod qui Rex Romanorum, qui Comes hereditarius, dicatur tantum Princeps militiæ Hollandiensis, *van d'Hollantsche militie*, ut idem Belgice interpretatur. Quid tum postea? Quid hinc mali? Nec plane id indecorum. Nec formula idcirco commentitia. Joannes I. ejus nominis, qui magnis cladibus affecit Frisios, quod miles non creatus, Domicellus Hollandiæ, quoad vixit, tantum dictus. Io. de Beka in Wilhelm. episcop. Et id interim etiam perperam, *van d'Hollantsche militie*. Vertendum *van den Hollantschen Adel*. Certe & Veldenaer sic vertit, probus & vetus scriptor: *Ick Willem van Hollant een Prince der Ridderschap, ende een vry man des Heyligen Keyserrycks.* Nam quod ad milites proprie, quæ militia tum Hollandica, si ante Carolum Audacem, ut ab aliis observatum, nondum milites stipendiarii? Pont. Heuter. *lib.* 7. *rer. Austr. cap.* 18. Oudenhove *Beschryvinge van Zuyt-hollant p.* 101. *en Beschryvinge van den Bosch. p.* 16. & 129. Nondum equites saltem, equestri militia nondum stata & ordinaria. Pont. Heuter. *lib.* 5. *rer. Burgund. cap* 6. Saltem constat, quod rari tum. Loquor de Belgis. Nam quod nulli id falsum. Io. de Beka in Willibrand. episc. *Sed episcopus attenuatis expensis versus castellum Hardenberg retrocessit, stipendiarios suos dissolvit, coadjutori-*

jutoribus suis valedixit. Idem in Herebert. episc. *Igitur Theodericus Comes audiens praecordialem sororium suum in prisione detentum &c. robur totius potestatis suae contraxit, milites stipendiarios eduxit &c.* Galbertus Notarius, Flander, & Beka multo vetustior (nam vixit seculo XII.) de vita Caroli Comitis Flandr. *cap.* 11. *n.* 81. *Volens tegere traditiosam conscientiam Wilhelmi, qui vere a traditoribus submissam pecuniam acceperat, per quam solidarios compararet, & sic cum virtute, cum Comitatum obtinuisset. &c.* Idem. *d. tr. cap.* 22. *n.* 188. *Cives vero Brudgenses & milites & solidarii eorum exierunt, & depradati sunt villam Ridevorda.* Add. Io. a Leidis *lib.* 26. *cap.* 8. *lib.* 30. *cap.* 10. *lib.* 31. *cap.* 6. *&* 39. Notum jam, qui *Soldaten. Soldo* scilicet conducti. Stipendiarii. Solidarii. Radevic. *lib.* 2. *de gest. Frid. Barbaross. Quo adversus Guilhelmum Siculum largitione pecuniae milites, qui solidarii vocantur, colligerent.* Ab Hungaris *hospites* etiam dicti. Otto Frisingens. *de gest. Frid. Barbaross. lib.* I. *cap.* 31. *Ab hospitibus, quos nunc solidarios dicimus.* Alibi *servientes.* Rigord. ad Ann. 1202. *Cepit XX. milites, strenuos defensores, & C. servientes, & XXX. balistarios. Soldum*, merces, salarium. Abbas Urspergens. de Philippo Imp. *Hic*, inquit, *cum non haberet pecunias, quibus solda sive salaria praeberet militibus.* Idem Chron. *in fin. Ut jugiter in suo soldo haberet ibi milites ultramontanos, septingentos tres.* Quî autem id cohæret, ut qui Princeps potentissimus, ut idem Beka ibid. paucorum militum dicatur Princeps tantum? Haud dubie ibi *Princeps Hollandiensis militiae* idem qui Romanis olim *Princeps juventutis.* Quod si verbis quis nimis hæreat, & offendat eum vox militiæ, militia idem quod nobilitas. Sic certe accipienda. Et sic improprie ibi sumitur.

Nam proprie is nondum miles, sed tantum armiger, ut expresse ibi. Io. a Leidis *lib.* 23. *cap.* 5. Sic & alibi Guilielmus Abbas *de vit. S. Bernard. lib.* I. *cap.* I. *Tecelinus vir antiquae & legitimae militiae. Antiquae*, quod notandum. Militia enim proprie non perinde ut nobilitas in heredes transmissa. Nam si transmissa quid necesse, ut Romanorum rex miles fieret, priusquam regnum susciperet? Sed latius de eo infra.

Non nego interim, quod id facti, quod Comes passus se investiri, quod adstrinxit se juramento, sed nego quod id facti, quod Comes fassus se vasallum. Et cur quæso id facti? An contra Ordines protestati? Et ubi quæso protestatio hæc? Quid si probem contrarium? An non fassi id ipsi Ordines, & quidem verbis expressis? Vetus est documentum quod Viri Illustris beneficio Buchelius ad Hedam habet *p.* 280. Ex archivis Hollandiæ id depromptum sic sonat:

Wy Phillippus Heer van Wassenaer Borchgrave tot Leyden, Henrick van Wassenaer, Dirck van der Leck, Herbaren van Yselstain, Jan Heer van Heem-

Heemstede, Heer van Benthuysen, Henric van Naeltwyck Maerschalck van Hollant, Jan Blois Heer van Tresloing, Melis van Mynden, Aernt van Duvenvoorde, Jan van Wonde Heere van Warmont, Willem van Boekhorst, Gerrit van Heemskerck Heer van Oisthusen, Barthout van Assendelft, Gerrit van Zyl, Jan van Hodenpyl, Philippus van Spangen, ende Gillis van Cralingen Ridderen, Willem Eggert Heer tot Purmerende, Helmich van Doornick, Adriaen van Raephorst, Jan van Nienrode, Gerrit van Poelgeest, Philippus de Blois, Mouwerin van den Does, Gerrit van Bennenbroek, Dirck van Santhorst, ende Adriaen Mathenesse Knapen, ende wy Schouten, Borghemeesters, Schepene ende Raden der Stede van Haerlem, Delft, Leyden, Amsterdam, Goude, Rotterdam, Oudewater, Schiedam, Alckmaer, Hoorn, Medenblick, Enckhusen, ende Monickendam, Doen cont, want redelicken is, ende natuerlick recht eyscht, dat een yghelick goet eerbaer Man, die Gode en de gerechticheyt voor oogen heeft, zynen rechten geboren Lantsheer, goet, getrouw, ende onderdanich sy, die schuldich is te helpen sterken, te dienen, ende lyflick by te blyven, tot allen steden ende stonden, tegens allen, die hem aen sijne heerlickheden crencken, ende tegens vallen souden willen, ende wy in onse bescheydenheyt wel weten ende bekennen, dat die Doorluchtige Vorstinne, onse genadighe Vrouwe. Vrou Jacob van Beyeren, Dauphine van Vienne &c. eenige dochter ende rechte Erfgename is des Hoochgeboren Vorsten ons L. Gen. Heere Hertoge Willems &c. Soo hebben wy wel bedacht, ende volkomelicken beraden, alle t'samentlick ons daerom verbonden, ende verlooft met onsen vryen wille, waert dat de Hoochgeboren Vorst onse Genadighe Heere voornoemt aflyvich worde voor onse Gen. Vrouwe sijnder Dochter voorschr. sonder wettige Soon achter hem te laten, Dat wy alsdan deselve onse L. Gen. Vrouw Jacob van Beyeren voornoemd als Erfdochter ende Leenvolghster ons Gen. Heere voorschreven ontfangen ende hulden sullen, tot onsen rechten geboren Landts Vrouwe. Gegeven op onser L. Vrouwen dach Assumptionis, in jaer ons Heeren MCCCXV.

Scio Ordines potestati, cum spreta Jacoba, spreto marito ejus Joanne Brabantiæ duce, Joanni Bavaro Hollandiam precibus ejus motus Imp. Sigismundus litteris datis Constantiæ XXIX. Mart. dedisset in feudum. Multum enim his fisus cum Ordines Joannes Bavarus sollicitaret, cum oppida, sollicitavit nequicquam. Responsum tulit Hollandiam nec feudum Imperii esse, nec ad mares devolvi tantum; etiam Adam, ac Margaretam, Comitatum maritis dotalem attulisse. Divæus *lib.* 18. *rer. Brabant.* Sic Ordines existimarunt. Negarunt feudum Hollandiam. Negarunt feudum Imperii. Non simpliciter. Non absolute. Negarunt feudum Imperii, quod ut cetera, quæ Imperii, devolvi masculis deficientibus ad Imperium non posset, quod proprii generis illud feudum, quod non necesse, ut de eo in-

successor. Quæso aliter interpretur quis diploma, quod dedi jam. Aliter interpretetur etiam verba pacti dotalis ab eadem Jacoba initi cum Joanne Delphino Franciæ apud Boxhorn. *Chron. Zel. part.* 2. *cap.* 28.

Inden eersten, Alsoo dat redelick ende mogelicken is, so sal onse lieve Vader Hertoghe Willem voorgenoemt, geweldich Heer wesen ende blyven der landen ende luyden van Henegouwen, van Hollant, van Zeelant, ende van Vrieslant, met allen heuren toebehooren, ende sijne vryen willen daermede doen moghen, sijn leven lanck, gelykerwys hy tot hair toe gedaen heeft, sonder ons des te bewinden in eenigher wys. Ende ofte geviele, dat dese drie Landen voorsz. met haren toeboren aen ons comen, wanneer dat zy, so sullen wy dat Leen daer of versoecken, ende ontfangen van den ghenen, ende in allen sulcken manieren, als onse lieve Vader voornoemt dede, off schuldich was te doen, doe hem de voorsz. Heerlickheden, ende besittinge, daer off an quamen, ende alse sijn Voorvaders voor sijn tyt gedaen hebben, ende van geenen anderen Heeren in geenre andere manieren.

Nec Jacoba investita. Nec simpliciter dicit & absolute investituram petitum iri. Saltem non absolute respectu Hollandiæ. De feudo interim fatetur.

CAPUT XXXV.

Comes Comitis etiam Flandriæ & Episcopi Trajectini vasallus, & quo sensu. De charta Adelboldi. Ordines etiam ipsi Trajectensium Canonicorum aut Collegiorum vasallii. Etiam Angliæ olim reges vasalli regis Galliarum.

Certe ut dicam, quod res est, nullum aliud hic effugium, quam si vel dicas, quod jam dixi, quod vasallus quidem Comes, sed proprii generis vasallus. Vasallus liber, non ligius. Vasallus nomine tantum tenus & quatenus Princeps imperii. Vel si nolis id, quamvis putem verissimum, etiam hoc potest dici, & non minus verum id, quam illud alterum, quod vasallus quidem Comes, sed certo respectu. Sic & Cæsaris vasallus. Sic & Comitis Flandriæ & episcopi Trajectini. Non Hollandiæ ratione. Dico certo respectu. Regionis certæ aut territorii. Quod ad Comitem Flandriæ; ex charta apud Mejer. *lib.* 5. *Annal. ad Ann.* 1165. *Si Comes Hollandiæ contra eat huic paci, quicquid in Flandri clientela terrarum possidet, committet.*

mittet. Idem *lib. 7. ad Ann. 1191. Balduinus Hannonius Flandriæ Comes, qui suo nomine in verba Cæsaris juraret, Balduinum filium in Vangiones misit. Ipse domi ab Comite Hollando juramentum accepit, Flandris Principibus præstari solitum.*

Quod ad episcopum Trajectinum charta est Adelboldi apud Hedam in Adelboldo, *De vassis sive fide addictis ecclesiæ & episcopo Trajectensi.* Ubi primus recensetur inter vassos Dux Brabantiæ. Sequitur Comes Gelriæ. Et tum Comes Hollandiæ, Clivensis, de Benthem &c. *Item,* inquit, *Comes Hollandiæ est liber feudalis episcopi Trajectensis, & tenet in feudum Comitatum Hollandiæ, & terram Kenemariæ, cum terris, mansis, silvis, campis, pratis, pascuis, mancipiis, aquis, aquarum decursibus, & Justitia, exceptis dictarum terrarum decimis, & terra Waterlandiæ & Westfrisiæ, quæ totaliter pertinet ad episcopum & ecclesiam Trajectensem, & dictus Comes Hollandiæ vocatur & est Mareschalcus episcopi Trajectensis.* Sed de charta hac non multum dicam, quia multis suspecta. Extat tamen in archivis Collegiorum Trajectensium, ut testatur Buchelius ad Hed. *in not. p.* 117. Manuscripta etiam apud me in libro vetere Statutorum ecclesiæ S. Salvatoris, ubi & epigraphe hæc: *Memoriale & scriptum Domini Adelboldi Episcopi Trajectensis de liberis vasallis ecclesiæ Trajectensis, & eorum feudis, quæ tenent ab ecclesia Trajectensi.* Sed fraudum semper clerici architecti insignes. Vid. Conring. *censur. diplom. Ludov. cap.* 19. *& in append. n.* 5. Et haud dubie etiam hic ad propagandas suas opes humani aliquid passi.

Inter Præsulis vasallos tamen, inter ministeriales, diserte etiam eos refert, & plures alios præterea, Joh. a Veldenaer *de reb. gest. episcopor.* apud Boxhorn. *Nederl. hist. p.* 103. a Balduino episcopo ad petendam investituram citatos expresse. Venisse etiam ait & ab eo investitos, excepto Brabantiæ Duce: *Ende als die Bisscop Baldewinus,* inquit, *alle sijn Leenmannen, die hy doe had, geropen hadde, om hoer leen te ontfangen, so ontfongen sy al hoer leen sonder die Hertoch van Brabant, die versumede, dat hy die Velue niet te tyde en versocht, die de Greve van Gelre voert te leen hielt van desen Hertoch voerseyt. Waer om die Bisscop in die Velue toech mit cracht, ende verdreef daer uyt den Grave Geraert van Gelre mit alle sijn hulpers.* Sed idem tamen, quod notandum, certo tantum respectu Comitem Hollandiæ episcopi vasallum facit: *Die Greve van Hollant,* inquit, *is des Bisscops Maerschalk, die hout van den Sticht te leen Waterlant, ende sommige goeden in Hollant, ende veel tienden ende ander goeden in Zeelant.* Contra charta Adelboldi: *Item Comes Hollandiæ est liber feudalis episcopi Trajectensis, & tenet in feudum Comitatum Hollandiæ, & terram Kenemariæ, cum terris, mansis, silvis, campis, pratis, pascuis, mancipiis, aquis, aquarum decursibus, & justitia, exceptis dictarum terrarum decimis, & terra Waterlandiæ & Westfrisiæ*

frisia, quæ totaliter pertinet ad episcopum & ecclesiam Trajectensem, & dictus Comes Hollandiæ vocatur & est Mareschalcus episcopi Trajectensis.

Sed futile id de Mareschalco, de Comitatu Hollandiæ. Aliunde id satis constat, quod hominium præstiterit Comes non Hollandiæ ratione, sed bonorum tantum, quæ ab episcopo habebat in feudum. Wilhelmi Comitis Hollandiæ charta Ann. MCCIV. *Ego Wilhelmus Dei gratia Comes Hollandiæ, Universis Christi fidelibus tam præsentibus quam futuris in perpetuum. Cum omne feudum, quod frater meus bonæ memoriæ Theodoricus Comes Hollandiæ ab ecclesia Trajectensi juste possederat, a manu Domini mei Theodrici Trajectensis episcopi recepissem, eique sicut legius homo legiam fidelitatem servare jurassem &c.* Vid. Hed. *hist. Ultraj. p.* 188. Accepit, scio, ab episcopo Hollandiam etiam ipsam in feudum Lotharingiæ dux Godefridus Gibbosus. Boxhorn. *Chron. Zel. part.* 2. *cap.* 7. Sed id facti, non juris. Nec id quisquam secutus.

Certo, ut dixi, respectu tantum Comes vasallus. Quemadmodum & Dux Brabantiæ, Clivensis &c. Sic accipe id apud Bekam in vita Johannis III. *Vasalli namque principales ecclesiæ Trajectensis, utpote Joannes Dux Brabantiæ, Wihelmus Comes Hollandiæ, & Rainoldus Comes Gelriæ &c.* Sic quod idem in Hermanno: *Principales namque vasalli Trajectensis ecclesiæ, videlicet Theodoricus Hollandiæ, Henricus Geldriæ, & Theodoricus Cliviæ magnifici Comites Heremannum de Hoorn præpositum sancti Gereonis Coloniensis petierunt in episcopum promoveri &c.* Dux Brabantiæ, Comes Gelriæ ratione Veluæ &c. Magn. Chron. Belg. *p.* 281. *Concordatum inter Guidonem episcopum Trajectensem, & Reynaldum Comitem Gelriæ, & declaratum fuit, Gelriæ Comitem terram Velue & omnia bona, quæ a Duce Brabantiæ in secundarium feudum obtinere consuevit, de cætero ab ecclesia Trajectensi immediate in feudum tenere & recipere.* Add. Jo. de Beka *in Balduino II. pr.* Comes autem Hollandiæ ratione castri de Benthem, & quorundam aliorum, ut de Amstelle, Kuic, Woerden &c. Charta Imp. Friderici Barbarossæ apud Hedam. *hist. Ultraj. p.* 173. *Præterea Comes Hollandiæ juvabit episcopum per werram, vel obsidionem, quam cum ipso faciet, vel per querimoniam castrum recuperare Benthem. Et si quocunque modo illud recuperaverit, eo cedet ill d Comiti in feudum, salva uniuscujusque justitia, &c.* Heda *ibid. p.* 187. Add. Buchel. *in not. ad Bek. in Guid. episc. lit.* x *& in Joann.* IV. *lit. m.*

Et haud dubie hoc intuitu Adelboldi satellitem Thiedricum Comitem vocat Ditmarus *lib. ult. Chronic.* & vicissim Adelboldum Thiedrici seniorem: *Thiedricus ille infaustus*, inquit, *prædicti antistitis satelles fuit. Hic in quadam sylva Mirvidu vocata magnum habuit prædium, quod sibi ex ejusdem parte injuste ablatum esse, cuncti comprovinciales Cæsari in Neumagun queruntur. Unde cum consilio optimorum Imperator episcopo Trajectensi hæc loca*

præcepit

præcepit incendi, & conclamantibus reddi: cumque seniorem suum juvenis nefandus a mandatis talibus compescere nequivisset licentiam abeundi petit &c.

Sic accipio etiam quod apud Bekam in Godefrid. episcop. *Episcopus igitur plurimum anxiatus, & a cunctis auxiliatoribus pene destitutus supplici prece constanter admonuit hominii Florentium Comitem Hollandiæ, quatenus opportunus auxiliator sibi foret in necessitate talis angustiæ. Nec mora, quin & idem Comes collectis hinc inde bellatoribus &c.* Et sic, puto, etiam debet accipi, quod in charta transactionis inter Comitem de Los & Wilhelnum Adæ patruum apud Mantelium *hist. Lossens. p.* 196. *D. Wilhelmus debet ire in curiam episcopi Trajectensis, & illic reddere feudum suum, & guerpire ad opus Comitis de Los ad eum bona fide adhæredandum &c.*

Multa certe, quæ episcopi in Comitatu Hollandiæ. Multa etiam quæ aliorum, ut & supra jam ostendi. Quid si quædam ex his Comiti in feudum olim data? An dictu id absurdum? Multa adhuc Canonici habent. Nec tantum hic. Etiam alibi. Etiam in Gelria, Zelandia, Transisalania. Et an non horum intuitu interdum Ordines etiam ipsi Trajectensium Collegiorum, aut Canonicorum vasalli? De privatis id certum. Exemplum siquis velit, quia vulgo hæc non occurrunt, subjiciam, quod sequitur:

Nos Decanus & Capitulum ecclesiæ S. Joannis Trajectensis universis præsensentia visuris seu audituris facimus manifestum, quod nos per transportum Cornelii Jacobi de Borselen quinque mensuras decimarum in Brydorp jacentes, quas idem de Borselen a nobis habuit, salvo jure ecclesiæ nostræ, & alterius cujuscunque titulo locationis sub hereditario pacto Danielo Huberti a Stoutenburch concessimus & concedimus per præsentes sub annua pensione unius scudati aurei antiqui regni Franciæ, seu ejus veri valoris in alio legali pagamento nobis seu nuncio nostro in oppido de Zierickzee in diem Sti Victoris singulis annis libere persolvendi, tali conditione interposita, quod dicto Daniele Stoutenburch mortuo senior ejus filius legitimus, & si filium non habuerit, senior ejus filia legitima, & si dictum Danielem Stoutenburch absque liberis legitimis ab hac luce decedere contingat, ex tunc proximior ejus heres in dictis decimis sub omnibus conditionibus, pacto, seu pensione succedat, ita tamen, quod dictæ decimæ duntaxat penes unum heredem manebunt indivisæ, & quod junior masculus fœmellæ seniori in æquali gradu semper præferatur, & quicunque dictarum decimarum successor fuerit, ille infra annum post mortem uniuscujuscunque dicta bona seu decimas a nobis de novo requiret, & in signum dominii ac propietatis dabit & persolvet de qualibet mensura unum scutum antiquum regis Franciæ aureum, vel verum ejus valorem, & si contigerit, quod dictus Danielus Stoutenburch, seu aliquis heredum, sive successorum

suorum de dictis bonis annuam pensionem loco & termino præfatis nobis plenarie non solverit, seu infra annum post mortem possessoris dicta bona seu decimas a nobis non requisierit, aut ea sine nostro consensu diviserit, cadit ex tunc ab omni jure & pacto, quod ipsi seu eorum alicui competere poterit virtute concessionis antedictæ, & ipsa bona, seu decimæ, ad nos nostramque ecclesiam præfatam libere devolventur, de eisdem, prout nobis visum fuerit libere disponenda, contradictione cujuscunque non obstante, dolo & fraude in præmissis omnibus seclusis. In quorum omnium ac singulorum fidem & testimonium sigillum præsentibus duximus apponendum, Datum Trajecti Ann. MDCXL, *die* XVIII. *mens. August.*

De mandato Capituli
A. Heurnius.

Quod ad Ordines, nequis dubitet, diploma est aliud ineditum, dignum, quod apponatur:

Nos Henricus Schaep van denDam Præpositus Ecclesiæ Btæ. Mariæ Trajectensis, Notum facimus, quod nos per honorabilem virum Dominum Henricum de Jong dictæ Ecclesiæ Canonicum, & nostræ Præpositura Officialem concessimus, ac tenore præsentium concedimus, nostro nostræque Præposituræ, ac alterius cujuscunque jure semper salvo, circumspecto ac honorabili viro Domino Danieli Stoutenburch, tanquam Receptori bonorum in Beoosterschelt annotatorum ab Ordinibus Hollandiæ, ad id deputato, vice ac nomine eorundem Dominorum Ordinum, in vim Pacificationis Gandavensis, ob mortem sive decessum Domini Rochi Mogge etiam dum vixit dictorum bonorum Receptoris, Quartarium unius strahæ (leg. *trahæ*, quod genus vehiculi) *decimarum sitarum in Ecclesia Reyneri pro annua pensione trium solidorum, antiquorum, & legalium a nobis nostrisque pro tempore successoribus aut eorum vicariis in feudum tenendas, pro annua pensione præscripta, nobis vel nostris successoribus, aut nostris vel nostrorum certis nunciis terram Zelandiæ intra Octavas nativitatis Btæ. Mariæ Virginis, singulis annis intrantibus, persolvenda sub obtentu & amissione earundem Decimarum. Dicto vero Daniele Stoutenburgh decedente prædicti Domini Ordines, aut eorum successores aliam personam nominabunt, qui intra annum & diem a tempore mortis & decessus prædicti Receptoris dictas decimas a nobis aut nostris pro tempore successoribus requiret, recipiet, & homagium faciet, prout hoc fieri solitum est, & consuetum. Alioquin dictæ decimæ ad dictam Præposituram libere ac simpliciter revertentur sine aliqua juris solemnitate servanda, & absque aliqua contradictione. In cujus rei testimonium sigillum dictæ Præposituræ ad feuda præsentibus duximus appen-*

appendendum. Datum Anno Domini Millesimo sexcentesimo quinquagesimo octavo, die XXVII. *Septembris.*

Nec quisquam putet id indecorum, aut infra Ordinum dignitatem Flandriæ Comitum, qui alioquin respectu Flandriæ & Artesiæ vasalli regis Galliarum, Reges etiam Galliarum vasalli certo respectu olim, nimirum Boloniæ. Pont. Heuter. *lib.* 5. *rer. Austr. cap.* 6. Iidem S. Dionysii. Iidem ecclesiæ Vulcassinæ vasalli. Ludovici IX. Gesta apud du Chesne *to.* 5. *hist. p.* 384. *Itaque martyres beatum Dionysium, Rusticum, & Eleutherium, devotissime cum multis precibus interpellans, vexillum de altario S. Dionysii, ad quod Comitatus Vulcassini spectare dignoscitur, quem etiam Comitatum Rex Franciæ de dicta ecclesia debet tenere in feodum, morem antiquum antecessorum suorum servare volens, signiferi jure sicut Comites Vulcassini soliti erant suscipere, suscepit.* Certo etiam respectu Angliæ olim reges vasalli regis Galliarum, Normanniæ scilicet, Aquitaniæ, & Comitatus Pictavensis. Rigord. ad Ann. 1201. *Rex Francorum Joannem Regem Angliæ submonuit, sicut hominem suum ligium, quod pro Comitatu Pictavensi & Andegavensi, & pro Ducatu Aquitaniæ* XV. *diebus ab Pascha instanti revolutis Parisios veniret, super his, quæ rex Francorum adversus eum proponeret, sufficienter responsurus.* Chronicon Simonis Comitis Montis-fortis de Joanne Angliæ rege apud du Chesne *to.* 5. *hist. p.* 160. *Super quo*, inquit, *accusatus fuit a Baronibus apud Regem Franciæ, cujus vasallus erat.* Guilielm. Brito de eodem *lib.* 6. *Philipp. pr.*

Qui patrum metuens amittere jura suorum,
Si non obtineat pacem cum rege Philippo,
Se tanquam domino subjici juravit eidem.
Jure feodali solvendo tributa quotannis.

Se tanquam domino, ait. Nequis miretur id Matth. Paris *p.* 871. *Cum niteretur Dominus rex Francorum aliter ordinare, ut videlicet Dominus rex Angliæ & in medio & eminentiore loco sederet, ait dominus rex Angliæ: Non Domine, mi Rex, decentius sedetis modo, scilicet in medio & dignius: Dominus enim meus es tu, & eris.* Add. Roger. ab Hoveden ad Ann. 1179. Fassi id reges Angliæ etiam re ipsa, Francis, cum coronandi, ut Regibus Normanniæ, cujus ipsi tantum Duces, coronam auream præferentes. Hoveden. ibid. *Henricus autem rex Angliæ Filius in progressione e thalamo usque in ecclesiam ipso die coronationis ibat ante illum gestans coronam auream, de jure Ducatus Normanniæ, qua Philippus prædictus coronandus erat. Et Philippus Comes Flandriæ præibat ferens ante illum gladium Regni &c.*

CAP.

Caput XXXVI.

Gloria Hollandorum an id multum efficiat, si Hollandia olim feudum. Etiam Anglia olim feudum. Etiam Hungaria. Polonia etiam. Etiam ipsa Italia. Formula juramenti, quo & se & regnum Angliæ subjecit Papæ Joannes rex. Rex Hispaniarum etiam Papæ vasallus.

Satis, puto probavi jam, quod id dici non possit, quod, si proprie velimus loqui, Hollandia olim feudum. Nec id quicquam ad rem, siquis forsan fuit, qui de ea investitus, qui forsan certis ex causis spe auxilii & coactus id ut feudum agnovit. Nec Scotia feudum Angliæ, & nec Anglia feudum Papæ. Fuit tamen, qui Scotiam de manu regis Angliæ tanquam feudum susciperet. Fuit etiam qui Angliam (Joannes scilicet Rex Angliæ) ut feudum Papæ subjiceret. Fuit qui Arragoniam. Rigord. *in fin. hist. Præfatus Joannes rex Anglorum terram suam jam posuerat sub protectione ecclesiæ Romanæ, & Papæ Innocentio de toto regno suo homagium fecerat.* Guilielm. Armoric. *de gest Philipp. regis: Ann.* 1216. *Dominus Papa anxius de succurrendo Regi Angliæ Vassallo suo &c.* Guilielm Brito *lib.* 9. *Philipp. v.* 336.

Jureque jurando de pactis stando Johannes
Illius in dextra sceptrum regale resignans,
Se propere regnumque suum sic mancipat, ut sit
Vassallus de rege novus, de principe miles:
Regnet ut ipse tamen sub Petri nomine, marchas
Argenti propter solvendo mille quotannis.

Vid. apud Innocent. homagium & juramentum 4. *epist.* 77. Juramentum quod fecit Papæ Petrus rex Arragonum extat apud du Chesne *to.* 5. *hist. p.* 808. *Ego Petrus Rex Arragonum profiteor & polliceor, quod semper ero fidelis & obediens, Domino meo Papæ Innocentio, ejusque Catholicis successoribus, & ecclesiæ Romanæ, regnumque meum in ipsius obedientia fideliter conservabo &c.* & mox: *Deinde præfatus Rex &c. de manu ejusdem Domini Papæ militarem ensem*

ensem accepit, regnumque suum beato Petro Apostolorum principi obtulit, illudque sibi constituit censuale, per privilegii paginam &c. Add. *ibid.* p. 809. De Scotis Beka diserte *hist. Ultraj.* p 65. *His temporibus obiit Malgotimus rex Scotorum, avunculus Wilhelmi Comitis Hollandiæ, cujus regnum quidam Scotus suscepit in feudum de manu regis Angliæ.* Add. Robert de Monte ad Ann. 1175. Sed quid tandem hinc sequitur? An non prorsus id facti? Fiunt etiam homicidia Stupra etiam. Etiam furta. Movit forsan affinitas. Forsan proprium interesse. Et erant etiam rationes, quibus motus Rex Angliæ. A Papa excommunicatus. Regnum ei ademptum. Papæ exequi sententiam jussus Philippus rex Franciæ. Aliquid faciendum tum, ne regnum excommunicatio hæc universum inter ferrum & flammas divideret. Et vehementer id improbavit tamen idem Galliarum rex, etiam coram Walone Legato Pontificis: *Nullus Rex*, inquit, *vel Princeps, potest dare regnum suum, sine assensu Baronum suorum, qui regnum tenentur defendere. Et si Papa hunc errorem tueri, allectus nova dominationis libidine, contumaciter decreverit, exemplum omnibus Regibus dabit perniciosum.* Vid. Matth. Westmonasteriens. ad Ann. 1216. Pacti etiam cum Samnitibus ingenti dedecore ad Furculas Caudinas victi T. Veturius & Sp. Posthumius. Sed quid tum quod ita pacti? An unquam populo invito id alicujus momenti?

Hollandia si olim feudum, feudum nomine tantum tenus. Feudum liberum, non ligium. Quamquam quid tum postea si aperte id constaret, quod revera olim feudum? Quid hinc mali? Quid præjudicii? Quisquamne existimabit, quod detrimenti hinc quicquam caperet gentis virtus & gloria? Et Hungaria olim feudum, ut multis Conringius probat *de finib. imp. cap.* 17. Ipsa etiam Italia. Otto Frisingens. 6. *Chron. cap.* 19. *Otto post multos triumphos Italiam quoque, quæ per plures jam annos Francis seu Germanis alienata fuerat, regno adjicere parat. Hæc eo tempore a Berengario tyranno multipliciter premebatur &c. Ibi* (Augustæ) *ex omnibus regni visceribus multis in unum adunatis, Berengarius humiliter veniens se dedidit, ab eoque Regnum Italiæ, excepta Marchia Veronensium & Aquilegiensium suscepit.* Liutprandus Ticinensis Nicephoro Cæsari, ad quem legatus, id enarrans ait: *Palam est, quod Berengarius & Adelbertus sui milites* (id est Ottonis vasalli) *Regnum Italicum sceptro aureo ex ejus manu susceperunt, & præsentibus servis tuis &c. fidem jurejurando promiserunt.* Add. append. ad Reginon. ad Ann. 952.

Forsan aliud dicent Itali. Dicent, quod Imperator juramentum fidelitatis præstitit etiam Papæ, *can. tibi Domino dist.* 63. *clement. Romani ext. de jurejur.* Sed id absonum a jure recte Albericus ait in *Dictionar. in verb. Electio Imp.* Si præstitit, præstitit, non ut cliens, ut vasallus, sed ut Filius, ut Advocatus, ut Defensor ecclesiæ. Nec juramentum fidelitatis vim homagii

habet semper. Alloquin & Princeps, cum in leges jurat subditis, subditorum erit cliens. Vid. Alteserr. *ad d. clem.*

Sed quid tum si olim feudum, & si jam jugum id excussit? An id minuit gentis gloriam? An Hungariæ id quicquam officit? Si id putes, quod minuat. Ne Angliæ quidem regnum labis hujus expers. Nam & frustra eris, si dicas. Subjecit Papæ id Joannes rex coactus, invitus, & non consultis Ordinibus. Imo & consultis, ultro, & non coactus. Sic in litteris expresse: *Non vi inducti, nec timore coacti, sed nostra bona spontaneaque voluntate, ac communi consilio Baronum nostrorum offerimus & libere concedimus Deo, & sanctis Apostolis ejus Petro & Paulo, & sanctæ Romanæ ecclesiæ matri nostræ, ac Domino nostro Papæ Innocentio, ejusque Catholicis successoribus totum regnum Angliæ, & totum regnum Hiberniæ, cum omni jure, & pertinentiis suis, pro remissione peccatorum nostrorum, & totius generis nostri, tam pro vivis, quam defunctis. Et amodo illa adeo ab ecclesia Romana tanquam feodatarius recipientes &c. facimus, & juramus, & homagium ligium in præsentia Domini Papæ, si coram eo esse poterimus, eidem faciemus.* Nisi forsan, nec plane id dictu absonum, & id metu expressum dicas, quod dicat se nec vi, nec timore ad id adactum. Nam nec verum id, quod dicit de Baronum assensu, si verum id, quod, ut dixi, Legato Pontificis objecit rex Franciæ. Formula juramenti, quo adstrinxit se, hæc est.

Ego Johannes, Dei gratia Rex Angliæ & Dominus Hiberniæ, ab hac hora & inantea fidelis ero Deo, & Beato Petro, & Ecclesiæ Romanæ, & Domino meo Papæ, Domino Innocentio, ejusque successoribus, Catholice intrantibus. Non ero in facto, in dicto, consensu, vel consilio, ut vitam perdant vel membra, vel mala captione capiantur. Eorum damnum si scivero, impediam, & remanere faciam, si potero. Alioquin eis, quam citius potero, intimabo, vel tali personæ dicam, quam eis credam pro certo dicturam. Consilium quod mihi crediderint, per se vel per nuncios suos, suas vel per litteras, secretum tenebo, & ad eorum damnum nulli pandam me sciente. Patrimonium Beati Petri, & specialiter Regnum Angliæ, & Regnum Hiberniæ adjutor ero ad tenendum & defendendum contra omnes homines pro posse meo. Sic me adjuvent Deus, & hæc sancta Euangelia. Amen.

Nec res hæc tam mirabilis. Sæpe & Reges potentissimi in alterius clientela. Hodieque adhuc rex Hispaniarum vasallus Papæ respectu Siciliæ. De Polonia etiam constat. Feudum olim imperii. Germanis tributaria, Duci parens, non Regi. Conrado Salico imperante Regem dixit se Bolislaus, sed eventu non satis fausto. Wippo in vit. Conrad. Salic. *Bolislaus Slavigena Dux Polonorum insignia regalia, & regium nomen in injuriam regis Conradi sibi aptavit, cujus temeritatem cita mors exinanivit.* Mortuo Bolislao Misiconem ejus filium Cæsar fecit tetrarcham, Polonia universa

versa in tres partes divisa. Idem Wippo: *Cæsar misericordia motus dedit sibi veniam, & divisa provincia Polonorum in tres partes Misiconem fecit Tetrarcham reliquas duas duobus aliis commendavit. Sic imminuta potestate minor facta est temeritas. Defuncto Misicone Casimirus filius ejus fideliter serviebat usque huc Imperatoribus nostris.* Vixit Wippo Henrici III. temporibus, cui & opus suum dedicavit. Quieta tum Polonia. Rebellis rursum Henrico IV. Lambert. Schafnaburgens. *Dux Polenorum, qui permultos jam annos regibus Teutonicis tributarius fuerat, cujusque regnum jam olim Teutonicorum virtute subactum, atque in provinciam redactum fuerat, repente in superbiam elatus, propterea quod Principes Teutonicos cerneret domesticis seditionibus occupatos &c. regiam dignitatem, regiumque nomen sibi usurpavit &c.* Sed & brevis tum libertas. Qui secuti, tributarii rursum, quamvis fide sublesta, & plerumque rebelles. Gunther. *lib. 6. v.* 81.

Nec jurare fidem, nec prisco more tributa
Annua, quingentas curabant pendere marcas
Omine non fausto.

Otto de S. Blasio *Chronic. cap.* 7. *Fridericus rex contra Ducem Polonorum procinctum movens &c. ipsum ad deditionem coëgit, ac censum jam per aliquot annos neglectum reddere compellens, & expeditionem Italicam ipsi indicens, omnimodam subjectionem sacramento firmari fecit. Quo promisso omnimodo frustratus est. Nam post regressum regis perjurus effectus, nec expeditioni interfuit, nec cætera, quæ sacramentis firmaverat &c.* Add. Hermann. Contract. ad Ann. 1050. Otton. Frisingens. 6. *Chron.* 28. Radevic. 1. *de gest. Frid. Barbaross. cap.* 4. & 5. Helmold. *lib.* 1. *cap.* 1. H. Mut. *lib.* 14. *hist.* Tandem diu jactata, diu etiam neglecta, ad plenam libertatem Polonia se erexit, Cæsare inconsulto ad regiam dignitatem Premislao evecto, Anno circiter MCCXCV. Vid. Coring. *de finib. imp. cap.* 29.

CAPUT XXXVII.

Etiam Dania olim feudum. Dani etiam vocati ad Comitia imperii. Vexillo item & gladio a Cæsare investiti. Majestas Ordinum Hollandiæ non minor quam cujusvis potentissimi Principis. Caroli V. decisio.

Si id negent Poloni, non necesse, ut miremur. Negant etiam Dani, quod Dania tributaria, & quod feudum imperii olim. Et, ut quisque maxime suæ gentis libertatem asserit præfractius, negat Saxo Grammaticus a quoquam Regum Daniæ homagium unquam præstitum. Et nihil tamen certius. Aliunde id satis constat. Otto Frisingensis de Lothario Saxone 7. *Chron.* 19. *Inde*, inquit, *in Saxoniam divertens Polonorum ducem multis muneribus obviam habuit, quem tamen non ante dignatus est suo conspectui præsentari, quam tributum* XII. *annorum, hoc est*, D. *libras ad singulos annos persolveret, & de Pomeranis & Rugis homagium sibi faceret, subjectionemque perpetuam sacramento confirmaret. Regemque Daciæ in signum subjectionis ad decorem imperialis reverentiæ, gladium sibi sub corona deferre fecit.* Otto de S. Blasio *Chron. cap.* 28. de Friderico Barbarossa: *Præterea ante hæc omnia in curia Tholensi, juxta Bisontium, Regi Danorum corona imposita regnum sub hominio concessit.* Albert. Abb. Stadens. ad Ann. 1163. *Ibi Waldemarus duo regna Daciæ & Sueciæ ab Imperatore suscepit.* Add. Chronic. Montis-Sereni ad Ann. 1135. ad Ann. 1146. & ad Ann. 1152. Idem ad Ann. 1134. *Imperator celebrat Pascha Halverstad, ubi quidam de Principibus Danorum, Magnus nomine, hominium ei faciens regnum Daniæ ab ipso suscepit, & postquam præstitit juramentum, Imperatori ad ecclesiam procedenti circulo decoratus aureo gladium prætportavit.* Constat Danos etiam vocatos ad Comitia imperii, vocatos se stitisse, vexillo item & gladio, ut moris tum recepti, de regno investitos. Fridericus Barbarossa apud Otton. Frisingens. *de vita ejus pr. Generalem curiam Meseburg in Pentecoste celebravimus; ubi rex Danorum Petrus ad curiam nostram vocatus venit, & hominio de fidelitate nobis facto coronam regni de manu nostra suscepit.* Gunther. *lib.* 1. *v.* 545.

Hæc

Huc etiam geminos Petrum simul atque Guidonem,
Danorum proceres, quos inter sanguine junctos
Moverat ejusdem regni dissensio litem,
Evocat ac tali causam ratione diremptam
Terminat; ut quædam provincia tota Guidoni
Cederet, at regnum cum nomine Petrus haberet.
Ergo ubi vexillo partem, quam diximus, ille,
Hic autem gladio regnum suscepit ab ipso
(Hunc etenim longo servatum tempore morem
Curia nostra tenet) posito diademate Petrus
Regali dextra tulit alti Principis ensem.

Add. Ott. Frisingens. 2. *de gest. Frid. Barbaross. cap.* 5 Radevic. *de gest. ejusd.* 1. *cap.* 24. Adam. Bremens. *hist. eccles. cap.* 50. Godefrid. Monach. *hist. pr.* Chron. Slavic. incert. Auct. *cap.* 7. Gobelin. Person. *Cosmodrom. ætat.* 6. *cap.* 59. Conring. *de finib imp. cap.* 14. *pr. tot.* Sed, utut olim se res habuit, hodie Regna hæc, & id lippis notum & tonsoribus, prorsus sunt sui juris, nec agnoscunt Imperium. Vid. Conring. *d. tr. cap.* 15. Perinde certe ac si nunquam in alterius clientela.

Sic rebus mortalium inest quidam velut orbis. De Hollandia etiam constat. Quodcunque tandem in Hollandiam Imperii olim jus tacito dudum Cæsarum Ordinumque consensu exspiravit jam prorsus. Nec Carolus V. cum posset, ab inferis suscitavit. De Belgis Richardus Archiepiscopus Trevirensis, cum in conventu Electorum Maximiliano defuncto quæreretur successor, *Vicinos*, inquit, *Belgas habuimus longo tempore, non socios imperii. Nostra edicta nihil morantur, nostris periculis nihil afficiuntur. Suum quoddam regnum ibi habent, nihilo magis conjunctum cum imperio, quam sunt Angli aut Scotti* Cesserat jam jus suum, quod habebat Imperii nomine in Hollandiam, Zelandiam, Frisiam, ac Brabantiam Fridericus III. Imp. cum Aquisgrani coronatus Aquisgrano per Burgundiam, ubi omni honoris genere a Philippo Burgundo cultus, in Austriam reverteretur. Pont. Heuter. *lib* 4. *rer. Burgund. cap.* 9. Brabantis dein contendentibus, cum quidam hic in Hollandia

se sistere essent jussi, Brabantos includi hic & retineri injuste idque ob Auream Bullam, qua cautum diserte, nequis extra Brabantiam Brabantum sistat aut includat in terris Imperii, perpensis partium argumentis, Carolus V. pronuntiavit Hollandos Bulla hac non teneri *Ann.* 1549. 13. *May.* Vid. Bort. *tr. de arrest. part.* 4. *n.* 34. Grot. *de antiq. reip. Batav. cap.* 5. Victricibus dein armis gloriose & feliciter pace inita cum Hispanis omne Imperii obsequium cum reliquis Fœderatis Hollandia ita tandem exuit, ut non minori majestate per orbem terrarum fulgeat, quam aut Imperator, aut Rex Hispaniarum, jam literas semel iterumque, quibus Cæsar dederat titulum *dilectorum fidelium*, dedignata suscipere.

DE

DE NOBILITATE

De Principibus, De Ducibus, De Comitibus, De Baronibus, De Militibus, Equitibus, Ministerialibus, Armigeris, Barscalcis, Marscalcis Adelscalcis, *St. Martens*, *St. Peters*, *St. Robberts Mannen.*

DE Advocatis ecclesiæ

DE Comitatu Hollandiæ & Diœcesi Ultrajectina

LIBER SECUNDUS

CAPUT I.

Pars & feudum Imperii an olim ditio Trajectina. Ultrajectum Trecht alibi. An & alibi Antonina. An Utricesium. Vultaburch. Trajectum vetus. Outrecht. Trajectum ulterius. Castrum idem quod urbs. Castellum. Vicus. Locus publicus. Cur vicus idem quod urbs. Ubi jam Ultrajectum, vicus primum. Mox castrum. Monasterium dein. Oud-munster.

Cæterum satis de eo constat, & plane id extra controversiam, quod pars & feudum Imperii olim ditio Trajectina. Ultrajectum ditionis caput, dulcissima mihi patria, urbs illustris, præpotens, fortis, & bellicosa. Templorum, ædium, splendor & apparatus insignis. Civium probitas, comitas, & industria excellens. Sed id centies jam dictum. Et satius silere est, quam pauca de eo dicere. A trajectu olim *Trecht*, quod flumen trajici ibi solitum. Charta apud Hedam

Hedam in vita Baldrici: *Ad ecclesiam sancti Martini, qua est in loco Trecht vocato, ubi veneralis Baldricus praesse videtur.* Alia *ibid. p.* 86. *& seq. Pralibato quippe concedimus episcopo licentiam in praescripto loco Trecht nominato monetam faciendi &c.* Vid. Buchel. ad eund. *cap.* 4. *Outrecht* etiam seu *Autrecht*, quod id solitum jam olim & vetustissimo etiam tempore. Et id lapsu dein ævi mutatum in *Utrecht*. Mentio hinc *Trajecti veteris* in charta apud Hedam in Rixfrido episcopo: *Rixfridus venerabilis vir, veteris Trajecti ecclesia episcopus.* Item in alia in Egihardo episcopo: *Egihardus veteris Trajecti ecclesia vocatus episcopus &c.* Annales Bertiniani ad Ann. 854. *Classis de Danis veniens in Frisiam aliquam partem ex illa devastavit, & inde per vetus Trajectum, ad emporium, quod vocatur Dorestadus, venientes omnia diripuerunt.* Add. chart. apud Io. a Leidis *lib.* 5. *cap.* 8. *& cap.* 26. & apud Hed. *in Hunger. episc.*

Carolus Magnus etiam vocat sic apud Hed. in Albric. *Trajectum ulterius* & *ulterius Trajectum* Conradus Imp. in charta apud Miræum *Cod. piar. don. cap.* 95. *Ulterius Trajectum* etiam Hugo de Flaviniaco in Chronico Virdunensi apud Labb. *to.* 1. *nov. Biblioth. p.* 225.

Antoninam etiam dictam vult Lamb. Hortensius *lib.* 1. *rer. Ultraj. pr.* Sic & Heda. Sic Beka. Sic plerique etiam alii, & Gobelin. Persona *Cosmodr. atat.* 6. *cap.* 31. Sed vulgaris traditio hæc nullis nixa argumentis. Nec Hortensius habet, quo id probet. Nec vel vola vel vestigium hujus rei apud veteres. Vid. Pont. Heuter. *de vet. & nov. Belg. cap.* 9.

Putat *Utricesium* etiam dictam ab Ammiano *lib.* 18. *hist pr.* Et sunt alii, qui id putant. Beat. Rhenan. *lib* 3. *rer. Germ.* Hadr. Junius *hist. Batav. cap.* 11. Vox tamen apud Ammianum nequaquam occurrit. Verba Ammiani sunt: *& civitates occupatæ sunt septem, Castra Herculis, Quadriburgium, Tricesima, Novesium, Bonna, Antennacum, & Bingio.* Et sic constanter in MSS. Junius pro *Tricesima*, *Utricesima*, ibi legit. Sed nullo fundamento. Ut nec multum ad rem facit, si stativa ibi statuas (nam mera Junii conjectura hæc) legionis Tricesimæ. Suspectus quidem locus etiam Lindenbrogio. Manus emendatrices tamen prorsus abstinuit. Ut & Valesius. Velser. *ad tab. Peutinger. cap* 4.

Certius quod a Wiltis etiam *Wiltenburch* dicta. Beda *lib.* 5. *hist. cap.* 12. *Donavit autem ei Pipinus locum cathedra episcopalis in castello suo illustri, quod antiquo gentium illarum vocabulo Wiltaburg, id est, oppidum Wiltorum, lingua autem Gallica Trajectum vocatur.* S. Ludgerus de S. Gregorio: *& stabilito episcopatu in loco, qui nuncupatur Trajectum, & alio nomine Wiltaburg.* Auctor Chronici Rythmici:

— *Hi*

—— *Hi* (Willebrord) *quam t'Utrecht.*

Dat Wiltenburgh hiet te voren.

Wilti, Slavi. Et sunt hinc, qui scribunt *Vultrajectum*, *Wiltrajectum*. Sigebertus diserte ad Ann. 697. *Willebrordus a Sergio Papa Clemens agnominatus, & ad prædicandum genti Frisonum episcopus consecratus, ex dono Pipini Principis sedem episcopalem statuit in loco Vultaburch dicto, qui Vultrajectum dicitur a nomine gentis Vultarum & Trajecto compositum, quasi Vultarum oppidum.* Vid. Dous. *lib. 6. annal.* Brouwer. *ad vit. S. Gregor.*

Vel ergo Ultrajectum a Vultarum trajectu, vel a veteri trajectu *Utrecht* quasi *Autrecht*. Et id necesse, ut notetur, quod *Vultaburch* seu *Wiltenburch* idem hic quod *Trajectum*. Alii quærunt id extra urbem ad pagum *Vechten* & ultra. Sed ut patet non recte. *Fethna* olim, ubi *Vechten* jam, de quo Caroli Martelli charta apud Hed. *in Willebrord.*

Sunt etiam, qui confundunt, præsertim exteri per ignorantiam, cum Trajecto ad Mosam. Sic S. Amandum, qui olim episcopus Trajecti ad Mosam, dixerunt episcopum Trajecti ad Rhenum Gasp. Bruschius in *episcopis Argentinensib.* Mart. Crusius *part. 1. Annal. Suevic. lib. 10. cap. 6.* Petr. de Marca *hist. Bearn. cap. 25.* Sic & S. Lambertum & S. Servatium episcopos Ultrajectinos ait Volaterran. *lib. 7. comm.* S. Servatium Tungris sedem transtulisse Ultrajectum Texera. Vid. Bosschaerts *de prim. vet. Fris. Apostol. diss. 16. in fin.* Henschen. *in præv. comm. ad vit. S. Servat. pr.*

Castrum dicitur alibi, item castellum. Castrum Carolus Martellus vocat in charta apud Hed. in vit. Willebrord. *ad monasterium, quod est intra muros in Trajecto castro situm &c.* Heda ex Hucbaldo in Gregor. episcop. *Pro tempore primum episcopalis officii in Trajecto castro, antea Wiltenburgh, vel etiam parochia vicarius.* Add. Brouwer. *ad vit. S. Gregor.* Jo. a Leidis *lib. 1. cap. 18.*

Nec mirum: Urbes castra etiam dicta, quod castrorum instar militarium vallo & fossis clausæ. Alcuin. in vit. S. Willebr. *Prospero cursu ad ostia Rheni fluminis vela deposuit, ibique optata telluris statione refocillati sunt, & mox ad castellum Trajectum, quod in ipsa fluminis ripa situm est, pervenerunt.* Theofridus Abbas Epternacensis *cap 8. De reditu ejus in Franciam & delegata sibi in illustri castello Trajecto pontificali cathedra.* Heda in Willebrordo: *ecclesiam in Antwerpo castello sitam.* Guilielm. Gemmeticens. *lib. 8. cap. 38. Obtinuit tamen ipse Danfrontem, & Argentomagum, & Oximum castella sui patris, & alia tria, scilicet Colmiæ-montem, & Gorram, & Ambreras, quæ interim concessit Iubello de Meduana, hac conditione, ut ipse*

eum fideliter adjuvaret in adquirendo suam hereditatem. Dicebat enim idem Iubellus illa tria oppida, videlicet quæ ultimo nominavimus, in sua terra esse. Vides oppida hic dici, quæ castella paulo ante. Saxoniæ oppidum Eresbergum castrum vocant Regino, Aimoinus, Gobelinus & alii. *Castellum* Ægil in vita S. Sturmionis, Poëta item ἀνώνυμος, auctor vitæ Karoli. *Urbem* Widechindus & Ditmarus episcopus. *Civitatem* Anonymus de vita Caroli Magni a Meibomio citatus *Irminf. Saxon. cap.* 3. Add. Guiliel. Tyrium *lib.* 20. *cap.* 31. Chart. apud Buchel. ad Hed. *p.* 208. *&c.* Lipf. *Lovan. lib.* 1. *cap.* 6.

Nec Trajectum tantum castrum, *vicus* alibi etiam dicitur. Et *vicus* idem quod urbs. Pipini charta apud Hedam *p.* 36. *de rebus ecclesiæ suæ S. Martini, quæ est constructa in vico, qui dicitur Trajecto super fluvium Rheni.* Add. *ibid. p.* 39. Io. a Leidis *lib.* 3. *cap.* 12. *Locus publicus* etiam dicitur in charta apud Hed. *p.* 119. *Actum loco publico Urrecht* XII. *Kal. Augusti.*

Nec necesse, ut miremur, quod urbs etiam vocetur *vicus*. Initia urbium exigua. Vici primum & nihil aliud. Saltem plerumque. Postquam autem jam auctæ, ex veteri consuetudine vetus hæc appellatio diu deinceps adhuc hæsit. Sic Consul dicitur, qui fuit, pupillus, qui jam pubes, taberna quodvis ædificium, quamvis id ex tabulis, ut olim, amplius non fiat, *l.* 184. *ff de V. S.*

Constat id de Leodio, quod vicus sub Merovingis, seu *viculus*, ut vetus Auctor apud Henschenium de *episcop. Traject. lib.* 2. *cap.* 6. De S. Huberto, quod transtulit decessoris & magistri sui corpus anno *ordinationis suæ* XII. id est anno Christi IↃCCXX. *ad villam parvi adhuc nominis, quæ Leodium dicta*, testis est Godeschalcus in vita S. Lamberti *cap.* 7. A S. Huberto muris cincta paulo post, vel Pipini Herstalli, vel Caroli Martelli tempore. Adolphus Happart vetus scriptor citatus a Johanne Roberti ad vitam S. Huberti *in not. §.* 63. *Cœpit*, inquit, *Legiam muris cingere præruptis scopulis vallibusque munire. Portas construxit & mœnibus circumdedit, quibus ab hostium incursu populus tutior liberius Deo famularetur.* Vid. Willebrord. Bosschaerts *diss.* 116.

Alibi etiam vicus Trajectum ad Mosam. Auctor vitæ S. Lamberti a Chapeavillo editus *cap.* 1. *S. Lambertus Trajectensi vico extitit oriundus.* & *cap.* 2. *Pontifex Theodardus & clarissimus Christi Martyr futurus, vir sacerdotali reverentia plenus, & coram divinis conspectibus Sacerdos beatificandus, in memorato superius vico episcopalem administrabat dignitatem.*

Ubi jam Ultrajectum vicus primum, mox castrum. Monasterium dein. Dein urbs. Monasterium qui adjunxit, primus fuit Willibrordus. Et id Trajectum ab ipso oppido. Altfridus monachus, qui seculo nono vixit in vita S. Ludgeri *cap.* 2. *& deposito seculari habitu, in Trajecto monasterio totum se contulit*

tulit ad studium artis spiritalis. Ibid. *cap. 7. divisitque idem Albricus annum in distributiones quatuor, ita ut in Trajecto monasterio &c. praeesset Fratribus menses tres.* Idem de Gandavo S. Bonifacius in vita S. Livini: *Convenit cum discipulis suis ad quoddam cœnobium a vico vocabulo Gandavum nominatum.*

Castrum ante Willibrordum jam. Alcuinus in ejus vita: *Prospero cursu ad ostia Rheni fluminis vela deposuit, ibique optata telluris statione refocillati sunt, & mox ad castellum Trajectum quod in ipsa fluminis ripa situm est, pervenerunt.* In castro monasterium. In honorem S. Salvatoris a Willibrordo extructum. Et extructum ubi olim ecclesia S. Thomæ a paganis destructa. Antiquum vulgo. Belgice *Oud-munster.* Io. a Leidis *lib. 3. cap. 19.* Adjunctum deinceps, ut videtur templum S. Martini. Aliud S. Salvatoris. Aliud S. Martini. Pseudo-Marcellinus, qui vitam S. Suiberti scripsit, confundit, sed perperam. *Dein pariter*, inquit, *Trajectum pergentes statim in fundo Basilicæ S. Thomæ Apostoli prope castrum Trajectense Canonicorum Cœnobitarum construxerunt ecclesiam in honorem S. Martini episcopi Turonensis, in qua S. Willibrordus Archiepiscopus Frisonum cathedralem ecclesiam sibi stabiliri jussit.* Perperam etiam *prope castrum.* Intra id non extra. Charta Caroli Martelli apud Hedam in Willibrordo: *Ad monasterium, quod est intra muros in Trajecto castro constructum.* Beka in Bonifacio: *Condidit infra civitatem Trajectensem cœnobitalium Canonicorum ecclesiam oratorio S. Salvatoris primordiali vicinam & contiguam.*

X 2 CAP.

CAPUT II.

Canonici Regulares. Inter eos & Seculares quodnam olim discrimen. Regulares mundo mortui. Proprium iis nihil. Inclusi claustro ut monachi. Abbas iis ut monachis. Abbati virgarum jus. Scholæ in monasteriis. Fratres etiam in iis laici. Imo fratres sororesque. Conversi, Conversaque. Fratres chorales. Canonicum monasterium. Canonici monachi. Leken-monnicken. Monachi ad succurrendum. Donati. Deonandi. Oblati. In eodem cœnobio & viri & fœmina. Canonicæ etiam olim. Et hæ etiam duplices, Seculares & Regulares.

Dixi *Oud-munster*. Id est, vetus monasterium. Nam hinc *munster* detortum. In eo tamen non monachi. Canonici, ut hinc patet, Canonici Regulares, *Cœnobitales*, *Cœnobitæ*. Ad differentiam secularium. Heda in Willibrord. *Collocans ibidem Canonicos cœnobitales, hoc est, communem & Apostolicam vivendi legem observantes. Non enim fuerunt monachi, ut nonnulli volunt, sed Canonici, qui utique regulam Divi Augustini aut B. Isidori tum profitebantur per universas Germaniarum & Galliarum ecclesias.* Beka in Bonifiac. *Hæc quidem ecclesia diversis titulis privilegiata legitur, quoniam vulgariter antiquum monasterium pro tanto forte dicitur, quoniam ecclesia Trajectensis abunde renovata fuit, sed hæc in ædificio veteris structuræ permanens hactenus irrenovata duravit. Quidam tamen dicunt eandem ecclesiam a S. Clemente primo superædificatam esse, & 80. Canonicos in ea præbendatos fuisse.* Add. Io. a Leidis *lib. 3. cap. 10.* Regulares mundo mortui. Seculares non item. Seculares demum seculum dicebantur relinquere, & dicebantur converti, si facti Regulares. Chronic. Montis Sereni ad Ann. MCXXXVII. *Post hunc ordinatione Conradi Marchionis electus est Meinherus, Hallensis ecclesiæ Canonicus. Hic primum ecclesiæ S. Gereonis Coloniensis Canonicus mutato habitu in ecclesia Hallensi conversus est: quem etiam frater suus carnalis Wicmannus nomine, ejusdem ecclesiæ & ipse Canonicus ad conversionem occasione tali secutus est. Accidit ut in ludo, qui vocatur puerorum, cui ipse intererat, puer quidam conculcatus moreretur, pro cujus rei pœnitudine seculum relinquens fratrem secutus est.* Idem hic *converti* quod a liberiore vita ad sanctiorem transire. Idem quod claustrum ingredi

ingredi, quod monachismum amplecti. Cæsarius Heisterbachensis: *Conversus est quidam in monasterio nostro &c.* Joh. Robert. *qu. Hubert.* 4. *n.* 6. Seculares emittebant tantum votum castitatis. Et separatim habitabant. Regulares castitatis, paupertatis, & obedientiæ. Et habitabant communiter. Communis eorum victus. Communis mensa, refectorium. Vid. Claud. du Molinet ad Stephan. Tornacens. *epist.* 141. Strauch. 1. *amœn.* 48.

Eidem claustro inclusi. Claustrum id monasterium. Qui præerat ei Abbas. Charta apud Miræum *notit. eccles. Belg. cap.* 96. Adam. Bremens. *lib.* 2. *cap.* 52. Th. Cantipratan. *lib.* 2. *apum cap.* 35. Lips. *Lovan. lib.* 2. *cap* 16. Canonicus quidem habitus, sed monastica erat regula. Nam nec proprium habebant quicquam, quemadmodum monachi. Unde & *fratrum* appellatio. Vita S. Wolbodonis apud Henschen *n.* 7. *ecclesiam &c. dedicatam ex allodiis suis, unde duodecim Canonicis fratribus victus & vestitus sufficiens foret, dotaverat.* Calixti II. charta apud Miræum *lib.* 2. *don. Belg. cap.* 37. *Vitæ Canonicæ ordinem, quem secundum B. Augustini regulam in vestra ecclesia professi estis, auctoritate Sedis Apostolicæ confirmamus &c.* & mox: *Obeunte nunc ejus loci Abbate, nullus ibi qualibet surreptionis astutia præponatur, nisi quem Fratres communi consensu, vel Fratrum pars consilii sanioris, secundum Dei timorem & B. Augustini regulam, de suo vel de alicujus collegio, providerint eligendum. Nullus Canonicus ejusdem ecclesiæ proprium quid habeat, vel alicujus levitatis instinctu, aut castioris vitæ obtentu, ex eodem claustro, sine communi Abbatis & Fratrum licentia discedere præsumat.* Add. Urbani II. chart. apud Baluz. 2. *miscell. p.* 180. Urban. VIII. chart. apud Chifflet. *in probat. hist monast. Trenorciens. Ann.* 1623. Chart. apud Miræ. *diplom. Belg. part.* 1. *cap.* 13. *cap.* 36. *& cap.* 43. *& part.* 2. *cap.* 41. Vit. S. Gothardi apud Brouwer. *lib.* 1. *antiq. Fuldens. cap.* 22. Ziegler. *de dot. eccles. cap.* 11. *n.* 7. Fr. Florent. *ad cap.* 9. *ext. de vit. & hon. cleric.*

Et hi sunt, qui alibi Canonici monachi, Canonici clerici. Car. Magn. *Capit. lib.* 5. *cap.* 185. *ut Canonici clerici canonice vivant.* Vid. *vit. Patr. apud Rosweyd. p.* 13. Adam. Bremens. *lib.* 1. *cap* 29. Lambec. *orig. Hamburg. p.* 45. *& seqq.* Et simpliciter monachi. Vid. Chronic. *Montis-Sereni ad Ann.* MCCXXII. Per omnia fere iis similes, ut ex dictis jam patet. Non tantum in monachos, in Canonicos regulares etiam Abbati virgarum jus. Chronic. Montis-Sereni ad Ann. 1213. *Cujus motum ille mitigare cupiens nudis pedibus in veste nigra scopam ferens, cum Priore, & quodam alio fratre seniore pedibus ejus prostratus &c.* Add. Chron. Windesem. *lib.* 2. *cap.* 51. Alteferr. *lib.* 6. *ascetic. cap.* 4. Habitatio eorum claustrum, monasterium, cœnobium. Scholæ in eo perinde ac in cæteris monasteriis. Scholarum etiam magister, seu Rector potius, aut Curator, Scholasticus vulgo dictus. Caroli

roli Magni Capitula *lib.* 1. *cap.* 71. *Ut schola legentium puerorum fiant, psalmos, notas, cantus, computum, Grammaticam per singula monasteria &c. discant.* Eadem *lib.* 5. *tit.* 95. *Dignum est, ut filios suos donent ad scholas, sive ad monasteria, ut fidem catholicam recte discant, & orationem Dominicam, ut domi alios edocere valeant.* Vid. Lambec. *lib.* 2. *rer. Hamburg. n.* 431. Cœnobium Montis-Sereni Canonicorum Regularium fuit, de quo Chronici ejus Auctor ad Ann. MCCXX. *Clausuris & proprietatibus careant. Janua claustri cum janua scholarum firmiter claudatur de nocte, clavis etiam mittatur Priori.* Hallis etiam in Saxonia Canonicorum Regularium fuit. De quo idem ad Ann. 1193. *Temporibus*, inquit, *Heidenrici Præpositi fuit in ecclesia frater quidam Rodulfus nomine, Scholastici agens officium. Huic quodam die scholares sui, quos provectioris ætatis plures habebat &c.*

Fratres etiam in eo laici. Imo fratres sororesque perinde ac in ceteris. Conversi Conversæque. Idem ad Ann. 1210. *Aderat quoque fortis Præpositi adversatrix conjunx Marchionis, contra ipsum ob querimonias fœminarum conversarum, quæ sorores appellantur, vehementer incitata &c.* Idem ad Ann. 1212. *Fidericus itaque omnibus suis, fœminis etiam sororibus, per quas non parum adjutorii parti ejus accessit.* Idem ad Ann. 1235. *Quidam fratrum laicorum, quos barbatos vocari usus obtinuit &c.* Ibid. *eos vero, qui partium erant Præpositi tam in congregatione virorum, quam fœminarum modis omnibus honorabat.*

Fratres laici genus hominum, qui cœnobium ingressi, vel ut viverent ut monachi illata maxima bonorum parte, vel ut monachis servirent velut famuli famulæque. Gilbert. Crispin. in vit. S. Herluini post Chronicon Beccense apud Lucam d'Achery: *Simili se inibi propter Deum servituti nobilis mater ejus addixit, & concessis Deo prædiis, quæ habebat, ancillæ fungebatur officio, servientium Deo pannos abluens, & quicquid injungebatur extremi operis accuratissime agens.* Charta apud eund. ad Guibert. *in not. Noverint fideles per succedentia tempora, quod quidam homo, Lambertus nomine, cum esset ingenuus, & maneret apud Setas, cum uxore sua nomine Ereburgi, ac liberis Framvero & Dominico, ejusdem conditionis, gratis se tradidit S. Petro ad serviendum &c.* Chronic. Montis-Sereni ad Ann. 1235. *Quidam fratrum laicorum &c. coquinæ officium commendatum habens &c.* Ibid. *Cum fratres quoque ipsius congregationis servitio in concoquenda cerevisia dediti, & ex eodem servitio sordidi sæpe vultus & habitus effecti.*

Laici vel propter habitum. Plerisque enim & tonsura & vestitus laicalis. Meminit *novel.* 5. quæ novitios vult κουρᾷ καὶ ἐσθῆτι τῶν καλουμένων χρῆσθαι λαϊκῶν. Idem Chron. ad d. Ann. *Præpositum vero obsequio, quod suis & maxime sorori ejus, quæ in congregatione fœminarum in seculari habitu vivelat &c.*

Au-

Auctor vitæ S. Wilhelmi: *Statutum erat ab ipso communi seniorum consilio, ut aliqui ex Laicis fratribus, qui ad conversionem veniunt in domo pauperum sub laicali habitu servirent &c.* Vel quod habitu quidem monachi, nam non omnes eodem habitu, sed quod omnis expertes ecclesiasticæ dignitatis. Sic Adolphus Holsatiæ Comes, qui IV. ejus nominis monasterium ingressus, quod ob vitam ante actam inter flammas & sanguinem, ad sacros ordines, ad sacerdotium, sine Summi Pontificis speciali indulgentia promoveri non posset, *Frater* tantum *laicus*, donec Romam profectus Abbatis permissu, Papæ ipsius manu audita ejus confessione & accurate examinata Subdiaconus creatus Ann. 1244. mox Diaconus sub finem anni a Bosnensi episcopo, & tandem Presbyter seu Sacerdos a Lubecensi episcopo sub initium sequentis anni. Quo facto demum Missam dixit cœnobio rursum mancipatus Sacerdos ordinis Franciscani. Literas quæ eo pertinent habet Lambecius *lib. 2. rer. Hamburg. n. 181.*

Universis præsentes literas inspecturis Frater Reinardus & Frater Gerardus Domini Papæ pœnitentiarii salutem in Domino. Noveritis, quod nos, audita confessione Fratris Adolphi, ordinis Minorum fratrum, præsentium portitoris, eidem super omnibus articulis pro quibus duxerat ad sedem Apostolicam laborandum, & de similibus, sive minoribus, si quot in oblivionem deduxit, de speciali mandato venerabilis Patris nostri, Ottonis S. Nicolai in carcere Tulliano Diaconi Cardinalis, cui Dominus Papa plenariam super hoc concesserat potestatem, beneficium absolutionis impendimus, & ut ad omnes sacros ordines promoveri valeat, dispensavimus cum eodem, injuncta sibi pœnitentia salutari. Datum Later. x. Kalend. Maji, Pontificatus Domini Innocentii Papæ IV. anno primo.

Aut quod habitu quidem monachi sed certis tamen notis etiam quod ad habitum ab iisdem distincti. Chron. Windesem. *lib. 2. cap. 6. Licet autem in præsenti vita inter habitum fratrum, canonicorum, conversorum, & laicorum certa sit distinctio &c. Habitus ergo presbyterorum nostrorum, devotorum clericorum & laicorum a principio monasterii nostri usque in præsens fuit, est, & permanebit grisea tunica de quatuor partibus panni consuta, presbyteris & clericis usque ad talos, laicis & donatis usque ad medium tibiarum protensa, nigris cingulis præcincta &c.* Ibid. *cap. 21. Quatuordecim conversos investivit, quorum tamen duos ad habitum Canonicorum regularium postmodum admisit, quatuor donatos & alios quinquaginta clericos.* Quod nec vox iis in Capitulo, nec stallus in choro. Unde & *Fratres chorales* & *Fratres laici* opponuntur. Chron. Windesem. *lib. 2. cap. 36. Tunc laici nostri in Windesem in veris se exercitabant virtutibus, in humilitate, obedientia, naturæ mortificatione, charitate, fervore, & devotione, in quibus quandoque fratres chorales præire conabantur.* Add. *ibid. cap. 56. & cap. 70. pr.*

Quum

Suum ipsis Capitulum, distinctum a monachali. Suum etiam dormitorium, cœmiterium &c. Th. Cantipratan. *lib.* 2. *apum cap.* 4. *pr. His quidem conversi seu laici fratres in claustris aptissime designantur &c. Non enim vocem accusationis in conventuali Capitulo habere solent, nisi forte se invicem in suis Capitulis interdum tentis accusent.* Ibid. *n.* 3. *Dormitorium ingens & maximum in opus suum conversi fratres laici construxerunt. Quod videntes monachi vel æmulationis vitio &c.* Chron. montis S. Agnetis *cap.* 16. *Obiit Nicolaus Petri carpentarius donatus noster. Hujus corpus in cœmiterio laicorum versus Septentrionem juxta viam sepultum est.* & mox: *Obiit mane hora quinta Adam de Herderwijck donatus noster &c. Cujus corpus in cœmiterio laicorum juxta cæteros donatos sepultum est.*

Nec Fratres chorales quivis facti, qui vellent. Non milites, ut jam dixi. Non spurii, non illegitimi. Non debiles, non rauci. Facti hi conversi, si asceticæ vitæ cupidi. Chorales, clerici non aliter quam post multa experimenta ex speciali quadam gratia. Chron. Windesem. *lib.* 2. *cap.* 56. *Cumque ad ordinem nostrum clericorum vehementer aspiraret, & gratiam apud fratres ad hoc non impetraret, eo quod in natalibus habens defectum in clericatu quoque deficeret, tandem eum in conversum receperunt,* & mox: *tam amabilem & industrium fratribus se cunctis exhibuit, ut ad preces ejus plurimas & multum instantes a priori sententia tandem deflexi, a rusticanis abstractum laboribus, ad choralium fratrum consortium, impedimentis quibuscunque non obstantibus, ipsum gratiose susciperent.* Add. *ibid. cap.* 66. *in fin.*

Fratres interim propter Regulam. Vivebant enim secundum regulam, aut S. Augustini, ut Canonici Regulares, aut S. Benedicti, vel Columbani, ut monachi. Miræ. 1. *diplom. Belg. cap.* 5. Chron. Windesem. *lib.* 2. *cap.* 34. *frater Goswinus de Tyela donatus.* Communis eorum victus. Beneficiorum, orationum, immunitatum participes. Sed ut dixi suffragium in conventu iis nullum. Chron. Montis-Sereni ad Ann. 1242. *Inter psallendum vero clerici dextrum, & laici fratres sinistrum chorum tenebant, quod monstrum nunquam prius in ecclesia visum est. Ad quod tamen figurandum istos fortassis antiquum Romanorum induxit exemplum, qui aliquando pro sui paucitate servos ad militiam assumere sunt coacti, licet isti legitimarum personarum numero abundarent. Fratribus sane laicis in electione Prælatorum nihil unquam juris fuit, nec ad solemnitates hujusmodi admittebantur: tantum electo simpliciter obedientiam promittebant.* Proprium etiam nihil. Diversis semper ministeriis & servitiis addicti & intra & extra cellam pro Abbatis arbitrio. Vetus Auctor vitæ S. Wilhelmi Abbatis Hirsaugiensis Henrici IV. æqualis de iis, qui & cujusmodi, ita egregie: *Ad nocturnas vigilias omnes in ecclesiam conveniunt, quibus tamen propter diurnum injunctum operis laborem breviter Matutini decantantur, postea qui volunt ad lectos revertuntur, alii in ecclesia per-*

perseverant, donec nocturni a monachis finiantur. Summo mane missam audiunt, deinde ad Capitulum conveniunt &c. Quo peracto, & subsequente, quibus necesse est, peccatorum confessione, unusquisque ad opus sibi injunctum divertit. Nam illis injuncta sunt singula quaque officia intra vel extra cellam gerenda, qua tam fideliter, honeste, ac diligenter tractant, & administrant, ac si a Deo sibi commissa. Nil proprium possident, sed sicut in Actibus Apostolorum legitur, omnia in medium conferuntur, unicuique, prout opus habet, distribuitur. In agendis negotiis non solum lites ac jurgia devitant, sed etiam ab otioso sermone se continent. Pralatis suis obtemperant, sine quorum permissione, nec etiam extra cellam longius iter agunt &c. Revertentes de via veniam petunt pro excessibus in via commissis. In coquina serviendo, & tam sibi quam hospitibus cibum parando septimanas suas vicissim peragunt, cibum una capiunt, quem sibi invicem apponunt. Add. Chron. Windesem. *lib.* 2. *cap.* 57. *Monachos ad succurrendum* vocant vetera Necrologia. Sic Sandionysianum: *v. Kal Februarii obiit Gerardus monachus ad succurrendum.* Et: *xi. Kal. Novemb. obiit Vincentius monachus ad succurrendum.* Martyrologium Corbejense: *Pridie Idus Januarii obiit Walterus monachus nostra congregationis ad succurrendum.* Idem: XVII. *Kal. Februar. obiit Odoardus monachus nostra congregationis ad succurrendum.*

Leken-monnicken magistratus Ultrajectini Acta *ad Ann.* 1546. *des Saturdachs den x. Jul.*

Believt by den Rayde op huyden vergadert wesende, Alse datmen tot deser Stadt coste van Stadts wegen beschryven sal een Leken-monnick van Mariendael, ende noch andere personen, die kennisse hebben van den stroom in der Lecken te bedwingen ende te leyden.

Qui & se & sua omnia monasterio offerebant, *Donati* etiam dicti, *Deonandi, Oblati.* Chron. Windesem. *libi.* 1. *cap.* 36. *Vidensque ibidem plusquam centum velatas moniales, conversarum quoque, donatarum, & familiarium non parvum numerum.* Chron. montis S. Agnetis *cap.* 29. *Sepultus est in cœmiterio laicorum cum oblatis & donatis domus nostra.* Vulgo omnes *Conversi.* Charta apud Miræum *notit. eccles. Belg. cap.* 220. *Animo & intentione fundandi conventum, appellandum B Maria in Bethleem, Ord. Cisterciensis, ad numerum tredecim monachorum, & quatuor laicorum sive Conversorum.* Vid. Lanfranc. *decret. cap.* 1. *sect.* 5. *sub med. & sect.* 4. *post init.* Menard. *ad cap.* 70. *Concord. Regular. p.* 1028. Chron. Windesem. *lib.* 1. *cap.* 29.

Nec mirum de fœminis. In eodem cœnobio & viri & fœminæ, ut in Murensi in Helvetia, Marchianensi, Hasnoniensi, & Dononiensi in Belgio olim, & quodam S. Mariæ prope castrum in Heinsberg. Vid. Miræ. *notit. eccles. Belg. cap.* 41. *in not. & ibid. cap.* 114. & 162. Acta Murensis monasterii *p.* 37. Congregatio monachorum. Congregatio monialium, Congre-

gregatio Canonicorum, Canonicarum &c. Sed distinctis ædificiis. Miræ. *diplom. Belg. part. 2. cap.* 12. Acta Murens. *d. loc. n.* 12. Unus autem qui præerat, Abbas, Cœnobiarcha. Auctor vitæ S. Ottonis apud Canis. *tom.* 2. *antiq. lect. cap.* 73. *Placuit sermo Abbati & fratribus venientesque in atrium Basilicæ ante fores claustri, quo virgo sancta cum convirginibus clausa degebat &c.* Et hinc Montis-Sereni Chronicon supra ad Ann. 1235. *eos vero qui partium erant Præpositi tam in congregatione virorum quam fœminarum &c.* Idem ad Ann. 1223. *Quia vero fœminas quoque conversas emigrare proposuerat, plerique hac audientium consueto laicis more loquentes dicebant, moniales illas a monachis stupratas esse, quibus jam pariendi tempus instaret &c.*

Sæpius quidem vetita claustra hæc duplicia ob turpitudinis suspicionem, *can. diffinimus, can. in nullo, can. perniciosum* 18. *qu.* 2. Vetuit Justinianus etiam, *l. Sanctissimarum* C. *de episc. & cleric. nov.* 123. *cap.* 36 Sed frustra & nequicquam. Extruxit plura nihilominus etiam S. Brigitta, de quibus Antoninus Florent. *Chron. part.* 3. *tit.* 14. §. 4. Plura etiam similiter Gilbertus de Semplingham de consilio Bernardi Abbatis Clarevallensis, quamvis fama minus læta. Nec pepercit Nigellus ejus ævi Satyricus:

Harum sunt quædam steriles, quædam parientes,
Virgineoque tamen nomine cuncta tegunt.
Quæ pastoralis baculi dotatur honore,
Illa quidem melius fertiliusque parit.
Vix etiam quævis sterilis reperitur in illis,
Donec eis ætas talia posse neget.

Vid. Guillelm. Neubrigens. *rer. Anglic. lib.* 1. *cap.* 16. Alteserr. 6. *ascetic.* 11.

Canonicæ etiam non minus quam Canonici duplices. Seculares & Regulares. Chronic. Montis-Sereni ad Ann. MCCXXIII. *Reditusque quantos poterat tempore oportuno loco ipsi acquirens, regulares in eo canonicas instituere intendebat, &c.* Jacob. de Vitriaco *hist. Occident. cap.* 31. *In partibus Hannoniæ & Brabantiæ, & in quibusdam Teutonicorum & Alemannorum provinciis, quædam sunt mulieres, quas Canonicas seculares seu Domicellas appellant: non enim Moniales nominari volunt, sicut Canonici seculares monachi non dicuntur.* Annal. Colmariens. *part. ult. ad Ann.* 1268. Theod. Engelhus. *pr. hist. in vit. Henrici Aucupis.* Chron. Windesem. *lib.* 2. *cap.* 45. Chron. *mont. S. Agnetis cap.* 24. Gobelin. Person. *Cosmodrom. ætat.* 6. *cap.* 41. & 1.90.

Cano-

Canonici, inquit, *seculares*. Quam maxime ergo regulares. Saltem instar hi monachorum. Et hinc est, quod distincte in Actis S. Ludgeri *cap.* 5. *Tribusque continuis annis paterna in monachorum monasterio sollicitudine erudiitur*. Vita S. Glodesindis apud Labbeum *to.* 1. *Biblioth. p.* 739. *Ad ejus exemplar reliqua extra vel infra virorum & feminarum, sicqua etiam sub nomine Canonicorum erant, composuit monasteria.* Jo. a Leidis *lib* 3. *cap.* 18. *Condidit in civitate Trajectensi ecclesiam & monasterium Canonicum immediate prope aliam domum orationis sancti Salvatoris nostri.* Add. *cap.* 12. *extr. de et. & qual. & ord. praf.* Meibom. *ad hist. de Henr. Leon. in fin.* Crantz. *lib.* 3. *metrop. cap.* 15.

Monasterium, inquit, *Canonicum*. Quod *Canonica* etiam alibi. Charta Alexandri Papæ Ann. 1070. apud Miræum *notit. eccles. Belg. cap.* 91. *Alexander episcopus servus servorum Dei, Erleboldo Præposito Harlebecensis Canonica S. Salvatoris, sita in episcopatu Noviomensi &c. te ac prænominatam Canonicam, cum omnibus sibi pertinentibus, sub tutela Apostolicæ defensionis suscipimus, & confirmamus dictæ venerabili Canonicæ, quicquid hactenus habuit &c.*

CAPUT III.

Ædes S. Martini an S. Salvatoris Ultrajecti vetustior. S. Salvatoris etiam S. Mariæ dicta. Item S. Bonifacii. S. Martini major dicta absolute. Ecclesia item simpliciter & ecclesia Trajectensis. Trajectum monasterium. Novum, majus monasterium. Monasterium Westphaliæ urbs.

Cæterum de eo disputatum semper, quæ vetustior ecclesia, S. Martini an S. Salvatoris. Nam nec olim id satis constitit. Vid. Bekam *in Bonifac.* Certum quod utraque a Willibrordo extructa. Sed quæ prior, aut posterior, plane id incertum. Ex epistola Bonifacii ad Stephanum Papam: *Presbyter quidam miræ abstinentiæ & sanctitatis generis Saxonum nomine Willibrordus &c. fama & delubra destruxit, ecclesias construxit & sedem episcopalem & ecclesiam in honorem S. Salvatoris constituens in loco & castello, quod dicitur Trajectum, & in illa sede & ecclesia S. Salvatoris, quam construxit prædicans usque ad debilem senectutem permansit, & sibi coëpiscopum ad ministerium implendum substituit, & finitis longæva vita diebus in pace migravit ad Dominum. Princeps autem Francorum commendavit mihi sedem illam ad constituendum & ordinandum episcopum, quod & feci. Nunc autem Coloniensis episcopus illam sedem præfati episcopi Clementis a Sergio Papa ordinati sibi usurpat, & ad*

 se

se pertinere dixit propter fundamenta cujusdam destructa a paganis ecclesia, quam Willibrordus diritam usque ad solum in castello Trajecto reperit, & eam proprio labore a fundamento construxit, & in honorem S. Martini consecravit. Add. Ioan. a Leidis *lib. 3. cap. 14.* ubi eadem hæc epistola, sed paulo aliter tamen legitur: *& ecclesias construxit, & sedem episcopalem in honore S. Martini, & Basilicam S. Crucis in loco & castello, quod dicitur Trajectum, ubi prædicans usque ad debilem senectutem mansit &c.*

Utriusque hinc Canonici propter litem de primatu vulgo olim *Domheeren.* Utrisque etiam jus concessum eligendi episcopum, ut latius mox dicam. Antiquior vulgo tamen credita S. Salvatoris. Et hinc vetus id monasterium. Novum S. Martini. Distincte adhuc Ultrajecti, *de Oud-munster trans, en de Nieu-munster trans. Munster* idem quod ecclesia, si spectet ad Canonicos, qui dicuntur Regulares, ut in charta apud Wassenberg. Embric. *lib. 3. p. 221. Priester unde Vicarius in Sinte Martens Munster tot Embrick,* & mox: *dan solden die Deken, Capittel, ende Vicarii mit den Cureit van Sinte Martens Munster tot Embrick voorgemelt.* Charta apud Hedam in Bernulpho episcopo, Ann. 1050. *Humilio & dono caput meum liberum ad altare sancti Mauritii in novo monasterio de Utrecht,* & mox: *Actum loco publico Utrecht XII. Kal. Augusti, sub præsentia memorati episcopi &c. novo monasterio beati Martini, astantibus testibus Heremanno & fratre ejus Gerardo &c.*

S. Salvatoris etiam *S. Mariæ* dicta, nondum scilicet extructa, quæ jam S. Mariæ est. Charta apud Hedam in Anfrid. episcop. *Pro meo meorumque parentum remedio &c. trado ad ecclesias sanctæ Mariæ semper Virginis sanctique Martini in Trajecto, ad restaurandam ibidem Dei servitium &c.* Ex charta Ottonis I. Ann. 944. *In duobus monasteriis inibi Deo famulantium, unum in honorem S. Martini dedicatum, alterum vero S. Dei genitricis omniumque SS &c.* Heda in Bernulpho: *Apud Daventriam instauravit templum Divi Lebuini, ubi & partem Canonicorum ex ecclesia beatæ Mariæ Trajectens. quæ sancti Salvatoris nunc dicitur, transmisit.*

S. autem *Mariæ*, quod in ejus etiam honorem ut & Petri & Pauli extructa & consecrata. More olim recepto, quo pluribus simul Sanctis templa, aras dedicabant. Charta apud Miræum *notit. eccles. Belg. cap. 14. Ego inluster vir Karolus, Major domus &c. trado ad basilicam, quæ est constructa in honore Salvatoris Domini nostri Jesu Christi, & B. Mariæ genitricis Dei, sed & beatorum Apostolorum Petri & Pauli &c.* Ibid. *cap. 16. Cum basilica inibi constructa, quam ego proprio labore ædificavi in honore beatæ Mariæ, & S. Petri, S. Ioannis, & S. Servatii, & S. Lamberti &c.* Gesta Aldrici Cenomanensis episcopi *cap. 2. Fecit quoque atque sacravit jam dictus Pontifex in superiori & in dex-*

ter-

tera parte ipsius ecclesiæ aliud altare in honore S. Stephani, & S. Vincentii, & S. Gervasii, sanctique Privati, sive S. Quirini, nec non & S. Nazarii martyrum Christi. Add. Miræum *notit. eccles. Belg. cap.* 93.

S. Bonifacii etiam, quod ab eo renovata. Primum oratorium tantum, ut Beka in *Bonifac.* Anonym. Egmondan. ad Ann. 1148. *Templum autem S. Salvatoris, quod & templum S. Bonifacii &c.*

Et hinc quæstio haud dubie. Hinc dissidit olim causa. Si primum tantum oratorium, si a S. Bonifacio ita hæc restaurata, ut & S. Bonifacii dicta, quod S. Martino fasces cesserit, non mirum. Major S. Martinus, vir Apostolis comparandus, ut Sulpitius Severus vult *lib.* 2. *hist.* & specialis Trajectensium & dioecesis patronus. Unde & S. Martini *major* dicta absolute. Nec *novum* tantum, ut supra, sed & *majus monasterium.* Charta apud Buchel. ad Hed. in Godebald. *Præsentibus videlicet Lubberto Decano majoris monasterii, Adalwino, Luthardo, Hardiberto, Ottone, Conrado, Temone, Adelardo. Henrico Decano de S. Bonifacio &c. Ecclesia* etiam simpliciter & *ecclesia Trajectensis.* Ipsius Præpositus per excellentiam *Præpositus*, & *Præpositus Trajectensis*, aut *ecclesiæ Trajectensis.* De ceteris cum sermo, nomen additur speciatim. Charta apud Buchelium ad Hed. in Andrea episcopo: *Testes de S. Martino, Hardbertus Præpositus, Lubertus Decanus, Simon filius Comitis Hollandiæ, Wernerus Præpositus de Berch, Conradus, Henricus, Adelard; de S. Bonifacio, Wichardus Decanus, Dietberus, Sibrandus, Simon &c.* Charta Conradi III. apud Hedam in Heribert. *Conradus frater noster Præpositus, Decanus, & Capitolum Majoris ecclesiæ dictæ civitatis &c.* & mox: *& propter hoc volentes eandem ecclesiam majorem Trajectensem honoris prærogativa speciali sublimare &c. antedictis Præposito, Decano, ac Capitulo ecclesiæ Trajectens. & dilectis nostris Præposito, Decano, & Capitulo ecclesiæ sancti Bonifacii ejusdem loci eidem majori ecclesiæ ab earum fundatione speciali fraternitate, ut nobis innotuit, conjunctis &c. ut cum episcopatum prædictum vacare contigerit, iidem Præpositi, Decani, & Capitula majoris & sancti Salvatoris Trajectens. antedicti, & nulli alii &c.* Ibid. *Conradus frater noster Præpositus Trajectensis, Emo Præpositus sancti Bonifacii, Conradus Tielensis Præpositus, Lambertus sancti Petri Præpositus &c.* Major etiam haud dubie ob structuræ amplitudinem, quæ & S. Salvatoris, ut videtur, absorbuit, præsertim postquam auxit, & splendoris multum & magnificentiæ adhuc addidit Adelboldus, sumptu facto tam ingenti, ut ad eam dedicandam cum duodecim episcopis Henricus Imp. Trajectum accesserit. Io. a Leidis *lib.* 9. *cap.* 10.

Certe & certum & exploratum id, quod ubi S. Salvatoris demonstratu difficile. Scio, S. Martini vicina, contigua, sed & ita contigua, ut & ambitu & structura eam premens cohæserit. Nam & certum, quod porticus, Academiæ

demiæ jam juncta, per quam sacra processio olim, & quæ aut claudit aut cingit tria latera istius areæ, quæ *t'Vrythof* ab *ἀσυλίας*, quam confugientibus eo præstitit, Basilicæ olim cathedralis. Et statim tamen ex ea in cœmeterium transitur, quod vulgo hodieque adhuc *t'Oude Munsters kerckhof*. Extat cœmeterium. Templum ipsum non extat. Nec in eo, quod non extat, Canonicorum conventus, sed in domo, quæ aut pars est, aut saltem quæ juncta est S. Pauli ecclesiæ. Sic S. Martini seu ecclesiæ cathedralis Canonicorum conventus, ubi jam auditoria. E majori in locum itur, in quem conveniunt Professores. Sed hic S. Salvatoris olim, non ecclesiæ cathedralis. Sic ut templum haud dubie, ubi ædes, quæ ad Boream plateæ, quæ jam vulgo *d'Oudmunster trans*.

Non autem id insolens, quod monasterium, quod in oppido, Trajectum monasterium dicatur ab ipso oppido, ut ab Altfrid. *d. loc.* De Gandavo jam dixi. Charta apud Miræum *notit. eccles. Belg. cap. 27. Abbas ex monasterio quod dicitur Ganda, quod situm est in pago Brachbatense.* Vid. supr. *cap. 1.* Sed & aliud exemplum est. Monasterium etiam Westphaliæ urbs ab extructo ibi monasterio *Monasterium* deinceps dictum. Altfrid. *ibid.* Krantz. *lib. 2. Saxon. cap. 16. Per idem tempus in loco Mymyngrode in media Westphalia fundavit episcopatum alium, cui sanctum præfecit Ludgerum, virum incomparabili devotione in Deum & religionem Christianam. Hic est Monasteriensis episcopatus: nam civitas, extructo ibi monasterio, Monasterii nomen accepit.* Monachodamo etiam, *Munnickendam*, non aliunde olim nomen. Boxhorn. *Nederl. hist. p. 122.*

CAP.

CAPUT IV.

Ultrajectum ad Rheni ripam. Et non cis sed trans Rhenum. Rheni olim tria ostia. Quod ad Catvicum ingressus olim S. Willibrordus. Quod ad Brielam Bonifacius. Quod ad Catvicum quando clausum. De Tolsteegh poort unde.

A trajectu Trajectum dixi. Et hinc, *de Tolsteegh Poort*, a portorio quod, cum Rheni ibi ostium, pro trajectu solutum. Hortens. *lib.* 1. *hist. Quod autem ostium ad urbem fuit, mercibus secundo Rheno importandis evehendisque celebre, manifesta extant vestigia. Portæ, qua urbem intrabat ad meridiem, a telonio publicanorum, a quibus merces accidebantur, durat suum vocabulum.* Ostium quod haud dubie multarum navium tum capax. Otto Frisingens. 1. *de gest. Frid. Barbaross cap. pen. Trajectenses Fridericum in civitate non sine fastu habebant, Hermanno ejecto. Itaque conductum primo de personarum incolumitate petentes, cum magna multitudine navium a Rheno per Wal fluvium, qui ab eo scissus ipsius brachium esse noscitur, veniunt, &c.*

Urbs ergo ad Rheni ripam. Sed respectu Galliarum non cis sed trans Rhenum. In solo Germanico. Saltem pars, ut Cluverus vult *de tribus Rhen. alv. cap.* 21. *p.* 199. Æn. Silvius *de stat. Europ. sub Frideric. III. Nam quo pacto Trajectum Galliæ dabimus trans duo Rheni brachia situm? quando & qui cis Rhenum habitant Colonienses, Clivensesque, constat esse Germanos. Trajectensium quippe situs, mos, sermoque Germanicus est.* Servius ad illud Virgil.

Rhenusque bicornis.

Rhenus, inquit, *fluvius Galliæ, qui Germaniam a Gallia dividit.* Initio etiam Rhenus non Leccæ alveo ingressus mare, sed contra ad Dorestadum anfractuoso quodam cursu abiens in diversum alluit Ultrajectum. Versus inde in Occidentem & sinuoso divortio Leydam præterlapsus ad Catvicum vasto gurgite in Oceanum effudit se. Hortens. *lib.* 1. *hist.* Veldenaer *Chron. Holl.* pr. Willibr. Bosschaerts *de prim. vet. Fris. Apost. diss.* 17.

Nec de eo dubitandum. Rheni olim tria ostia. Flevum aquis jam absorptum, terris etiam inundatis, ubi Sinus Australis jam. Ad insulam olim *Vlie-*

Vlielandt, ut communis opinio est. Alterum Helium ad Brielam. *De Wielingen*, ut putant. Plinius: *In Rheno ipso prope centum millia passuum nobilissima Batavorum insula, & Caninefatum, & alia Frisiorum, Chaucorum, Frisiabonum, Sturionum, Marsacorum, quæ sternuntur inter Helium & Flevum. Ita appellantur ostia, in quæ effusus Rhenus a Septentrione in lacus, ab Occidente in amnem Mosam se spargit.* Tertium ad Catvicum. Et id haud dubie, ad quod appulit e Britannia Willebrordus. Nam qui alioquin ex Rheni ostiis, postquam modicum recreatus, venisset mox Ultrajectum, ut Alcuinus scribit in ejus vita: *Igitur*, inquit, *vir Dei cum sociis navigarit, donec prospero cursu ad ostia Rheni fluminis vela deposuit, ibique optata telluris statione refocillati sunt, & mox ad castellum Trajectum, quod in ipsa fluminis ripa situm est, pervenerunt.* Leydam, puto, prætervectus appulit circa Ann. 690. quo nondum ostium id obstructum. Jo. a Leidis *lib.* 1. *cap.* 10. *Apud cursum Rheni fluminis magnum castrum fundaverant, quod nunc Leydis nominatum. In eodem ergo Leydensi castro ordinaverant Burchgravium, seu Castellanum, &c. ut cum eis defenderet & secure reduceret mercatores euntes & redeuntes ab illo castro ad castrum Wiltenborch & Slavenborch, & ideo dicebatur castrum illud Leyden, id est ductio.* Bosschaerts *de prim. vet. Fris. Apost. diss.* 24. & 27.

Arenarum dein tumulis, quarum prima, opinor, mentio in Annal. Bertinian. ad Ann. 839. clausum sensim & extinctum. Nec tantum sensim sed & serius. Nam nec ejus altitudinis tumuli ad id hodie, ut ad reliquum litus. Jo. a Leidis putat circa Ann DCCCXL. Ita enim *lib.* 5. *hist. cap* 30. *Circa annos Dominicæ incarnationis octingentos quadraginta, tempore beati Hungeri, Trajectensis episcopi, signum mirabile apparuit in cælo. Stellæ enim visæ sunt undique tanquam ex alto Horizontis, mari profluere circa poli cardinem, omnes fere invicem inter se concurrere. Quod prodigium secutæ sunt tristes calamitates, aëris videlicet maxima intemperies, crebri ventorum intolerabiles turbines, fluminaque terminos longe suos ultra solitum transgredientia, quasi quædam cataclysmi imago. Nam Rhenus, qui per Dorestadum, Trajectum, & Catwijck in occiduo mari fluere solitus erat, propter nimiam maris exuberantiam &c. conversus est retrorsum, ita quod in Hollandia & Batua homines & jumenta, in maxima quantitate suffocati, miserabiliter perierunt &c. Incolæ autem tum Hollandenses, Trajectenses, Bathuenses, unanimi consilio, ne deterius quid de cetero passuri essent, a Dorestado ab utraque parte cujusdam modici amnis stillantis a Rheno, dicti Lubne, sive Lecca, aggeres construentes in eos Rheni fluvium deduxerunt. Obstructo itaque antiquo Rheni fluminis meatu, scopuli in Catwijck, ubi Rhenus fluxit, reintegrati sunt.*

Sed fragmentum Radbodi episcopi Trajectini apud Hedam in ejus vita est, ex quo videtur id referendum ad Ann. DCCCC. Historia est eadem. De Rheno tamen nihil, quod ad Catvicum obstructus tum. Unde & verisimile, quod

quod id factum paulatim. Facit quod Woerdæ in veteri quadam tabula, quæ in templo Lutherano & rerum memorabilium breve exhibet quoddam Chronicon: *Ann.* 1050. *Liep den Rhyn noch hier door na Leyden en Catwijck in Zee.* Quod si verum, non mirum, quod Anno adhuc MCLXX. usque ad mœnia Trajectina deductum mare ventorum vi. Io. a Leidis *lib.* 8. *cap.* 8. *Anno Domini millesimo centesimo septuagesimo validissima ventorum intemperies in autumno truculenter inhorruit, ita quod inundatio maris usque ad muros urbis Trajectensis impetuose defluxit &c.* Vid. *supr. cap.* 12. *lib.* 1. Sed nec mirum, quod Gobelin. Persona non meminit ostii ad Catvicum agens de Rheni ostiis *Cosmodrom. ætat.* 1. *cap.* 5. Diu id jam extinctum. Sero enim Gobelinus, & decimo quinto demum seculo, ut testatur de se ipse, ad scribendum accessit. Vid. *Chron. in fin.* Quod autem ad Radbodum *Anno*, inquit, *ab incarnatione Domini* DCCCC. *apparuit in cœlo mirabile signum, stellæ enim visæ sunt undique tanquam ex alto in Horizontis imum profluere circa poli cardinem, omnes fere inter se invicem concurrere: quod prodigium secutæ sunt tristes rerum calamitates, aëris videlicet maxima intemperies, crebrique ventorum turbines, fluminum quoque terminos suos transgredientium terribilis quadam quasi cataclysmi imago. Et quod bis pestilentius est dira hominum adversus Deum se extollentium tempestates &c. Hoc ergo erit epitaphium meum de viatico Christi &c.* Obiit Radbodus Ann. DCCCCXVII. 3. Kal. Decembr. episcopatus sui anno XVIII. Heda *ibid.*

Haud dubie ergo & id ostium, quod ad Catvicum, ingressus & per id iter etiam fecit S. Lebuinus circa Ann. Christi DCCCL. sub tempus Gregorii episcopi Trajectini. Hucbaldus qui claruit circa Ann. 923. sub Baldrico episcopo in vita S. Lebuini: *Exiens de terra & cognatione sua, posthabita insula Anglorum, evectione navali Trajectum petiit castrum, Wiltenburgum antiquitus dictum, modo vero Trajectum, ubi reperiens quendam venerabilem virum nomine Gregorium ex nobili Francorum sanguine procreatum a B. Bonifacio Archiepiscopo olim a pueritia nutritum.* Bonifacius contra id quod ad Brielam ingressus. Argumento est, quod dicatur mox ad *Dorstat* pervenisse, & tum ad Trecht seu Trajectum. Sed idem postquam Trajecti Radbodum allocutus, cum dicatur mox rursum in Angliam discessisse, Trajecto haud dubie Catvicum, & sic in Angliam discessit. Vid. Othlon. *de vit. ej. lib.* 1. *cap.* 8. *& seq.* S. Wilibald. *de vit. ej. cap.* 4.

Obiter adhuc addam: Rheni ostia olim tria. Et tamen passim bicornis. Rhenum Æthicus absolute vocavit *Bicornium*. Panegyrista ad Constantinum: *Nostri greges flumine bicorni mersantur.* Virgil.

— — — — — *Rhenusque bicornis*

Z Auso-

Ausonius:

— — — — — *dicere bicornis*

Claudian.

— — — — — *te Cimbrica Tethys*

Divisum bifido consumit Rhene meatu

Nec mirum. Ante ductam a Druso fossam duo tantum ejus ostia. Ducta ea Orientem versus accessit demum tertium. Medium id quod obstructum jam. Reliqua alterum ad Orientem alterum ad Occidentem aliis atque aliis nominibus appellata. Alterum etiam omissum sæpe. Omisit Tacitus orientale *lib. 2. annal.* Mela occidentale ostium. Et deinde tertium id ad Orientem ita in lacus & paludes effusum, ut lacus potius quam flumen in Oceanum putarint labi. Unde & lacus & ostia distincta a Claudiano 1. *in Stilic.*

Ad bifidos tractus & juncta paludibus ora

Et hæc ratio est, cur & fossa jam ducta Rhenus adhuc tantum duplex. Pacatus ad Theodosium: *Quæ Rhenus aut Vacalis vidit aggrediar.* Zosim. *lib. 3. hist. Appulsis ad Bataviam navibus, quam divisus Rhenus insulam efficit, quavis insula fluminea majorem.* De tertio lacuum & paludum concursu absorpto, Mela de situ orbis *lib. 3. cap. 3. Ad dextram primo angustus & sui similis, post ripis longe ac late recedentibus, jam non amnis, sed ingens lacus, ubi campos implevit, Flevo dicitur, ejusdemque nominis insulam amplexus, fit iterum arctior, iterumque fluvius emittitur.*

CAP.

Caput V.

Ultrajecti vetustas. Arx & solium regni Frisiæ. Cur habita a nonnullis Hollandiæ metropolis. An incolæ omnes adhuc ethnici ante adventum Willibrordi. An primus Frisios ad Christum converterit Willibrordus. De S. Eligio. Zelandi Suevi etiam dicti. Et quæ ratio quod Suevi. Zelandia Flandriæ olim nexa. Menapii Flandrorum pars. Qui proprie olim Flandri.

Cæterum Trajectum urbs antiquissima. Et jam celebre ejus nomen Caroli Magni ætate. Imo & ejus proavi Pippini Herstalli. Beda *lib.* 5. *hist. eccles. cap.* 12. *Donavit autem ei Pippinus locum cathedræ episcopalis in castello suo inlustri, quod antiquo gentium illarum verbo Viltaburg, id est, Oppidum Viltorum, lingua autem Gallica Trajectum vocatur.* Caroli Magni charta apud Aimoinum: Ut *per nullos portus, neque per civitates, tam Virodunum quam Aurelianis, vel Ambianis, neque in Trajecto, neque in Dorstade, vel Neomago, neque per omnes pontes &c.* Certe & S. Ludgerus, Caroli Magni æqualis, antiquam jam vocat. Sic in libro, quo scripsit Acta S. Gregorii, & simul S. Bonifacii: *& doctrina sua S. Gregorius Trajectum antiquam civitatem, & vicum famosum Dorstad, cum illa inradiavit parte Fresoniæ, quæ tum temporis Christianitatis nomine censebatur.* Frisiæ etiam adscripta, ut & ipsa & diœcesis inferiori Germaniæ. Vita S. Meinwerci *cap.* 4. *Ad hujus inferioris Germaniæ septentrionalem tractum Trajectensis diœcesis est terminus, locus navium & vectigalium conventibus quæstuosus, magnatum & nobilium virorum gloria, quam in defensione gentis suæ, & patriæ, magnanimiter adepti sunt.*

Habita etiam a nonnullis Hollandiæ metropolis. Veldenaer *Chron. Holl. pr.* Ioan. a Leidis *lib.* 1. *cap.* 1. Haud dubie cum nondum hæc in id corpus redacta, in quod deinceps coaluit. Forsan etiam idcirco, quod Hollandia pars Frisiæ, in Frisia autem, ut Conringius vult de *urbib. German. th.* 26. a Francis urbs non inventa, cum Carolus Martellus Radbodo fuso victoque per Frisiam arma circumferret, si *unum*, inquit, *excipias Trajectum ad Rhenum*

num a Romanis extructum. Ait *a Romanis.* Non ergo a Dagoberto, ut Gobelinus. Persona ait *Cosmodrom. ætat. 6. cap.* 31. Sed quando & a quo, puto, plane id incertum. Id constat, quod Willebrordi jam tempore urbs admodum celebris. Solium tum temporis & arx regni Frisiæ. Theofrid. Abbas Epternacensis *de vita S. Willebrord. cap. 5. Quod anno ætatis suæ 33. in portum Gravelingæ villæ maritimæ, inde venit Trajectum, arcem tunc & solium regni Frisiæ.* Add. Vett. Monumenta edita a Tengnagelio *p.* 280.

Pagani incolæ adhuc omnes ante adventum Willibrordi. Pauci saltem Christiani. Nam quod nulli non puto. Contrarium arguit ecclesia & diu ante Willebrordum Ultrajecti extructa, sed a paganis destructa, ut in epistola Bonifacii est ad Stephanum Papam. Io. de Beka *in vit. Willebrord. Ad castrum Trajectense pervenit, quod in potestate Francorum Orientalium eo tempore fuit, ubi prope ruinam primordialis ecclesiæ S. Thomæ sacrum ædificavit in honorem S. Crucis oratorium.* Add. Io. a Leidis *lib. 2. cap.* 21.

Nec primus Frisiis Evangelium Willebrordus prædicavit. Et ante eum Eligius fuit temporibus Clotharii, Dagoberti, & Clodovei II. S. Audoen. *in vita S. Eligii lib. 1. cap. 9. Mortuo interea Clotario Rege Francorum, Dagobertus filius ejus monarchiam regni solus obtinuit, quo Eligius tanta familiaritate habitus est &c.* Idem *lib. 2. pr. Eligius itaque olim jam in Palatio militaverat &c. fuerat quoque de temporibus Lotharii mediani, mansueti Regis Francorum, & toto tempore Dagoberti inclyti Principis, nec non & Clodovei filii ejus, & usque ad initium regni junioris Lotharii &c.* Is episcopus Noviomensis, ut & Flandriæ universæ, ad quam spectabat Zelandia etiam, & Zelandia inprimis tum, cum nondum freto a continente sic, ut hodie, distracta. Nam quod connexa olim constat. Hontam duxit primus Otto 1. Imp. Reigersb. *Chron. Zel. part. 2. cap.* 1. Diss. Ren. Snoyus *lib. 1. hist.* Nec is deses Noviomi. Accensus zelo religionis lustravit circumquaque circumjectas provincias, ut & Frisiam universam, sanctitate vitæ, mansuetudine, comitate, & concionibus assiduis ab idolis conatus homines ad verum Deum pertrahere. Idem in vita S. Eligii apud d'Achery *to. 5. Spicileg. lib. 2. Hoc ergo modo aurificem invitum* (sermo est de Eligio) *detonsum constituerunt custodem urbium, seu municipiorum, his vocabulis, Vermandensi scilicet, quæ est metropolis urbs, Tornacensi vero, quæ quondam regalis extitit civitas, Noviomagensi quoque, & Flandrensi, Gandensi etiam, & Corturiacensi: ob hoc itaque eum vel maxime in his locis dederunt Pastorem, quod incolæ ejusdem regionis magna adhuc ex parte gentilitatis errore detinebantur, & vanis superstitionibus satis dediti erant &c.* & mox: *cap. 3. Præterea Pastoris cura solicitus lustrabat urbes vel municipia circumquaque sibi commissa, sed Flandrenses atque Andoverpenses, Frisiones, & Suevi, & Barbari quique circa maris littora degentes, quos velut in*

extremis remotos nullus adhuc prædicationis vomer impresserat, primo eum hostili animo & aversa mente susceperunt. Postmodum vero cum paulatim per gratiam Christi his verbum Dei insinuare cœpisset, pars maxima trucis & barbari populi relictis idolis conversa est ad verum Deum Christoque subjecta. Idem *ibid. cap.* 8. *Multum præterea in Flandris laboravit, jugi instantia Andoverpis pugnavit, multosque erroneos Suevos convertit.* Add. Henschen. *de episcop. Trajectens. lib.* 3. *cap.* 1.

Iidem *Suevi* hic, qui Zelandi. Nec de eo puto dubitandum. Sueviæ enim Teutonicæ quæ cum Frisiis communio? cum Andoverpia? cum Flandris? *Zeuwen* Belgice, qui hic Suevi. Et id vult vocum affinitas. Gesta Normannorum apud du Chesne: *Normanni Tornaco civitate omnibusque monasteriis supra Scaldem fluvium anno* DCCCLXXX. *ferro & igne devastatis, & Cortriaco castro ad hiemandum constructo, Menapios & Suevos usque ad internecionem deleverunt, omnemque terram juxta flumina Scaldim & Legiam consumpserunt.* Menapios quod notandum, Auctor hic jungit *Suevis.* Menapii Flandrorum pars. Flandri olim Tornacenses, quorum etiam Gandavum, Brugæ, Slusæ, Aldenarda, & circum vicina oppida. Philippus ab Eleemosyna in vita S. Amandi tradit *urbem Menapiorum esse, quæ vulgato nomine Tornacus dicitur.* Ac deinde *Elnonem asserit intra Menapiorum positam fines*, Propontiis Nerviisque conterminam. Ubi Ms. suo antiquo charactere Henschenius adscriptum ait, *Menapios esse Tornacenses, Propontios Bracbatenses, Nervios Hainonienses.* Vid. Henschen. *de episcop. Trajectens. lib.* II *cap.* 5.

Flandorum pars dixi. Nam Menapios Flandris jungit Fulcuin. *de gest. Abbat. Lobiens.* apud d'Achery *to.* 6. *Spicil. cap.* 4. *Prædicandi gratia se Flandriæ intulit versus Menapum fines.* Charta item divisionis imperii inter filios Ludovici Pii Ann. DCCCXXXVII. apud Baluz. *tom.* I. *Capitul. Ardenna, Hasbania, Bragmento, Franderes, Mempiscon.* Ubi alii *Menapiscon.* Morini etiam Flandri. Chronic. Normann. cujus meminit Alteserr. ad Greg. Turonens. *lib.* 5. *Comes Morinorum, quos moderni Flandros nominant.* Hieronym. ad Ageruchiam *epist.* II. *Vangiones longa obsidione deleti. Remorum urbs præpotens, Ambiani, Atrabates, extremique hominum Morini, Tornacus &c.*

CAPUT VI.

Seculo septimo ad Frisios missi etiam SS. Wilfridus, Vulfrannus, Vicbertus. Ætas S. Willibrordi.

Sed & ante Willibrordum Wilfridus Frisiis prædicavit. Wilfridus tempore Adalgisi. Willibrordus Radbodi, qui Adalgiso successit. Beda *hist. eccles. lib. 5. cap. 20. Honorifice susceptus S. Wilfridus a barbaris ac Rege illorum Aldgislo, prædicabat eis Christum, & multa eorum millia verbo veritatis instituens a peccatorum suorum sordibus fonte Salvatoris abluit. Et quod postmodum Willebrordus reverendissimus Christi Pontifex in magna devotione complevit, ipse primus ibi opus Evangelicum cœpit.* Ita & Eadmerus in vita S. Wilfridi apud Henschen. *to. 3. SS. April. cap. 4. Ubi paululum*, inquit, *navis processit, mutato vento pulsus est Fresiam, ubi a barbaris ac Rege illorum Aldgislo honorifice susceptus &c.* Aldgislus hic Adalgisus. Guiliel. Malmesburiens. de eodem Wilfrido *lib. 3. de gest. Pontif. Anglor. Cujus ad prædicationem Adalgisus Rex gentilem tumorem inflexit, facilioremque in cæteros prædicationis viam aperuit.*

Wilfridus prior Willebrordo Dagoberti II. tempore. Willelm. Malmesburiens. *lib. 3. de gest. Pontif. Anglor. Iamque se verna temperies aperiebat in flores, cum Wilfridus itinere reincepto ad Dagobertum Regem Transrhenanorum Francorum venit &c.* Vid. Henschen. *ad vit. S. Suibert. to. 1. Mart.* Contra Willebrordus Childeberti, Clodovei III. Pippini Herstalli, & Caroli Martelli. Vid. Acta S. Wilfridi apud Henschen. *to. 3. SS. Mart.* Henschen. *lib. 2. de trib. Dagobert. cap. 11. & seq.* Wilfridus in Frisiam venit circa Ann. 678. Willebrordus circa Ann. 690. Bosschaerts *de prim. vet. Fris. Apost. diss.* 19. & 22. Wilfridus an diu hæserit Ultrajecti incertum. Willebrordus & diu hæsit, & floruit ibi circa Ann. DCCIV. Nec obstat, quod Anonymus apud du Chesne *to. 1. hist. Willebrordus* DCCXXVI. *a Sergio Papa Archiepiscopus ordinatus genti Frisonum prædicans virtutibus floruit.* Nulla hic contrarietas. Nam & diu ibi hæsit, & ætatem protraxit usque ad Ann. 739. Bosschaerts *ibid. diss.* 26.

Per idem tempus in Frisiam accessit etiam Vulfrannus Archiepiscopus Senonensis. Et paulo ante adduc Victbercht. Accesserant & alii. Sed Victbercht apud Frisios cum nihil proficeret, post biennium discessit. Beda *hist. eccles. lib. 5. cap. 10. At vero unus de sociis ejus, vocabulo Victbercht &c. ascendit*

ascendit navem, & Fresiam perveniens, duobus annis continuis genti illi ac Regi illius Ratbbodo verbum salutis prædicabat. Idem lib. 5. *cap.* 11. *Ut autem vidit vir Domini Egberht, quia nec ipse ad prædicandum gentibus venire permittebatur &c. nec Victberht illas deveniens in partes quidquam proficiebat, tentavit adhuc in opus verbi mittere viros sanctos & industrios, in quibus eximius Willebrordus presbyterii gradu & merito præfulgebat.* Add. *lib.* 5. *cap.* 12. Bosschaerts *d. loc.* Iunior eo Willebrordus. Nam & eum & Egbertum in Hiberniam secutus, utriusque auditor, & quidem sedulus. Alcuin. *in ej. vit. Horum*, inquit, *beatus adolescens æmulari cupiens religionem, cum conniventia Abbatis sui & fratrum in Hiberniam veloci cursu contendit, prædictorum Patrum familiaritati se conjungens, quatenus ceu prudentissima apis, ex eorum propinquitate mellifluos pietatis carperet flores, & in sui pectoris alveario dulcissimos virtutum favos construeret. &c.*

Quod ad S. Vulfrannum: & is Frisiis convertendis operam etiam dedit non minus quam Willebrordus. Radbodo uterque verbum Dei prædicavit. Eodem tractu etiam temporis. Acta S. Vulfranni apud Henschen. *to.* 3. *SS. Mart. Et jam Wilbrordum episcopum, cognomento Clementem, Doctorem præfatæ gentis accersiri jusserat, ut ad ejus consulta simul cum B. Vulfranno in doctrina suæ religionis concordante efficeretur Christianus.* Prior tamen Willebrordus. Nam & prior hic in Frisiam venit, a Sergio Papa missus circa Ann. 690. ut Baronius, ut Onuphrius, ut alii. Rym-Chronyck pr.

Ende wanten te Romen in die poert

Sergius die Paus benedide,

Ende hine Aertsbisschop wide

Te prediken des Heren woert.

Certe ante Ann. DCC. Nam obiit Sergius 6. *Idus Septemb. Ann.* DCCI. *indictione* 14. Vid. Chron. Reichersp. *ad Ann.* 698. Quod a Sergio autem missus, docent literæ etiam Bonifacii ad Stephanum Papam, quarum supra jam memini. Missus autem non simpliciter, sed missus Archiepiscopus Ann. 696. Beda diserte *lib.* 5. *hist. eccles.* 12. *Postquam vero per annos aliquot in Fresia, qui advenerant, docuerunt, misit Pippinus favente omnium consensu, virum venerabilem Vilbrordum Romam, cujus adhuc Pontificatum Sergius habebat, postulans ut eidem Fresonum genti Archiepiscopus ordinaretur. Quod ita, ut petierat, impletum est anno ab Incarnatione Domini sexcentesimo nonagesimo sexto.* Contra Vulfrannus *cum licentia Childeberti regis*, ut in Actis ejusdem est, *& Pippini Principis anno Dominicæ incarnationis* DCC. Jonas monachus Fon-

Fontanellensis in ejus vita: *Sicque in portu ejusdem monasterii navem ascendens navigavit Fresiam, & genti illi ac Duci ejus Rathbodo verbum Dei annuntiavit &c.*

Et hinc hactenus perperam I. a Leidis *lib. 2. cap. 21. Anno Domini septingentesimo vigesimo sanctus Wlfrannus Senonensis episcopus per divinum miraculum in visu admonitus est ad Frisiam tendere, & beato Willibrordo Archiepiscopo Trajectensi, pro convertendis Frisonibus diligenter assistere.*

Uterque ætatem protraxit usque ad Carolum Martellum, & circa idem etiam tempus fere in fata concessit, quo & Carolus Martellus. Sed mansit prædicans in Frisia & convertens gentiles ad Deum Willebrordus. Reversus contra in Galliam obiit S. Vulfrannus in cœnobio Fontanella. Chronic. S. Petri Vivi: *Anno* DCCXLI. *obiit S. Vulfrannus in cœnobio Fontanella, per quem conversa est ad Christum Frisia. Obiit & Carolus Martellus, sepultusque est in ecclesia S. Dionysii.* Conf. Io. de Beka *in vit. Willebrord. & ib. Buchel. lit. f.* Anonym. Egmondan. ad Ann. DCCXXXVI. Bosschaerts *de prim. vet. Fris. Apost. diss.* 145.

Caput VII.

De S. Adalberto. De S. Bonifacio. An post S. Willibrordum Hollandi diu adhuc ethnici. Lecca rivulus primum, dein flumen. Frisiorum Archiepiscopus primus S. Willibrordus. Nec primus tantum, sed & solus. Non Archiepiscopi, sed episcopi successores Willibrordi. Bonifacio qui successit; cur dictus & episcopus, & Abbas, & Presbyter. An Archiepiscopo Coloniensi Trajectini subjecti. An ejusdem suffraganei. An danda ab eo benedictio.

Nec primus ergo Willebrordus, nec solus Frisios convertit. Etiam plures cum eo alii. Præter S. Vulfrannum etiam S. Adalbertus, qui Egmondæ deinceps cultus. Annales Egmondani, qui inediti apud me: *Reverso autem S. Willebrordo S. Adalbertus &c. ejus extitit cooperator & servus*

rus fidelissimus, qui a S. Willebrordo specialiter ad Kennemariam delegatus ibidem in fide Catholica novella conversionis roboravit ecclesiam in loco qui nunc Egmonda vocatur, tum temporis Hallem dictus. Etiam S. Bonifacius. S. Willibaldus de Bonifacio : *S. hic Dei sacerdos cooperator factus etiam est per tres instanter annos Willebrordi Archiepiscopi, multumque in Christo laboravit &c.*

Nec statim etiam aut Vulfrannus aut Willebrordus perfecit rem. Nec simul & uno impetu abjecta a paganis majorum religio. Factum id pedetentim. Pars ultro accessere. Pars præmiis partim, partim vi ad Christianismum adacti. Willelm. Malmesburiens. *de gest. Anglor. lib.* 1. *cap.* 4. *Antiqui*, inquit, *Saxones, & omnes Fresonum populi, instante Rege Carolo, alios præmiis & alios minis sollicitante, ad fidem Christi conversi sunt.* Rym. Chronyck in Theoderic. I.

Dus als ghi hier hort vertellen,
Wies in Vrieslant die Kerstyn wet,
Ende worden ghetemt ende gheset
Bi der Fransoysen mogenthede,
Ende bider predicatien mede,
Dat si Kerstyndom ontfingen
Eer die Hollantsche Graven opgingen.

Bed. *lib.* 5. *hist. eccles. cap.* 11. Lambec. *orig. Hamburg. lib.* 1. *p.* 23. Et Hollandi adhuc diu ethnici. Et diu post Willebrordum : Ex epistola Bonifacii ad Stephanum Papam : *Tempore Sergii Apostolicæ Sedis Pontificis venit ad limina sanctorum Apostolorum Presbyter miræ abstinentiæ & sanctitatis, generis Saxonum, nomine Willibrordus, & alio nomine Clemens vocatus, quem præfatus Papa episcopum ordinavit, & ad prædicandam paganam gentem Fresonum transmisit in littoribus Oceani occidui.* & mox : *& magna pars illorum adhuc pagana est.* Idem satis significat etiam S. Ludgerus in vita S. Bonifacii : *Gregorius Trajectum, antiquam civitatem, & vicum famosum Dorstad, cum illa inradiavit parte Fresoniæ, qua tunc temporis Christianitatis nomine censebatur. Idem usque in ripam occidentalem fluminis, quod dicitur Lagbeki, ubi confinium erat Christianorum Fresonum ac paganorum, cunctis diebus Pippini regis &c. Lagbeki* haud dubie ibi idem quod *Lecca*, ut Brouwerus in *not.* vult. Nec id vero absimile, & ratio nominis satis arguit, nisi Lecca

adhuc nondum tanti, ut habita ejus ratio; rivulus primum, dein flumen. Heda in Hunger. & ibid. Buchel. in *not. lit. e.* Hortens. *lib. 6. hist.*

Multum tamen Willebrordus ad gentis contulit conversionem, vitæ sanctitate, & laudabili exemplo moratus prædicans apud eam usque ad ultimum vitæ diem. Ex epistola Bonifacii ad Stephanum Papam: *Qui per quinquaginta annos prædicans præfatam gentem Fresonum maxima ex parte convertit ad fidem Christi.* Recte *maxima ex parte.* Non parvam populi multitudinem, ut Chronici S. Benigni Auctor *to. 1. Spicil. p. 393.* Altfridus vitæ S. Ludger. *cap. 1. n. 4. Contigit autem Pippinum Ducem Francorum de hac luce migrasse, & filium ejus Carolum regno potiri patris, qui multas gentes sceptris adjecit Francorum, inter quas etiam cum triumphi gloria Fresiam, extincto Radbodo, paterno addidit imperio; in qua tunc gente S. Willibrordus positus est prædicator &c.*

Positus, inquit, *prædicator.* Sed non primus, ut dixi jam. Civiliter id accipiendum, quod in vita S. Gregorii: *& ab illustri & glorioso rege Pippino suscepit auctoritatem seminandi verbum Dei in Fresonia; in qua primus S. Willibrordus cognomento Archiepiscopus in conversione gentis illius initiavit rudimenta Christianæ fidei.* Non primus Frisios convertit. Archiepiscopus fuit primus. Primus qui mansit prædicans, qui sedem stabilem ibi fixit. Theofridus Epternacensis de vita S. Irminæ: *Diligebat præcipue sanctissimum Dei virum Willibrordum, qui illo tempore merito & officio dignissimus Antistes sanctæ Trajectensis ecclesiæ primus honeste aurigabat currum.* Vid. Henschen. *tr. de trib. Dagobert. lib. 2. cap. 12.* Sed quod notandum Archiepiscopus & primus & solus. Qui successerunt, non Archiepiscopi, sed episcopi duntaxat. Certum de Bonifacio, quod Archiepiscopus non fuit. Archiepiscopus Moguntinus fuit. Ultrajectinus non fuit. Gregorius, qui successit, episcopalis officii vicarius tantum dicitur. Presbyter item, ut & Abbas. Heda ex Hucbaldo *in Gregor. episcop. Pro tempore primum episcopalis officii in Trajecto castro, antea Wiltenburgh, vel etiam parochia vicarius.* Altfridus in *vit. S. Gregor. Sed & Abbas Gregorius migravit ad Dominum, & suscepit curam Pastoralem Albricus nepos ejus.* S. Ludgerus ipse in vit. S, Gregor. *Talibus successibus & vitæ meritis beatus Abbas meus & Præceptor Gregorius.* Acta S. Ludgeri: *Gregorius non erat ad gradum episcopalem ordinatus, sed Presbyter Pontificali cathedra præsidebat.* Episcopi tamen instar, & Bonifacii successor. Eadem *cap. 6. Gregorio profecto ad Dominum Albricus in episcopatum successit.* Quo pertinet, quod minus proprie Othlonus vitæ S. Bonifacii *cap. 45. Tunc vero*, inquit, *Gregorium ad Triecht episcopali ordine consecratum direxit.* Revera Presbyter tantum, secundi ordinis Antistes. Sic scribens ad eum Lullus: *Claræ Christi ecclesiæ lampadi lucifera, meoque in doctrina legis devotissi-*

mo adjutori, Gregorio duplici Presbyteratus, Abbatisque honore cum præcedente propriorum meritorum suffragio decorato, Lullus &c.

Abbatis, quod præesset Canonicis Ultrajecti. Nam & Abbas, qui Canonicis, si regulares sint, præest. Sed cur episcopi tantum instar? Cur Presbyter, & non episcopus? Ratio alia vix succurrit, quam quia ei defuit benedictio episcopalis. Et si quæratur, quid ita? Ratio est haud dubie, quod post decessum Willibrordi statim de eo contentio, utrum sedes Trajectina subjecta Coloniensi, an Papæ immediate. Ad Papam retulit Bonifacius. Et extat epistola ejus, inter eas, quæ editæ, XLVII. Sed visus is pronior in partes Coloniensis, Gregorio hoc præsertim aut non multum reluctante, aut causam non prosequente vel ob opes exhaustas, vel ob humilitatem & singularem modestiam. Heda in ejus vita: *Gregorius vero in tantum dicitur detestatus divitias, ut dulce venenum & præparationem ad interitum eas appellaret, in erogandis eleemosynis largissimus.* Posterius etiam innuit Joan. a Leydis *lib.* 4. *cap.* 2. Evastatam a Danis diœcesim cum scripsisset, *quapropter*, addit, *ecclesia Trajectensis cum sua diœcesi spoliata tam egestuosa effecta est, ut contra Archiepiscopum Coloniensem visitare Curiam Romanam ac prosequi non valebat pro Archiepiscopali benedictione. Et ipsi Trajectenses paupertate compulsi sunt accipere simplicem benedictionem ab Archiepiscopo suo proximiori. Et quemadmodum Abbates longo tempore missam celebraverunt sine infula, id est, mitra episcopali &c.* Add. Snoy. *lib.* 4. *hist.*

Compulsos ait, & recte. Nam necessaria benedictio. Ivo *epist.* 54. Sed non necesse absolute, ut Archiepiscopus eam daret. Etiam Papa eam dedit. Nec conditio ejus, cui Papa, eo ipso deterior. Melior potius, quam deterior. Petri manibus consecratus tum, cujus Papa successor. Papa enim quod agit, Petrus creditur fecisse ipse. Petri manibus consecratum se Ivo jactat & gloriatur, a Papa consecratus, cum Senonensis Archiepiscopus, cujus erat suffraganeus, sed quem habebat infestum, difficilem præbuisset se. Sic *epist.* 8. *Richerio Dei gratia Senonensi Archiepiscopo Ivo per eandem gratiam Petri manibus ecclesiæ Carnotensi consecratus & delegatus episcopus, a Romana ecclesiæ pace non discedere, & siquid aliter sapuit, valde velociter resipiscere.* Data etiam a Coloniensi Trajectinis benedictio. Et vulgo data. Non nego. Rerum Ultrajectinarum vetus scriptor ineditus de Ottone II. *Statim sicut novus Dominus & electus ab Imperatore Friderico hujus nominis secundo regalia & episcopalem de licentia Coloniensis Archiepiscopi apud Vranckenvorde accepit benedictionem &c.* Idem de Wilbrando: *In via autem apud Werdene a filio Imperatoris tunc in regem electo & consecrato regalia accepit. Ex hinc de Colonia ubi se illi ecclesiæ & suo Archiepiscopo repræsentans debitam faciens obedientiam Trajectum ire disponit.* Add. Ioan. a Leydis *lib.* 24. *cap.* 2. & *lib.* 27. *cap.* 14.

Sed non multum Coloniensi tamen tribuit benedictio hæc. A multis spreta & neglecta. Necessaria quidem, ut jam dixi. Sed ex causa etiam spreta. Ivo *epist.* 61. *Quod si aliquando contigit penuria catholicorum episcoporum, vel aliqua alia necessitate cogente aliquem episcopum a comprovincialibus non fuisse consecratum, non debent hæc exempla præjudicium facere legi communi, vel generali consuetudini.* Add. *epist.* 60. & Iuret. *in not. ad epist.* 8. Et quod ad Ultrajectinos, seu petita, seu omissa, episcopi tamen omnes, excepto quod Gregorius contempsit nomen id & titulum officio contentus. Episcopi tamen instar, & quem diserte episcopum, Pontificem, Carolus Magnus etiam vocat in charta apud Hedam *hist. Ultraj. p.* 39. Et utut centies petita nihil tamen ad Coloniensem hinc aut juris aut commodi. Honoris causa id tantum factum, & lite adhuc pendente, quam moverat Coloniensis Willebrordo defuncto. Nec multum interim Trajectinus ad Coloniensem attendit. Nec quicquam juris in Trajectinum Coloniensis exercuit. Nihil certe ejusmodi, cujus meminit Bonifacius *epist.* 105. *Statuimus, quod proprium sit Metropolitano, juxta canonum statuta, subjectorum sibi episcoporum investigare mores, & solicitudinem circa populos, qualis sit &c. Et unusquisque episcopus, siquid in sua diœcesi corrigere vel emendare nequiverit, itidem in synodo coram Archiepiscopo & palam omnibus ad corrigendum insinuet.* In historia Trajectina de eo ne gry quidem.

CAPUT VIII.

An sui etiam Episcopo Trajectensi suffraganei. Et quinam hi Suffraganei. Quod eorum officium. Quæ potestas &c. Quod salarium. Quæ merces. Ad prebendas an admissi, ad Canonicatus &c. Vicarius Præsulis. Adjutor. Coadjutor. Optio. Syncellus. Subdoctor. Proscholus. Cellulani. Archiepiscopatus in Belgio olim nullus. Quinque in eo tantum cathedrales ecclesiæ. Erecti Archiepiscopatus a Philippo II.

Imo episcopo Trajectino sui etiam Suffraganei non minus quam Coloniensi. Sic Suwardi episcopi & suffraganei Trajectensis Io. a Leidis meminit in Anna-

Annalib. Egmondan. ineditis apud me *cap.* 22. Brunwardi episcopi & suffraganei Trajectensis *ibid. cap.* 28. Hermanni Leonensis *ibid. cap.* 35. Theodorici Vironensis *ibid. cap.* 41. Huberti Ippusensis Chron. Windesem. *lib.* 1. *cap.* 13. Matthiæ Biduanensis Idem *ibid. cap.* 32. Joannes Korkagensis *ibid. cap.* 35. Jacobi Zudensis Charta de Chomarchis & molibus ad Leccam *Ann.* 1323. Add. & Chron. montis S. Agnetis *cap.* 14. *&* 24. *& ibid. p.* 113. Omnes suffraganei. Omnes episcopi. Verum titulo tantum tenus. Titulus datus aut castri, aut partis diœcesis. Etiam titulus ecclesiæ in Barbarico solo, aut in partibus infidelium. Quod tum inprimis introductum, cum Syria & Hierosolymis exciderunt Christiani, quasi ad retinendam tamen animo possessionem. Unde & meminit in Annalibus Cæsariensis episcopi, qui Ultrajecti habitabat Jo. a Leidis *d. lib. cap.* 90.

Honoris sic & dignitatis episcopalis participes. Unde & Coepiscopi, *can. non autem* VII. *qu.* 1. Walafrid. Strabo *de reb. eccles. cap. ult. Porro sicut Comites quidam Missos suos præponunt popularibus, qui minores causas determinent, ipsis majora reservent; ita quidam episcopi Coëpiscopos, qui in rebus congruentibus, quæ injunguntur, efficiunt.* Cura iis animarum *cap. de Rectoribus ext. de Cleric. ægrot. vel debilit. & Gloss. ibid.* Et idem jus quod episcopis, *can. scripsit can. quia frater* 7. *qu.* 1. Nam & templa dedicarunt, ecclesias, altaria. Hæc reconciliarunt. Tribuerunt indulgentias. Sed velut missi & mandatarii episcopi Trajectensis. Et hactenus Suffraganei. Nam proprie Suffraganei Archiepiscopis non episcopis. Annales jam dicti *d. cap.* 41. *Anno Domini* MCCL *sexto Idus Decembris dominus Theodoricus Vironensis episcopus suffraganeus Trajectensis, de ordine fratrum Minorum monasterium seu Basilicam perpetuæ Virginis Mariæ in Hæcmunda cum cimeteriis reconciliavit &c. Sequenti die Dominica duos Abbates benedixit in octava S. Stephani duo altaria consecravit, & indulgentias largas ubique tribuit &c.*

Hincmarus apud Flodoar. *d. hist. Remens.* 3. *cap.* 2?. *Quod & secundum divinas leges agere possent atque deberent ipsius Metropolis suffraganei, &c.* & mox: *Et quia tot in eadem provincia suffraganei non erant episcopi, ut Metropolitanum regulariter ordinare valerent.* Add. *ibid. p.* 245.

Dixi idem jus, sed restrictum & limitatum. Data administratio, sed non plena, non libera. Ut adjutoribus tantum data *can. scripsit* 7. *qu.* 1. Obsequium autem debet & reverentiam Adjutor cui datus Adjutor. Naturali ratione, ut inferior, ut minor, exemplo uxoris, quæ marito subjecta est, cui data in adjutorium. Ambrosius *lib de Paradiso cap.* 10. *In eo igitur adjutorium bonum mulieris, quanquam etiam inferior dicatur adjutor, ut & in usu reperimus humano, quia dignitate potiores plerumque adjutorem meriti inferioris adsciscunt.* Uxor si alienet, alienatio non valet. Idem in Adjutore est. Nec alienare ipsi licet, nec beneficia conferre, nec quicquam etiam aliud, quod majoris momenti, absque ejus nutu cui datus Adjutor, *cap. pastoralis ext. de cleric. ægrot. in* 6. Concil. Cabillon. *can.* 12. *Si quilibet Abbas elegerit successo-*

rem, ipse qui sic eligitur de facultatibus ipsius monasterii ad regendum nullam habeat potestatem. Augustin. *serm.* 21. *Et quia solus stare non poteram* Hujus enim Coadjutor. *episcopus, ideo rogavi sanctum senem episcopum Valerium qui mihi jam potestatem prædicandi & obsecrandi in populo dederat, ut infra domum episcopi monasterium clericorum constituerem.* Io. Andr. *ad cap. ult. ext. de cler. ægrot. vel debilit.* Ekkeard. Jun. *lib. de casib. mon. S. Gall. cap.* 16. Oldrad. *cons.* 44.

Et idem hactenus suffraganeus, adjutor, Coadjutor. A suffragio suffraganeus. Suffragium idem quod auxilium. Incertus auctor de profectione Danorum in terram sanctam a Kirchmanno nuper editus *cap.* 21. *Utrum magis mirari debeam incertum habeo, mare sub undis iter siccum præbuisse, an in fluctibus absque navis suffragio viam patuisse?* Vid. Car. de Fresne *glossar. in Suffraganei:* Ut sciatur autem certius, quæ ipsius potestas spectanda est forma mandati, dationis &c. *can. si Petrus* 8. *qu* 1. Alteser. 1. *diss.* 7. Interdum & temporalium administratio ei data *d. can. scripsit, d. can. quia frater.* Interdum cautum diserte, ne regimini immisceret se. Altesert. *d. loc.*

Et sic se in diœcesi & Ultrajecti res habuit. Spiritualibus se exercuit, & iis tantum se exercuit. Quantum ad temporalia exemplum non memini. Ingens erat diœcesis. Ingens etiam episcopi ecclesiastica jurisdictio, per Hollandiam se extendens, per Gelriam, per Cliviam. Ubique ut adesset per se impossibile. Provisores quidem alibi, Decani &c. Sed multa expedienda, quæ officii episcopalis, & quæ ab alio quam episcopo expediri non poterant. Ad exercitium ergo, ut videtur, Pontificalis officii etiam alii constituti. Charta apud Wassenberg. *Embric. lib.* 3. *cap.* 10. *Folkerus Dei gratia episcopus Bybelithensis, ad exercitium Pontificalis officii & ipsorum concernentium in Civitate & diœcesi Trajectensi a sede Apostolica deputatus, Notum facimus universis, quod Nos anno Domini millesimo trecentesimo septuagesimo primo, feria quinta post translationem B. Martini Confessoris Capellam in Vrasselt infra limites Parochiæ de onde Kerck Trajectensis diœcesis in honore B. Mariæ Virginis gloriosæ & S. Anthonii & Quirini & omnium Sanctorum erectam in honore eorundem consecravimus cooperante nobis gratia Spiritus septiformis. Consecrato etiam per nos quodam Altari in dicta Capella pro nunc existente &c.* & mox: *unde omnibus vere pœnitentibus & confessis, qui ad dictam Capellam in singulorum Patronorum prædictorum festivitatibus, aut in die dedicationis præfatæ causa devotionis aut orationis accesserint &c. de Omnipotentis Dei misericordia, Beatorum Petri & Pauli Apostolorum ejus ac B. Martini Patroni ecclesiæ Trajectensis authoritate confisi quadraginta dies indulgentiarum de injunctis eis pœnitentiis misericorditer in Domino relaxamus &c.* Quod autem hic suffraganeus, dubitari non potest. Charta id ostendit Arnoldi de Hoern, cujus hoc est ini-

initium: *Arnoldus de Hoern Dei gratia episcopus Trajectensis dilectis nobis in Christo Magistris ac Procuratoribus fabricæ Capellæ sitæ in villa de Frassel in Parochia de Embrica salutem in Domino sempiternam. Noveritis quod nos Capellam prædictam & cemiterium ejusdem per Suffraganeum nostrum Commissarium alias consecrata ex certis causis nos moventibus confirmamus, jure Matricis ecclesiæ in oblationibus, decimis, ac aliis quibuscunque semper salvo* &c. Rudolphi Diepholdii charta Ann. 1434. apud Boxhorn. *Nederl. hist. p.* 167. *Item wanneermen onsen Suffragaen ergent bekomen sal in Hollant, in Zeelant, ende in Vrieslant om Kercken, Kerckhoven, of Outaren te wyen, ende anders, so sal onse Suffragaen daer komen op der geenre costen redelicke, dien die behouven sal &c.*

Recte *op geenre kosten.* Nam merces data ut mercenariis. Sed incertus proventus hic. Chron. Windesem *lib.* 1. *cap.* 32. *Sed quia decem florenos Rhenenses pro fatigis & expensis suis accipere tunc recusavit, literas consecrationis præmissorum omnino dare noluit, humiliter supplicatus; ideoque facto prandio cum indignatione recessit.* & mox: *Quia enim pauperes presbyteri & clerici illi tunc adhuc erant, magnam pecuniæ summam, ut Suffraganeus exegerat, dare non poterant. Centum enim florenos blavios de consecratione Zwollensis ecclesiæ dicebatur accepisse &c.* Add. *ibid. cap.* 30. & 35. Congrua etiam iis portio, ex quo possent se exhibere, pro modo alimentorum & facultatum ecclesiæ, *cap. de Rectoribus, cap. tua nos ext. de Cleric. agrot. vel debil. cap. un. eod. tit. in 6. cap. cum secundum ext. de prabend.* Præbendæ etiam datæ, æque ac pulsis episcopatu & vi hostium ejectis. Vid. Greg. Turonens. *lib.* 3. *hist. cap.* 36. Balsam. *ad can.* 19. *synod.* VII.

Præbendam & Decanatum ædis S. Mariæ Philippus Hispaniarum rex reluctante etiam Capitulo Hebronensi episcopo & suffraganeo Trajectensi dedit Ann. 1555. Sed rarum id de Decanatu. Documentum ad manum est, quod quia & ineditum, & illustrat quæ dixi, ex parte hic apponam:

Extract

Extract uyt het derde Memoriael-boeck s'Hoofs van Utrecht.

By den Coninck.

Weerdige, Lieve, Besondere, Wy hebben over langh ontfangen die supplicatie by uwe Gedeputeerde ons gepresenteert beroerende de swaricheyt by die van den Capittle van St. Marien aldaer gemaeckt, uyt saken van der nominatie by ons gedaen van den Bisschop van Hebron, Suffragaen tot Utrecht, totter Dekenye in der selver Kercke vacerende, maer so wy op deselve supplicatie niet en hebben willen ordineren, sonder eerst ende alvoren geinstrueert te sijne, hoe datmen by tyden des Keysers ons Heeren ende Vaders insgelijcken geuseert heeft, ende dat wy oock met andere mercklijcke saken beladen sijn geweest, en hebben wy uwe voorsz. Gedeputeerde niet eer konnen afveerdigen, Ende geboort hebbende t'rapport van 't gene dat de voorsz. sake mocht aengaen, ende op alles rijpelicke met die van onsen Rade geleth, hebben wy niet anders konnen bevinden, dan datmen in de Nominatie totter voorsz. Deeckenye daer van questie is, die gewoonlijcke forme ende maniere naegevolcht heeft, volgens die declaratie t'anderen tijde by onsen voornoemden Heere ende Vadere daer op gemaeckt, Waerom wy insonderheyt oock aenmerckende die goede qualiteyten des voornoemden Suffragaens, by ons totter voorsz. Deeckenye genomineert, soo voorsz. is, van geen andere meyninge en connen wesen, dan dat deselve nominatie haer volcomen effect behoorde te sorteren, sonder letsel ofte wederseggen des voorsz. Capittels van St. Marien, om ons in onse gerechticheyt nae alden herkommen ende gebruyck niet te laten depossesseren. Ende nochtans wesende u. met allen genade geneycht, ende begeerende opt versoeck by u. gedaen aengaende die dispositie van de voorsz. Deeckenye u. genadelyck te gelieven, hoewel wy redenen souden hebben, niet lichtelijck te veranderen, 't gene des van outs gebruyckt ende geuseert is geweest, So sijn wy geresolveert t'uwer contemplatie te accorderen, dat als voortaen eenige Deeckenye van de vyff ecclesien van Utrecht voorsz. vaceren sal, Wy nomineren sullen eenen van uwer Kercke ende Collegie, waer mede ghy onses erachtens redene hebt u. te genoegen, Ende indien dat ghy daerenboven persisteert om in justitie geboort te worden volgende uwe voorsz. Supplicatie, Sullen wy op uw vorder versoeck ordonneren, als wy bevinden sullen na redene te behooren, Doch dat voor all de voornoemde Suffragaen totter voorsz. Deec-

Deeckenye volgens onse voorsz. nominatie toegelaten worde, so wy niet en dencken metter daet ons te laten depossesseren, waeromme wy oock begeeren, dat ghy den voorn. van St. Marien wilt onderwysen, dat sy sonder vorder swaricheyt den voorn. Suffragaen tot possessie van de voorsz. Dekenye comen laten. Op dat wy niet veroorsaeckt en worden by andere middelen daerinne te voorsien, ende ons in onse gerechticheyt te hantholden, &c.

Sui olim magistratui Adjutores, Subadjuvæ. In re etiam militari. Tribunis militum optiones & copiarum præfectis. Veget. *lib.* 2. *de re milit. cap.* 7. *Optiones ab optando appellati, quod antecedentibus ægritudine præpeditis hi tanquam adoptati eorum atque vicarii soleant universa curare.* Scipioni in Hispania Syllanus datus adjutor. Fulvius Lentulo Quæstori. Livius *lib.* 26. *Et M. Junius Syllanus Propr. adjutor ad res gerendas datus est.* Jul. Cæsar *lib.* 3. *de bell. civil. Huic quod valetudine minus commoda utebatur Fulvium Posthumum adjutorem summiserat.* In militia Palatina etiam Magistro officiorum. Cassiod. 6. *var.* 6. *Adjutor etiam Magistri nostris præsentatur obtutibus, ut vicarii forte beneficii eligamus ejus præsidium, qui nobis præstat fidele solatium.* Constantinus Magistrianus & adjutor sacri Secretarii, μαγιστριανὸς καὶ βοηθὸς τῶν θείων σηκρήτων, in Concil. Chalcedonens. *act.* 1. Eleusinius Magistri sacrorum officiorum, βοηθὸς τοῦ μαγίστρου τῶν θείων ὀφφικίων, *ejusd. Concil. act.* 3. Servorum etiam adjutores, *l. Sticho* 40. §. 4. *ff. de statul.* συνυπουργοῦντες in Basilicis. In scholis etiam Proscholi, Subdoctores. Ausonius in Profess. Burdegalens. *Victorio, Subdoctori, sive Proscholo.* Augustin. *serm.* 23. *Dicam, quid fecerit pauperrimus homo nobis apud Mediolanum constitutis, tam pauper, ut Proscholus esset Grammatici.* Fulbert. *epist.* 80. *Adjutorem scholarum nolo tibi mittere, qui nondum assecutus sit maturitatem ætatis, & gravitatem morum.*

Episcopi qui adjutor etiam alibi *Coadjutor.* Nec unus tantum, sed & plures. Plures certe in diœcesi, sed ad vitam, ad tempus. Alibi qui Coadjutor cum futura successione & in perpetuum Coadjutor. Cujusmodi Constantinopoli assumpti a Patriarcha dicti Syncelli. Zonaras in Constantino Monomacho de Seriphe a Sarracenis ad Imperatorem legato: οὗτος δὲ ἐστι, inquit, παρ' αὐτοῖς πάλαι ὅσπερ ἡμῖν ὁ λεγόμενος σύγκελλος, ὡς γὰρ ὁ σύγκελλος τοῦ πατριάρχου θανόντος εἰς τὸν ἐκείνου τόπον ἀντικαθίσταται, οὕτω καὶ ὁ σερίφης τοῦ χαλιφᾶ φθαρέντος τὴν πλεονεξίαν διεδέχετο, *Is est apud eos, qui olim apud nos Syncellus; nam ut Syncellus Patriarchæ defuncti locum occupabat, sic etiam Seriphes Calipha defuncto succedebat. Cancellos* Guillelm. Tyrius vocat corrupte *lib.* 14. *cap.* 12. *Et quo-*

quoniam iterum eundem Patriarcham oportebat habere præter supradictos metropolitanos familiares suffraganeos, quos Græci Cancellos vocant. Sic Tetrico Lingonensi Mundericus Coadjutor datus, sed ita ut interim dum is viveret castrum Tornodorense, Tonnerre, ut jam dicitur, ut Archipresbyter regeret. Vid. Greg. Turonens. *lib.* 4. *hist. cap.* 18.

Syncelli a cella, quod velut concellanei, seu cohabitatores & convictores Patriarchæ. Ex ordine Presbyterorum aut Diaconorum assumpti. Sic in Synodi litteris Constantinopoli habitæ, quam refert Baronius ad Ann. 520. de electione Epiphanii Patriarchæ ad Hormisdam Pontificem nominatur inter legatos Heraclianus Presbyter majoris ecclesiæ & Cohabitator Epiphanii Patriarchæ. Ipse quoque Epiphanius prius Presbyter & Syncellus Joannis Patriarchæ. Joannes Presbyter ac Syncellus Timothei Patriachæ. Victor Tunnunensis in Chronico: *Agapeto V. C. Cos. Timotheus C. P. Episcopus, obtrectator synodi Chalcedonensis, quinto die Aprilis occubuit, & Joanni Cappadoci Syncello proprio atque Presbytero episcopatum tradidit.* Sic egregie Valesius pro *Joannes Cappadox in cella propria* ad Evagrium in *not.*

Nec novum de Patriarchis. Cellulani etiam episcopis, ut vitæ actuumque inspectores & testes ad hominum amoliendas & depellendas calumnias. Præceptum apud Ennodium extat opusc. 7. *quando jussi sunt omnes episcopi cellulanos habere. Cellulanos* συγκέλλους interpretatur Sirmondus. Quæ ratio cur olim circa ædes episcopi Canonicorum mansiones. Cur semper præsto ei clerici. Tres olim Diaconi. Duo alibi Canonici, *can. jubemus de consecr. dist.* 1. *cap. de cetero cap. ad audientiam ext. de cleric. non resid.* Nequid scilicet sine arbitris ab eo agi unquam posset. De Etherio Lexoviensi episcopo Greg. Turonens. *lib.* 6. *hist.* 36. *In stratum suum quievit habens circa lectum suum multos lectulos clericorum.* Alteserr. 2. *diss.* 13.

Nec semper lectus Coadjutor ex Presbyteris, ex Diaconis. Postremis temporibus, quibus plura beneficia, plures tituli, ecclesiæ, etsi contra Canones, etiam uni concessa, ab episcopo episcopus etiam sumptus Coadjutor. De Paterbornensi a Monasteriensi Bernardo van Galen assumpto res nota est.

Diversus porro a Suffraganeo, Vicarius episcopi. Diversus a Syncello. Suffraganeus, adjutor, ficto titulo & commentitio. Vicarius vicem episcopi functus tanquam episcopus, *can. cum simus* 9. *qu.* 11. *cap. quoniam in plerisque ext. de offic. ord. cap. Romana & t. tit. de offic. Vicar. in* 6. τοποτηρητής, & qui vices alterius gerit *l. vicarius* 13. *ff. de legat. nov.* 8. *cap.* 4. *nov.* 131. *cap.* 1. Quo sensu etiam episcopi Vicarii Apostolorum, ut Papa Petri verbi

bi gratia. Augustinus, vel quisquis alius est, sermone ad Fratres in Eremo xxxvii. *Non intrat per ostium ad ecclesiam, qui per laicalem portam intrat; non enim laicis spiritualia dona tradita sunt, sed Domini Vicariis.*

Nec absentis Vicarius tantum. Præsentis etiam & idonei *cap. ult. de suppl. neglig. in* 6. Et plena ei jurisdictio, *cap. si episcopus ext. eod.* exemplo magistratuum. Nam & sui his Vicarii, ut Præfecti prætorio, ut Comitum apud Francos. Imo exemplo Principum imperii Germanici. De Wilhelmo iv. Hollandiæ Comite, Heda in Nicolao. *Hic Comes clari nominis extitit apud Duces inclytos; fovit electionem Ludovici Imperatoris contra Fridericum Austriæ Archiducem, quem Archiepiscopus Coloniensis elegerat. Unde Wilhelmus Vicarius Imperii designatus &c.* De Treverensi Archiepiscopo. Albertus Argentinensis: *Balduinus Archiepiscopus cum quadraginta duobus annis ecclesiam suam laudabiliter rexisset, ac propter senium & tenacitatem nihil amplius proficeret. Joannem de Liechtenberg valentem & providum in spiritualibus & temporalibus administratorem & Vicarium ecclesiæ suæ deputavit.*

De Vicario episcopi Trajectini etiam constat. *Extract uyt het derde Memoriael-boeck s'Hoofs van Utrecht. Gesien by den Hove van Utrecht die missive van sijn Excellentie den Hertoch van Alva Gouverneur ende Capiteyn Generael van dese sijne Co. Maj. Nederlanden, met sekere Requeste daerinne liggende sijnder Excellentie gepresenteert by eenige Vicarissen, Coster, ende Schoolmeester tot Rhenen, ende hier op (naer verscheyden communicatien met sekere Commissaris van den Rade gehadt) gehoort ende gelesen hebbende t'advis van myn Heere die Vicarius des Eertzbisscops van Utrecht, gesien mede die fundatie van de seven getyden t'anderen tyden gefundeert in de voorsz. Kercke tot Rhenen &c.*

Des Eertsbisschops van Utrecht. Nec id mirum quod loquatur sic. Post Willebrordum Archiepiscopus in Belgio olim nullus, Auctor Chronici Rhythmici diserte in pr.

Sette t'Urecht in die poort
Die Bisschop stoel, ende besat
Als Aertsbisschop eerst die stadt
Ende noyt sider over een
Ne wasser Artsbisschop ne gheen.

 Quin-

Quinque erant tantum cathedrales ecclesiæ, Ultrajecti, Atrebati, Cameraci, Tornaci, Leodii. Sed suasu cleri inductus tredecim Philippus Hispaniarum rex fecit. Archiepiscopatus seu metropoles tres, Mechliniam, Ultrajectum, Cameracum. Suffrid. Petr. *supplem. ad Hed.* Primus post Willebrordum, & diu jam post translatum dominium temporale, creatus Archiepiscopus Fridericus Schenk Baro a Tautenburch Ann. demum 1559. Charta autem, quæ supra, Anni est 1573. Suffrid. *ibid.* Add. Io. de Beka *in Bonifac.* Io. a Leidis *lib.* 2. *cap.* 4. *& cap.* 21. *& seqq. & lib.* 4. *cap.* 2.

Caput IX:

Ultrajectum juris Francici. A Francis Willebrordo & successoribus ejus data. Lotharingiæ olim pars. Cæsarum domicilium. Cives industrii, bellicosi, magnanimi. Verbum de iis vetus. Diœcesis incrementum ex donationibus Principum. Ad eam olim pertinentia. Woerda oppidum quando conditum. A quo & quamobrem. Quo jure id Hollandorum.

Willebrordus autem Archiepiscopus non tantum Trajectinis, sed & Frisiis universis, & circum vicinis populis usque ad Oceanum. Dono dederat Ultrajectum cum adjacentiis & appenditiis, ut in charta est apud Hedam *p.* 28. exemptam Comitum potestati Carolus Martellus. Alcuinus *lib.* 2. *de vit. S. Willibrordi v.* 11.

Tunc data Pontifici est Trajecto sedes in urbe,
Et gens tota simul Fresonum subditur illi,
Disceret ut magno fidei documenta magistro.

Parebat urbs Francis, ut & Frisia universa. Ex epistola Bonifacii ad Stephanum Papam: *Et refert quia ab antiquo Rege Francorum Dagoberto castellum Trajectum, cum destructa ecclesia ad Coloniensem parochiam donatum, in ea conditione fuisset, ut episcopus Coloniensis gentem Fresonum ad fidem Christi con-*

converteret &c. Radbodus cum occupasset, rursum Caroli Martelli vi & armis ejectus. Nam qui alioquin donasset eam Carolus Marcellus? Nec dono dederat absolute, sed sub conditione fidei in feudum, in beneficium. Vid. chart. Pippini apud Hed. *in Bonifac.* Domini Francorum reges. Superiores saltem Domini. Vasalli episcopi, & a Francis investiti. Ab Austrasiis nimirum. Semper enim his cessit. Nec potest de eo dubitari. Io. de Beka in Goesvin. episcop. *Henricum de Viana cathedrari jussit, cui similiter & ipse Rex per pastoralem baculum & annulum temporalem jurisdictionem dedit.* Ludovicus Pius cum abiisset ad plures, Lotharius eam nactus. Unde & pars Lotharingiæ. Extincto Lothario cessit filio ejusdem nominis, eoque etiam extincto & extincto sine liberis, cum regnum ejus erciscerent Carolus Calvus & Ludovicus, qui ejusdem erant patrui, sortito obtigit Ludovico. Annales Bertiniani ad Ann. DCCCLXX. *Et hac est divisio, quam sibi Ludovicus accepit, Coloniam, Treviris, Utrecht, Stratburch, Basulam, Abbatiam Sivestre, &c.* Jam olim dives & bellicosa. Et territorium ejus ingens. Educebat sæpe episcopus quadraginta millia armatorum, teste Ænea Silvio *de stat. Europ. sub Frid.* III. Triginta saltem, ut Boxhornius vult *Nederl. hist. p.* 209.

Cæsarum domicilium sæpe. Hermann. Contract. ad Ann. 1046. *Rex Paschale festum apud Trajectum Frisiæ urbem egit.* Idem ad Ann. 1062. & ad Ann. 1066. Otto Frisingens. 6. *Chron.* 31. De Conrado II. ad Ann. 1027. Chron. Reichersp. *Sanctamque Pentecostem in inferiori Trajecto Frisiæ urbe celebrans in ipsa solemnitate infirmatus &c. diem ultimum clausit &c.* Add. Miræ *notit. eccles. Belg. cap.* 154. Idem de Henrico V. *lib.* 7. *Chron. cap.* 16. *In Trajecto Frisiæ urbe morbo correptus* XIX. *regni anno, imperii vero* XIV. *diem ultimum clausit.* Add. Chronic. Gozecens. *ad Ann.* 1126. Eundem etiam ibi clausit Conradus II. Chronic. Hildensheim. *ad Ann.* 1039. Etiam ibi sepultus, ut filius ejus testatur in charta apud Hedam *hist. Ultraj. p.* 120. Add. eund. *p.* 149. *& p.* 154. Data ibi diplomata. Vid. Miræum *Cod. piar. don. cap.* 35. Chart. apud Hed. *hist. Ultraj. p.* 119. Chart. apud. Gelen. *auctar. ad hist. S. Engelbert. p.* 299. Sponsalia ibi facta. Dies festi celebrati. Creati equites aurati. Heda in Godebaldo: *Henricus Imp. Pentecosten apud Trajectum celebrat.* & mox: *Anno Domin. incarnat.* MCXXII. *Imp. Henricus natalem Domini Trajecti celebravit.* Willelm. Gemmeticens. *Receptam Mathildem Angliæ regis Henrici filiam solemniter in proximo Pascha apud Ulterius Trajectum desponsavit.* Add. Pont. Heuter. *lib.* 12. *rer. Austr. cap.* 5.

Nonnunquam rebellis urbs, sed in ordinem redacta. Gunther. *lib.* 1.

Haud mora Trajectum, patruo regnante, superba
Abjecisse jugum cervice, piumque recenter
Offendisse virum factis crudelibus ausam
Hostili fervore petit: murosque parabat
Inclinare solo, captasque evertere turres,
Suppliciumque reis, pietas o magna nepotis,
Judiciumque viri patrueles fortiter iras
Ultrici satiare manu, regnique dolorem.

& mox:

Tandem multorum vix eluctante rogatu
Magnorumque Ducum, multo prius ære redemptis
Parcitur, & justi fera Principis ira resedit.

Add. Otton. Frisingens. 2. *de gest. Frid. Barbaross. cap.* 4. Cives industrii, bellicosi, magnanimi. Animo tamen turbido, & semper rerum novarum avidi. Verbum de iis vetus, quod habet Chronicon Slavicum, cujus scriptor incertus ad Ann. 1483. Maximilianum a Trajectinis, in gratiam episcopi ab eo diu obsessis, narrans tandem admissum, addit: *Fecerunt igitur ibi honores sibi & homagium, & partem muri civitatis solo æquabant, quia sic voluit Dux, quæ tamen omnia diu sibi non servabunt, cum scriptum sit:*

Hoet dy nu, hoet dy dan
Hoet dy vor einen Uterschen man.

Quod autem ad territorium; diœcesis olim ingens, donationibus Francorum principum in eam amplitudinem, ad id fastigium evecta, ut vicinis formidabilis. Et quidni formidabilis? Tantum non se extendit per universam Hollandiam, ut & supra jam dictum. Etiam per Frisiam, per Gelriam &c. Sic pro animæ remedio potentissimi Principes non certatim tantum prædia, sed castra, urbes, provincias contulerunt ecclesiæ. Vid. ingentem Catalogum apud Hed. in Odilbaldo. Caroli Magni & aliorum jam maxima olim dona. Et jam tum ad Gregorium S. Lullus in epistola, quæ inter S. Bonifacii est XLV. *Hæc sunt*, inquit, *suasoria verba, quæ sine meo periculo*

periculo dicere non possum, ut in hac temporali potestate, & terrestri ditione, qua auctore Deo jam nunc uteris, dominica sententia semper memor sis sonantis, Regnum meum non est de hoc mundo.

Pertinebant ad diœcesin Transisalania, Groninga, Drentia, Amelandia, Comitatus Ostergouw, Westergouw, de Benthem &c. Abbatia etiam Egmondensis, unde & passim hæc in Annalib. Egmondan. *Trajectensis* dicitur *diœcesis*, ut *cap.* 38. 40. *&c.* ex donationibus Henrici III. Henrici IV. & aliorum. Vid. Hed. *hist. Ultraj. p.* 113. 139. 157. ut & in Bernulpho & Heriberto episcop. Jo. a Leidis *lib.* 22. *cap.* 6. Pont. Heuter. *lib.* 5. *rer. Austriac. cap.* 3. *& lib.* 7. *rer. Austr. cap.* 1. Bomela etiam & Arclo in Comitatu Teisterbantiæ ex charta Ottonis III. apud Hed. *in Ansfrid.* Gora, Stavera, Rhenum, quod Divæ Cuneræ olim sacrum, ex donationibus Henrici IV. Adolphi militis, & Godefridi episcopi. Vid. chartas apud Hedam *p.* 128. 139. *&* 174. Tiela etiam, & Muda, ex dono Ottonis I. Vid. Hed. in Baldric. Charta apud Buchel. ad Hed. *in not. p.* 228. *Nos Judex, Scabini, Consules, ac universi oppidani de Muden recognoscimus in his scriptis, & notum facimus universis, ad quos præsentes literæ pervenerint; Quod nos & oppidum nostrum subsumus & immediate attinemus ecclesiæ Trajectensi, promittentes bona fide, quod ex nunc in antea devoti & fideles erimus episcopo Trajectensi &c.* Woerda etiam, & multa alia.

Oppidum id conditum a Godefrido episcopo circa Ann. 1160. quo fortius ipsum populum Trajectensem frænaret, oppido etiam Præfectis, qui & nomen hinc & familiam traxerunt de Woerden. Sed cum quæstio esset orta inter Comitem Hollandiæ, episcopum Trajectinum, & Hermannum van Woerden, qui oppidi tum Præfectus, & unus ex conjuratis, a quibus cæsus Florentius, qui V. ejus nominis, Hollandis oppidum cum castro a Woerdanis permissum Ann. 1288. De eo constat. Sed non constat, quo jure id Hollandiæ ut pars deinceps accessit. Nam quod ad factum, quod dico, non fuit in magistratus aut in populi potestate de diœcesi se subducere, aut urbem de diœcesi in Comitatum transferre. Imo nec fuit id in episcopi potestate. Alienatio ab eo facta insciis, & invitis, & inconsultis Ordinibus nullius momenti. Diserte vetita & expresse. Et tamen quicquid sit Hollandis ut potentioribus cessit ab eo tempore & deinceps perpetuum. Wilhelmus VI. Hollandiæ Comes Johanni fratri concessit electo Leodiensi. Hed. *in Frideric. episc. p.* 269. Confirmavit privilegia, statuta, & consuetudines Philippus Burgundiæ Dux, & adjecit diserte, nec id exteris venditurum se, nec cuiquam daturum pignori, nec ullo unquam modo distracturum a Comitatu, data in id charta Ann. MCCCCXXV. Mecum eam communicavit, qui Urbi est a secretis, Consultissimus & amicissimus mihi P. Costerus. Est autem quæ sequitur:

Philips

Philips Hertoge van Bourgondien, Grave van Vlaenderen, van Artoys, ende van Bourgondien, Palatijn, Heere van Salins ende van Mechelen, Ruwaert ende oir der landen van Hollandt, van Zeeland, ende van Vrieslandt, doen cond allen luyden, dat wy geconfirmeert ende gevestight hebben, confirmeren, ende vestighen mit desen brieve alle alsulcke hantvesten, privilegien, reghten, hercomen ende brieven, als onse goede stede van Woerden, ende andere onse gemeene goede luyden ende onderfaaten des landts van Woerden voorsz. van onsen lieven geminde Oem Hertoghe Jan van Beyeren Zaliger gedaghten, ende van anderen sijnen ende onse voirvaders Graven ende Gravinnen van Hollandt, tot desen daage toe verkregen, gecoft, ofte in eenigerwys geworven moghen hebben. soe dat wy onse poorters ende goede luyden vander stede ende lande voorsz. daer in houwden ende stercken sullen voor ons ende onse nacomelinghen tot eeuwigen daagen na den inhouwde hoirer hantvesten ende brieven voorsz. , Voert hebben wy onser stede ende goede luyden van Woerden voorsz geloofst ende gelooven, dat wijse nimmermeer versetten, nogh vercoopen, nogh in niemants anders handen brengen en sullen, soe dat sy van onse heerlijckheden ende landen in Hollandt nimmermeer verscheyden nochte vervremt en sullen worden, by ons, noghte by niemant van onser wegen, *In kennisse hier af soe hebben wy onsen Zegele hier aan doen hangen, Gegeven in onser stede van Rotterdam op alre goidts heyligendag, int jaer ons Heeren M. CCCC. vijf ende twintigh, Onder op de ploye stondt geschreven*, de mandato Domini Ducis, *ende was geteeckent Potter.*

Certa tamen lege Erico Duci Brunsvicensi ob præclara ipsius merita Philippus II. Hispaniarum rex obligavit circa Ann. non ut Boxhornius 1581. *theatr. urb. Holland. p.* 329. sed 1558. Extant conditiones, quarum hoc est exemplum:

Extract

Extract uyt den originelen brieve, hoe ende in wat manieren de Hertoge van Brunswijck de stede van Woerden moet laaten by haare vryheden.

Item dat de voorsz. Hartogh, sijne nacomelinghen ofte d'actie van hem hebbende, niet en sullen moghen doen bedienen die officien van Bailliuwschap, Casteleynschap, Schoutambaghten, en de Clercqambagten ofte andere officien, by eenighe uytlandtsche, maer alleenlyck by de geene die gebooren sijn van onsen lande van herwertsovere, oick dat die voorsz. Hartogh, sijn nacomelinghen ofte actie van hem hebbende, sullen die voirsz. officien doen bedienen, gelyck die tot nogh toe, onder ons, ende onse voirsaten bedient sijn geweest, in sulcker voeghen dat die Geestelyckheyt, Edelen ende andere onse ondersaeten egeensints en worden vercort ofte geprejudicieert, in huere reghten, vryheden, privilegien, ende oude coustumen ende hercomen, daerenboven datme vande ingesetenen aldaer geen bede, schattinghe, impositie, ofte eenige andere lasten, hoedanigh die sijn, en sal moghen eysschen ofte daer op stellen, in eeniger manieren.

Gegeven in de Stadt van Bergen in Henegouwe.

Geextraheert uytte voorsz. originelen brieve geschreven in francyn, mette Coninckclycke Majesteyts segele besegelt, beginnende Philips by der Gratie Godts &c. *in dato den naest* lesten dagh van Julio Anno M. D. *aght en vyftigh, ende was op de ploye geteeckent d'Overlope, en is daer mede naer collatie bevonden te accorderen, by my David Lambertsz. Notaris.*

Sed tandem Comiti de Hohenlo Dux jus suum cessit, circa Annum, ut puto MDCLXXI. Argumento est instrumentum, quod quia alia etiam continet integrum hic apponam.

Acte van verclaringe gedaen by Gerrit van Sichem, wel eer Baillu tot Woerden, Nopende sekere apprehensie by hem gedaen aen de persoon van eenen Huych Jansen, Inwoonder 's Lants van Utrecht. Uyt het derde Memoriael-boeck 's Hoofs van Utrecht.

Also Gerrit van Sichem wel eer Baillu tot Woerden, hem in den jare XVC. LXIV. vervordert hadde t'apprehenderen eenen Huych Janssen inwoonder s'Lants van Utrecht, Waer van die Hertoginne van Parma doen ter tyt Regente van dese Nederlanden by den Hove Provinciael van Utrecht geadverteert sijnde, hadde haer Altesse by missive van den x. May in den selven jare den voorsz. Hove geadverteert geschreven te hebben aen Hertoch Erich van Brunswijck, te vervuegen, dat sijnen voorn. Baillu, de voorsz. aentastinge gedaen hebbende voor den voorsz. Hove soude verschynen ende compareren, bekennende daer aen misdaen, ende sulk niet gedaen te hebben om eenichsints te prejudicieren de Hoocheyt ende jurisdictie s' Lants van Utrecht, ende dat mits t'selve doende binnen ses weecken, naer dat de brieven van haer Altesse aen den voornoemde Hertoch Erich gepresenteert souden wesen, dat in sulcken gevalle deselve haer Altesse (t'sijnder Hoocheyt te gevalle) te vreden was, dat de Procureur Generael van den voorsz. Hove mette proceduyren jegens den voornoemde Baillu uyt sake van de voorsz. apprehensie begonst niet voorts en soude varen, ende by gebreecke van dien in der saecke doen, so hy Procureur te rade vinden sal. Ende alsoo den voornoemde Baillu den geprefigeerden tyt voorsz. hadde laten passeren, hadde de voorn. Procureur Generael met sijn begonste proceduren voorts gevaren, Waer naer de voornoemde Gerrit van Sichem door intercessie van myn Heere den Grave van Bossu, Stadthouder, aen den Hove versocht hadde van t' verloop des geprefigeerden tyts gereleveert, ende voorts als noch toegelaten te werden, omme de voorsz. verclaringe te mogen doen, Waer toe de voorn. Gerrit van Sichem by den Hove, uyt sekere merckelycke consideratien geadmitteert sijnde, ende comparerende ten dien eynde voor den voorsz. Hove, op huyden date van desen, heeft verclaert de voorsz. apprehensie geschiet te sijne, door expres bevel van den voornoemde Hartoge Erich, als doen sijnen Heere, Ende dat hy Comparante door dien in geene meyninge geweest en is de Hoocheyt ende jurisdictie s'Lants van Utrecht eenichsints

sints te prejudicieren, versoekende hier van Acte, als insgelycks dede de Procureur Generael van den voorsz. Hove. Actum t'Utrecht den XII. Decembr. XV^C. LXXII. Ende was onderteykent G. Schryvers.

Sed tandem Comiti de Hohenlo Dux jus suum cessit. Nec diu dein post Urbs, magni momenti olim, (Snoyus clavim Hollandiæ vocat 12. *hist. p.* 137.) & tota ejus ditio, ut Hollandiæ tamen pars, fœderatis accessit.

CAPUT X.

De jure fluminum. De Vechta. De Lecca. Lecca ad diœcesin an pertineat ex asse. An de ripa ad ripam qua diœcesis extendit se. Lecca undique an territorio Trajectino inclusa. In Lecca insula si nascatur an cedat Ultrajectinis, & an cedat ex asse, etsi Gelris proximior. An solis Ultrajectinis jus & imponendi & exigendi vectigal, jus in flumine delinquentes castigandi, puniendi, jus piscandi &c. Crates Gelri si constituant Trajectinis invitis, an liceat Trajectinis de facto eas iterum demoliri, disjicere. Feuda Ultrajectina olim Culenburgum, Viana. Culenburgum quando Gelriæ. Cum feudum Gelricum an cum castro etiam Lecca in feudum data. Teisterbantia quæ olim. Idem & Dux & Abbas. Abbicomites quinam. Notatur Dousa &c.

Woerda dixi, *& multa alia.* Flumina etiam ipsa, ut & Vechta & Lecca. De Vechta nemo dubitat. Ad mare usque ad diœcesin olim totum pertinuit. Soli Ordines Trajectini ubique & ubi vellent vectigal mercibus imponebant. Nulli iis invitis in eo piscandi jus. Charta Ottonis Magni apud Hedam in Baldrico: *Quasdam res juris nostri ad ecclesiam sancti Martini quæ est constructa in loco Trecht vocato, ubi præfatus episcopus Baldricus præesse dinoscitur, in proprium concessimus &c. Quin etiam quicquid in utraque*

parte fluminis habere dignoscebamur, quod dicitur Fecht, cum omni integritate transfundimus, terris, sylvis, aquis, aquarumve decursibus, piscationibus, & stagna, & lacus, quæ ex eodem flumine Fecht derivantur.

De Lecca quidem, fateor, nonnunquam quæstio iis mota. Sed superiores semper rationum pondere, robore argumentorum, & causæ ipsius justitia. Lecca pars Rheni. Rivus olim aut rivulus parvis lembis vix navigabilis, ut Hortensius ait *lib. 6. hist.* Mutato Rheni nonnihil alveo tumescentibus ejus aquis ad Dorstadum sensim immensum auctus, & per agrum Ultrajectinum via deinceps per vim facta præterlapsus Schoonhoviam ingenti tandem ore in Oceanum effundit se. Rhenus autem ad diœcesin spectat, qua diœcesin præterfluit, & spectat totus & ex asse, & jam ab omni memoria ab Hemo monte ad Schoonhoviam, frustra Gelris, Brederodiis, & qui in ulteriore ripa aliis, hactenus desiderantibus in communionem admitti. Frustra, inquam, & nequicquam. Nam ulterior etiam ripa spectat hactenus ad diœcesin.

den Heymenbergh.

Olim non tantum ripa, sed regio etiam ipsa & universa Teisterbantia ad diœcesin pertinuit. Terris undique diœcesis conclusum olim flumen, & qua conclusum diœcesis, eodem modo, quo Romanorum olim Padus, quo Tiberis, quo Anien, quo Rubico. De mari mediterraneo, qua clausum, & cinctum id provinciis Romanorum Appian. Alexandrin. Θαλάσσης τε πάσης ἡγεμονεύουσι τῆς ἐντὸς ὅρων. Claudian.

—— —— patriis primo cum manibus ultor

Subderet Hispanum legibus Oceanum.

Imo & eodem modo, quo mare est privatorum, quoties terris privatorum continetur conclusum. Paulus *l. 14. ff. de injur. Sane si maris proprium jus ad aliquem pertineat, uti possidetis interdictum ei competit &c.* Valer. Max. *lib. 9. cap. 1. Peculiaria sibi maria excogitavit æstuariis intercipiendo fluctus, pisciumque diversos greges separatim molibus includendo &c.*

Universa dixi *Teisterbantia.* Aut si non universa. Saltem maxima ejus pars. Pontan. *lib. 5. hist. p. 79. Biennio circiter elapso ipse Imp. Conradus Teisterbantii Comitatum eidem divo Martino in solidum concessit, cum emolumentis omnibus, addita lege, ne cui deinceps in eum juris quid esset vel potestatis absque Imperatoris scito, voluntate, consensu.* Respexit haud dubie ad diploma apud Hed. *hist. Ultraj. p. 115. Notum fieri volumus omnibus in Christo fidelibus, præsentibus scilicet atque post venientibus, qualiter nos interventu*

terventu ac petitione dilectæ conjugis nostræ, videlicet Giselæ, nec non familiarium nostrorum Aribonis Archiepiscopi Sedis Maguntinensis, & Adelboldi episcopi Trajectensis ecclesiæ, Comitatum in Teisterbant situm, ad Trajectum S. Martino & ejusdem Sedis episcopo, suisque successoribus post futuris, cum omni utilitate, quæ pertinet ad eundem Comitatum, perpetualiter habendum tradimus, ea videlicet ratione, ut nullus posthac in illo Comitatu potestatem aliquam exerceat, extra Præsulis præscripti licentiam; quia sibi totum concessimus, quicquid utilitatis in illo habuimus. Sed hic quædam difficultas. Ut patet non dicit *Teisterbantiæ Comitatum*, sed *Comitatum in Teisterbant.* Verum dices, quod Pontanus ait, & verum extra controversiam, si unus tantum Comitatus. Sed quod unus an satis constat?

Teisterbantia olim pagus, id est, regio, provincia, & provincia satis ingens. Plures continens Præfecturas, seu si mavis Comitatus. Gelriæ etiam magnam partem, Bomelam, Tielam, Betuam, Culenburgum, Vianam, Asperam, Buram, Heusdam, Heuclomium. Jo. a Leidis *lib. 4. hist. cap. 12. Comitatus vero Teysterbandiæ continebat in se Bommelrewaert, Tielrewaert & terras de Arkel, de Heusden, de Haltena, de Vianen, de Culenburch, Buren, usque ad antiquam Mosam.* Snoyus *rer. Batav. lib. 1. p. 9. Betua peninsula est &c. Jam pars Gelriæ: olim Teisterbandiæ Comitatui subjacebat.* Oudenh. *beschryv. van den Bosch part. 2. cap. 5.* Veluam Brouwerus addit, sed addit hæsitans ad *vit. S. Meinwerci n. 4.* Pleraque autem omnia hæc beneficio Impp. diœcesi concessa. Veluam Comitatum vocat Henricus VI. Imp. Eumque episcopo & diœcesi dat charta, quæ apud Hedam in Balduino episcopo. Tielam Otto I. Bomelam, Arclo, Otto III. chartis quæ apud Hedam in *Baldrico & Ansfrido episcopis.* Nec Bomelam simpliciter, sed, ut ait diserte: *omnem districtum super villam Bomele & super cuncta, quæ ad eandem villam pertinent, videlicet publicæ rei subjecta. Teloneum vero, monetam, & negotium generale fermentatæ cervisiæ, quod vulgo Grutt nuncupatur, imo quicquid in jam dicta villa ad publicum bannum sive districtum pertinere visum est in Comitatu Unrochi in pago Testerbantia dicto situm, atque eundem districtum cum moneta, banno, & teloneo, & totius publicæ rei functione &c.* Et hic forsan est Comitatus, quem deinceps concessit totum Imp. Conradus *d. loc.* apud Hed.

Ad quem haud dubie pertinuere etiam Culenburgum, Viana, & reliqua, quæ ad Leccam. Nam & hæc diœcesis olim. Heda in Johanne IV. *Exhausto itaque ærario per tam crebra bella, extantibus adhuc debitis per Johannem Diestensem contractis, cunctisque locis munitis, tam cis, quam citra Ysulam fluvium, pro servitiis militaribus in pignus translatis, quæ Zuederus de Uterloo, cum Frederico de Exen, ac Præfectis de Castrolacu (sic Culenborch vocant)*

castro fastuose, Woudenborch &c. non contenti illis, nitebantur quicquid residui vel ecclesiastica vel secularis jurisdictionis superfuerat, sibi usurpare. Idem in Frederico *p.* 273. *Interim Reinaldus Dux &c. fit hostis episcopi atque Trajectinorum; attrahens episcopos Coloniensem, Monasteriensem, Ducem Montensem, Comitem Morsaciorum, cum Præfectis de Gaesbeeck & Culenburch in suam partem, de quibus tamen episcopus non male meritus erat, cui etiam fide obstringebantur.* Nulli in diœcesi ex Toparchis, ex Præfectis, ut dicam infra, jus gladii. Ausi quidem id asserere Præfectus Culenburgi, & Præfectus de Gaesbeeck. Sed, ex causa quam dixi, nequicquam & frustra. Soli S. Johannis Præposito id tantum datum. Idem hist. Ultraj *p.* 305. *Anno* XCII. *erexerat Præfectus in Culenburch furcam in vico Honswyck, præsumens ad se pertinere jus gladii. Verum episcopus cum Trajectinis & cæteris oppidis illam dejecerunt. Quod Præfectus quam ægre tulit, & post multas quæstiones causa submissa fuit arbitrio Præfecti Montisfortis, & Philippi Burgundi fratris episcopi, quem & ipsum postea episcopum vidimus Trajectensem. Hi comperto quod episcopi Trajectenses utile dominium non autem jus gladii illi concessissent, imposuere silentium ei, ita quod Præfectus dolens se intentasse litem, destitit a cœptis.* Add. eund. *ibid. p.* 259.

De Viana etiam constat. Ministerialis episcopi erat, qui Præfectus Vianæ. In cujus gratiam binas nundinas Vianensibus concessas legimus a Johanne Nassovio. Diploma apud Buchelium est in *not. ad Hed. p.* 259. *Quod meritis*, inquit, *plurimorum laborum & etiam onerum, ac expensarum dilecti Domini Zuederi de Bozinchem militis, quas assidua sollicitudine & cura pervigili pro ecclesia Trajectensi nostri prædecessoris b. m. Domini Henrici & nostris temporibus sustinuit, consideratis & inspectis &c. concessimus eidem Swedero &c. ad justum feudum &c. ex illa parte Lecca, ubi castrum suum Vianem situm est &c. duas nundinas quamlibet octo dierum &c.*

Certe & hæc, quæ ultra Leccam, diœcesis ex asse. Quo jure alioquin prædium, quod inter *Leccam & Ligniam*, & de quo quæstio non minima ut diploma diserte ait, inter duas ecclesias *S. Martini & S. Bonifacii*, nec non inter Arnoldum de Rothe & Henricum de Kuch, sopita omni lite, ecclesiis his dedisset & totum adjudicasset Burchardus episcopus apud Hed. *hist. Ultraj. p.* 143. & Buchel. *ibid. p. seq.*

Sed forsan parum refert an dicatur *Comitatus Teisterbantiæ* an *in Teisterbant*. Sic Heda etiam vocat Comitatum *in Thrente hist. Ultraj. p.* 113. quem Imp. Conradus Comitatum *de Thrente*. Facit charta Henrici IV. qua simpliciter etiam tantum meminit Comitatus *in Testerbant*. Nec aliud nomen addit. Charta est adhuc inedita. Integram ergo addam.

IN NOMINE SANCTÆ ET INDIVIDUÆ TRINITATIS, *Henricus divina favente clementia rex, Quia non dubitamus multum proficere nostris animabus ecclesiasticas res humanis augeri beneficiis, regalem decet personam minimum renuere, cum ab aliquo fidelium suorum pro hac eadem re quid commonetur aut petitur facere, sed omni intentione commonita & petita largiter adimplere. Quocirca omnium Christi nostrique fidelium universitati notum fieri volumus, qualiter Wilhelmus Trajectensis episcopus ecclesiæ, quæ est constructa in honore sancti Martini obtulit regalitati nostræ quasdam auctoritates piæ memoriæ avi nostri Conradi imperatoris Augusti, in quibus continebatur, quod ipse quasdam res juris sui, id est, Comitatum in Testerbant ad Trajectum sancto Martino, & ejusdem sedis episcopo suisque successoribus cum omni utilitate, quæ pertinet ad eundem Comitatum, perpetualiter habendum traderet, ea videlicet ratione, ut nullus posthac in illo Comitatu potestatem exerceret aliquam extra Præsulis loci illius licentiam, quia totum sibi concessit, quicquid utilitatis in illo habuit. Et ut firmiora sese inibi haberent jura legalia, bannum statuit illi dare, quemcunque vellet ad regendum eligere, ad firmitatem tamen rei ut ista verius credantur, firmius recolantur, postulavit nos prædictus episcopus, ut hujus donationis auctoritatem ad præfatam ecclesiam dignaremur confirmare. Cujus petitionibus nos pro divinæ retributionis desiderio, & animarum patris nostri Henrici, & avi nostri Conradi imperatorum remedio, nec non ob interventum dilectæ matris nostræ Agnetis imperatricis Augustæ libentissime annuentes eundem Comitatum cum omni utilitate ad præfatam ecclesiam jure perpetuo delegavimus, & nostra regali auctoritate in perpetuum confirmavimus. Et ut hæc auctoritas nostra inconvulsa permaneat, manu nostra illam roboravimus, & sigillo nostro insigniri jussimus.*

In *Testerbant* haud dubie, quod Velua etiam Teisterbantiæ, quæ diu demum post Henrici VI. diplomate diœcesi accessit. Olim de ea quæstio, orta, ut suspicari licet, ex præcedentium Imperatorum verbis dubiis & obscuris loquentium de Comitatu non Teisterbantiæ, sed in Teisterbant. Sed quæstionem Henricus VI. expressis verbis extinxit. *Quapropter*, inquit, *notum facimus &c. quod nos quæstionem illam, quæ jam diu vertebatur inter consanguineos nostros, Baldevinum Trajectensem episcopum, & Henricum Ducem Lotharingiæ super Comitatum de Veluve, in eo videlicet, quod ipse episcopus Comitatum illum de concessione Imperatorum sibi & ecclesiæ Trajectensi asserebat pertinere, & e contra Dux Lotharingiæ dicebat, quod ipsum Comitatum de manu nostra teneret in feudo, ad hunc finem deduximus, quod ipse Dux injuriam suam recognoscens; omne jus quod in Comitatu illo videbatur habere, in manus nostras libere resignavit. Nos itaque prædictum Comitatum cum omnibus suis pertinentiis, Imperiali clementia, prædictæ ecclesiæ Trajectensi, & dilecto consanguineo nostro*

Bal

Balduino ejus episcopo, solemniter contulimus, & imperiali auctoritate præsenti Majestatis nostræ privilegio in perpetuum confirmamus &c.

Forsan etiam hæc quæstio: An posito, quod concessa Teisterbantia universa, Velua etiam eo ipso posset dici concessa. Nam nondum id satis certum, an Velua olim ejus pars. Illustris memoria adhuc Comitatus Teisterbantiæ in Regni divisione Lotharii Junioris a Carolo Calvo & Ludovico Germanico Ludovici Pii filiis facta Ann. DCCLXX. VI. Idus Augusti. Sed charta meminit *Comitatus.* Non meminit *Comitatuum.* Diserte etiam a Batua Comitatum secernit.

Verba addam chartæ, sed id interim præmittam, quod Dousa *Teisterbantiam* cum *Taxandria* confundit, & Teisterbantiam, *Taxandriam* ait *lib.* 8. *annal. p.* 390. id ferri non posse. Diversi hi Comitatus. Regnum fratres cum erciscerent Taxandria cessit Karolo, quæ & regno ejus propior, Teisterbantia Ludovico. Charta jam dicta: *Et hæc est portio, quam sibi Hludovicus accepit; Coloniam, Treveris, Utrecht, Strasburgh, Basulam, Indam, Abbatiam Sivestre, Maximini &c. Castellum Carnotes, Heribodesheim, Abbatiam de Aquis, Hoenchirche, Augustchirche. Comitatum Testrebant, Batua &c. Et hæc est portio, quam Karolus de eodem regno sibi accepit, Lugdunum, Vesontium, Viennam, Tungris, Tullum, Viridunum &c. Andana, Wasloi, Altum-montem, Comitatum Texandrum &c.* Taxandria pars Brabantiæ. Vulgo *de Kempen.* Vid. Car. Calv. Capitul. *tit.* 43. Miræ. *Cod. piar. don. cap.* 20.

Cæterum non nego pleraque ex his, quæ jam dixi, sensim & tractu temporis a diœcesi distracta. Jure an injuria non necesse est, ut jam disputem. Quamvis putem nihil certius, quam quod, Principes cum ecclesiæ tot dedissent provincias, tantum terrarum spatium, ut regendis & administrandis Antistes vix par esset, in feudum prædia non tantum, sed quo plures ipsi ambacti, plures ipsi devoti, & beneficiis obstricti, castra etiam Præfecturæ, & Comitatus concessi. Qui autem eos nacti neglecti sæpe ab episcopis, cum aliis obsessi essent, paulatim etiam ipsi cogitantes tyrannidem neglexerunt episcopos, & excusso eorum jugo, ac si veri essent domini nec fidem, nec hominium, nec servitia præstiterunt.

Nec mirum de diœcesi. Alibi id etiam contigit. Etiam in Gallia. Feudis usi ut allodiis. Normannorum præsertim tempore, & postquam Regum ignavia passim hi provincias ad exitium vocassent. Divisa feuda & præfecturæ ut hereditas inter liberos, etsi nondum plane excussa erga Reges reverentia interdum regio consensu. Regino Abbas: *Anno Dominicæ incar-*

carnationis DCCCCXLIX. *Uto Comes obiit, qui permissu Regis quicquid beneficii aut præfecturarum habuit, quasi hæreditatem inter filios divisit.* Alteserr. *lib.* 8. *rer. Aquit. cap.* 13. Abbatiæ etiam, episcopatus, ut munus passim concessi. Ademarus: *Successit Pontifex Alduinus frater ejus per manum Willelmi Ducis, consecratusque est Engolismæ ab episcopo Hugone.* Duces etiam & Comites usi iis pro arbitrio, & Abbates etiam ipsi. *Abbicomites* alibi. Regino ad Ann. 893. *Ebulo Abbas de S. Dionysio*, (& hic Dux etiam Aquitaniæ) *cum quoddam castrum in Aquitania situm ardentius expugnaret, ictu lapidis periit. Monasterium S. Dionysii Otto ad suum servitium revocavit.* Aimoini Continuator *lib.* 5. *cap.* 41. *Post hæc defuncto Ebulo Abbate Robertus supradictus princeps cupiditate magis ductus, quam cura animarum sollicitus Abbatiam S. Germani accepit, seque Abbatem post supradictum Hugonem vocitari fecit.* Gerbert. *epist.* 17. *Qui status regnorum penes vos sit scire cupit, & an Hugo, quem vestra lingua Abbicomitem dicitis, uxorem duxerit.* Coteler. I. *eccles. Græc. monum. in not.*

Interdum, fateor, ex his quidam ad obsequium redacti, sed gravi interdum bello, multo sumptu & sanguine. Nota est historia de Præfecto Covordiæ. De Præfecto Culenburgi ex Archivis etiam constat. Vasallus olim Trajectinus. Castrum id a Collegio & Præposito S. Salvatoris, vulgo jam *Oud-munster*, in feudum ipsi concessum. Nactus deinceps proprietatem, ut patet ex literis, quarum tenor hujusmodi:

Universis præsentia visuris & audituris. Ego Hubertus de Bosinchem Pincerna Trajectensis, Notum facio, quod contuli & resignavi Venerabili viro Domino Præposito & Archidiacono ecclesiæ Sancti Salvatoris Trajectensis Theoderico de Altena conservatori præsentis liberam proprietatem mansi siti juxta fossam episcopi in superiori parte jurisdictionis in loco dicto Bodelstraete. Et idem Præpositus mansum & dimidium ei sic appropriatos contulit mihi Huberto de Bosinchem de consensu Capituli sui tenendos ab ipso Præposito & a sua ecclesia prædicta libero jure feodi cum aliis bonis feodalibus, quæ teneo de eo & de sua ecclesia antedicta. Item Præpositus prædictus contulit mihi Huberto de Bosinchem de consensu Capituli sui mansum suum situm in Culenborch, in quo Castrum meum est fundatum, sic ut dictus mansus extenditur in longum & latum, libero jure proprietatis perpetuo possidendum, quem ego præsens a Præposito & ecclesia Sti Salvatoris prædicti in feudo tenebam. Et resignavit etiam mihi Huberto proprietatem dicti mansi in jurisdictione, in qua est situs, cum omni jure, quo debebat. In cujus rei testimonium & munimen præsens scriptum fieri fecimus, & sigillis nostris utrimque roborari. Datum Ann. Domini MCCLXXXI. *in Translatione bti Martini.*

Verum castri hic tantum mentio, ut patet, mansi &c. Castri itidem proprietatem tantum, non Leccæ, non fluminis. Ne gry quidem de Lecca hic. Idem Comiti Gelriæ cum eodem adhuc anno castrum id vendidisset, & rursum ab eodem recepisset in feudum, jus fluminis non recepit. Recepit tantum quod dederat. Castrum scilicet & nihil aliud. Literæ apud Buchelium sunt ad Hed. *in not. p. 223.* & apud Sande *ad consuet. Gelr. tr. 1. tit. 1. cap. 4. n. 16.*

Ducum Gelriæ etiam chartæ quibus facta investitura de castro tantum, de terra. Non de Lecca, de flumine.

Extract uyt het Leen-boeck van Gelderlant.

Ann. 1441. *Ontfinck Gerrit Heer tot Culenborch die Borch inde Stadt Culenburch mit allen synen toebehooren, ind voort alsulcke Land ind Thienden, als by in den Brouck ind tot Lanx-meer liggende heeft tot Zutphenschen rechten. Onderstont. Naer voergaende Collatie is dit Extract mettet Leenboeck E. fol. 68. verso accorderende bevonden, In Kennisse van my onderschreven Griffier van de Leenen in Gelderlant, &c.*

Nec ad rem, siquis forsan, qui asserunt sibi Leccam etiam una cum castro, aut siquis una cum castro etiam Leccam in feudum dedit. Non videndum, quid factum, sed quo jure, quo titulo, *l. 12. ff. de off. præs. l. 13. C. de sent.* Posito utique quod id factum, facti tantum id, non juris. Facti etiam haud dubie, quod a Dominis Culenburgi etiam spretus Dux Gelriæ. Quod omissum homagium. Quod omissa investitura. Et satis diu nonnumquam. Domino Culenburgi ac si quod ad castrum superiorem non agnosceret ut allodium usurpante id. Et satis de eo constat. Diu pridem intermissum, Caroli V. demum tempore homagium rursum factum, & castrum cum territorio in feudum iterum receptum. Castrum dico cum territorio. Lecca autem ne tum quidem, & ne quidem pro parte.

Extract uyt seekeren brieve beginnende, Carolus divina favente clementia Romanorum Imperator &c. *Daer inne geinsereert waren de Hylicx voir waerden van wylen Heere Erart, Heere van Pallant &c. ende Vrouwe Margriete van Lalaing, &c.* inserta etiam hac clausula.

Item die Grave ende Gravinne van Hoochstraten sullen mits desen hylick ende tot vorderinge van den selven den Heere van Pallant heuren Neve overgeven de Erflicheyt van der Stadt, Sloth, ende Heerlicheden van Culenborch, Everdinge, Honswyck, ende Schalckwyck met allen heuren tochehoirten, in leengoeden, eygen goeden, ende andere niet daer van uytgesondert; so sy die tot her toe gebruyckt en beseten hebben, Behalven s' Gravenweert, t'welck na doode van den voirnoemden Grave ende Gravinne van Hoochstraten volgen zal den genen, die 'er toe gerechticht bevonden sal werden, Ende tot dien eynde zullen sy sich ter eersten gelegener tyt van den voirsz. Heerlicheden ende heuren toebehoirten onterven, ende heuren Neve van Pallant daer in vestigen ende erven voer Stadholder ende Mannen der Keyserl. Maj. als Hertoge van Gelre, ende oic als Grave van Hollant, noch meer van den Bisschop van Utrecht oft zyn Stadtholder ende Mannen, naer dat de voorsz. Heerlicheden respective van hun gehalden zyn, mit oeck voor de bancken ende Gerichten, daer die eygen goeden mede daer toe behooren ende gelegen zyn.

Et hactenus clausula. Quam sequuntur mox verba hæc.

Et quoniam, quo hujusmodi cessiones firmæ & validæ sint, necessarium est infeudationes & transportationes utrimque fieri, & bona præs dicti Dominii de Culenburgh secundum libros feudales ex feudo Ducis Gelriæ tanquam

Principis & vasalli Sacri Romani Imperii immediate & a nobis & a Sacro Imperio mediate dependere constanter asseratur, atque ipse Ducatus Gelriæ a quo dictum feudum Dominii de Culemburg, ut prædictum est, immediate dependeat, jam aliquot annos & ultra terminum juris in feudum a nobis & Imperio, ut decet, non sit receptus, neque debita super hoc investitura sequuta, ita ut ipse Comes & Comitissa de Hoochstraten, & forte etiam aliqui eorum prædecessores dictum Dominium & terram de Culemburg hactenus neque a Duce Gelriæ, prout neque a nobis prædecessoribusque nostris Romanorum Imperatoribus & Regibus durante hujusmodi defectu relevaverunt, neque in præsenti propter dictum defectum non recepta per præfatum Ducem investitura debite & tuto relevare possent. Propterea prætacti Comes & Comitissa ac Dominus de Pallant nobis uti Romanorum Imperatori, a quo & Sacro Imperio Gelriæ Ducatus dictumque Dominium de Culemburgh ut feuda modo quo supra dependent, humiliter supplicarunt, Quatenus ipsos pro opportuno juris remedio de prædicto Dominio & terra de Culemburg, ejusque juribus & pertinentiis universis prædicto defectu atque aliis quibuscunque non obstantibus respective infeudare & investire, nec non cessiones, exhæredationes, & transportationes eorundem in dicti matrimonii favorem admittere, concedere, & decernere ex solita benignitatis nostræ clementia dignaremur, Nos eorundem supplicationibus inclinati primum prænominatam Isabellam Comitissam de Hoochstraten, interveniente ad hoc & infra scripta omnia auctoritate & consensu præfati Antonii Comitis de Hoogstraten legitimi mariti & tamquam mamburni sui animo deliberato, sano Principum, Comitum, Baronum, & aliorum fidelium nostrorum accedente consilio, auctoritate nostra Romana Cæsarea, & Imperialis potestatis plenitudine ex certa scientia & de gratia speciali de prædicto Dominio & terra de Culemburg, ejusque Castro & oppido, villis, locis, hominibus, censibus, emolumentis, honoribus, consuetudinibus, observantiis, juribus, & pertinentiis universis, quibuscunque nominibus nuncupatis, mero & mixto Imperio, & gladii potestate a nobis & Sacro Romano Imperio, ac a Gelriæ Ducatu, ut præmittitur, in feudum dependentibus & investivimus & instituimus, Et deinde præfata Isabella Comitissa de Hoochstraten modo quo supra investita & instituta de præfatis, auctoritate & consensu dicti Antonii de Lalaing Comitis de Hoochstraten sui legitimi mariti & tanquam mamburni, præfatum Dominium & terram de Culemburg, ejusque Castrum & oppidum, villas, loca, homines, census, emolumenta, honores, consuetudines, observantias, jura, & pertinentias universas, quibuscunque nominibus nuncupatas, merum & mixtum imperium, & gladii potestatem a nobis & sacro Romano Imperio ac Gelriæ Ducatu, ut præmittitur, dependentia, si ac in quantum & quatenus de jure potuit & debuit, & non aliter ad manus nostras in favorem, opus, & utilitatem præfati Erardi Domini de Pallant, ejusque heredum & successorum cum

&

& sub omnibus conditionibus & oneribus juxta præinserti tractatus antenuptialis tenorem rite & debite adhibitis solemnitatibus cessit & transportavit, Quibus cessione & transportatione sic factis, Nos præfatum præinsertum contractum antenuptialem, cessionemque, & transportationem præfatas, gratas & validas habentes, per omnia & in omnibus, excepta duntaxat dispositione & clausula de sedecim millibus florenorum, quam partes mutuo consensu in aliam formam transmutare decreverunt, prædictum Dominium & terram de Culemburg, ejusque Castrum & oppidum cum omnibus suis pertinentiis supradictis ac sub conditionibus & oneribus in prædicto tractatu insertis, dicta tamen clausula de sedecim millibus florenorum dempta, in manus præfati Erardi Domini de Pallant transtulimus & tradidimus, prout per præsentes transferimus & tradimus eum de & in eisdem investiendo & instituendo. Quibus sic peractis præfatus Erardus omnem usumfructum dicti Dominii & terræ de Culemburg ejusque Castri & oppidi cum omnibus dependentiis & appendentiis & aliis supradictis rursus ad manus nostras in & ad opus & utilitatem prædictorum Antonii Comitis & Isabellæ Comitissæ, & cujuslibet eorum vita postremi superstitis durante, juxta formam, & tenorem præinserti tractatus antenuptialis cessit & transportavit. Quem quidem usumfructum sic, ut præmittitur, ad manus nostras transportatum concessimus & transtulimus prædictis Antonio Comiti & Isabellæ Comitissæ, & cuilibet eorum, vita ultimi superstitis durante, ipsos & quemlibet ipsorum de & in dicto usufructu investiendo & instituendo, acceptis prius in memoratis investituris tam a præfatis Comite de Hoochstraten suo proprio & præfatæ uxoris suæ mamburnio nomine, quam Domino de Pallant respective debitis & consuetis homagii & fidelitatis juramentis, non obstante, quod neque Comes & Comitissa de Hoochstraten, nec forte etiam aliqui eorum prædecessores dictum Dominium & terram de Culemburg non relevaverunt, Quem quidem & omnes alios tam juris quam facti defectus, siqui intervenissent in præmissis, per omissionem, commissum, negligentiam, vel alio quocunque modo de Cæsareæ potestatis nostræ plenitudine remittimus atque supplemus, Non obstantibus etiam quibuscunque constitutionibus, ordinationibus, & aliis quibuscunque in contrarium facientibus, Quibus omnibus pro hac vice auctoritate præfata derogamus & derogatum esse volumus & intendimus, etiamsi talia forent, quæ deberent exprimi, & de eisdem fieri specialis mentio, Nostris tamen & Imperii sacri ac successorum nostrorum superioritate & juribus semper salvis, Volumus etiam, quod quicunque Gelriæ Dux a nobis vel successoribus nostris Romanorum Imperatoribus & Regibus debitam & legitimam post hac investituram de prædicto Ducatu Gelriæ una cum feudis ab eodem Ducatu dependentibus obtinebit, illi eidem & omnibus futuris Dominis & Dominabus de Culemburg, illorumque successoribus, & tunc quoad relevationem & collationem investituræ super dicto Dominio & terra de Culemburg utrimque jura salva remaneant

maneant & illæsa, ita tamen quod præfati Comites *&* Comitissa *de* Hoochstraten *&* Dominus *&* Pallant, *quoad vixerint, nullam aliam relevationem facere & investituram recipere a quoquam cogi possint, quibus ista a nobis recepta investitura omnino si velint, quoad vixerint, sufficere debent. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc nostra investitura, institutionis, concessionis, largitionis, receptionis, admissionis, ratificationis, indulti, decreti, derogationis, & gratia paginam infringere, aut ei quovis ausu temerario contraire. Siquis autem id attemptare præsumpserit, indignationem nostram gravissimam, & pœnam centum marcarum auri puri pro medietate Fisco seu ærario nostro Cæsareo, reliqua vero parte injuriam passorum vel passi usibus applicandorum se noverit, toties quoties contra factum fuerit, irremissibiliter incursurum. Harum testimonio litterarum sigilli nostri appensione munitarum. Datum in oppido nostro Bruxella, die decima quinta mensis* Novembris, *Anno Domini millesimo quingentesimo tricesimo primo. Imperii nostri duodecimo, Regnorum vero nostrorum decimo sexto. Was ondertcekent* Carel. *Lager stondt.* Ad mandatum Cæsareæ & Catholicæ M^tis. proprium, &c.

Ex his ergo satis constat, quod multa quidem a diœcesi ex iis quæ ultra Leccam progressu temporis distracta. Certum id nec negari potest. Sed quod distractum jus fluminis, aut quod unquam flumen ipsum, charta ulla aut argumento id doceri non potest. Imo potius contrarium. Postquam jam avulsa hæc, fatetur tamen diserte Albertus Comes Hollandiæ flumen diœcesis esse charta Ann. MCCCCII. Quæ quia adhuc inedita necesse est tota addatur hic:

AELBRECHT *by Goeds ghenaden Palensgrave op ten Rhyn Hertoge in Beyeren, Grave van Henegouwen, van Holland, van Zeeland, en Heere van Vriesland, en Willem van Beyeren, van Henegouwen, ende van Holland, bi der selver ghenaden Grave van Oostervant, doen kont allen luyden, dat Wi geloofst hebben, ende gelooven voor ons ende onsen nacomelingen der Stadt van Utrecht, alse waer dat sake, dat Wi en onse Vrienden wonnen eenig van Hagesteyn, Eversteyn, ofte Lederdam, datmen dan die rechtevoort nederleggen soude, ende nimmermeer weder optimmeren, nog laten timmeren op die Steden, nog op geen Steden in dien landen vorsz. nog in dien landen nimmermeer tollen te leggen, Ende die Bisschop ende dat Gesticht van Utrecht sellen hebben ende behouden die Heerlicheden hoghe en leghe van den lande van der Lede, Ende so wanneer die Bisschop van Utrecht, die nu is of namaels wesen*

sen sel, inder tyt houden wil met seven stolen, dat die Heerlicheyt van den Lande van Haghesteyn, de nu ter tyt den Heere van Arckel besit, ende die Heerlichede van den Lande van Haestrecht hoghe ende leghe den Gestichte van Utrecht mit rechte toebehoort, soo wes sy daer of houden, dat sellen Wi en onse nacomelingen hem rustelike laten houden ende gebruken, Behoudeliken den Bisschop ende den Gestichte van Utrecht haers strooms, of si dat gehout niet en deden, ende behoudelicken onser liever ghesellinnen, ende onse gheminder Zuster Vrouwen Margrieten van Cleve hore lyftochten an den lande van Haestrecht voerghenoemt, also langhe alse zi leeft, Ende oec sullen Wi ende onse nacomelinghen die Heerlicheden van den selven Landen behouden totter tyt toe, dat dat voersz. behoud gedaen sal wesen, Maer mitter Stede en Slote te Gorinchem en den Lande van Arckel daer toe behorende sullen Wi altoos onsen vrien willen mede moghen doen, of Wi dat becraftighen en wonnen, Behoudelic den Gestichte van Utrecht hoers strooms, alse voersz. is. Alle dese voersz. punten en voerwaerden gelooven Wi voer ons en voer onse nacomelinghen der Stad voersz. vaste ende gestade te houden tot ewighen daghen, ende nyet te verbreken in gheenre wys, In Orconde desen brieve besegbelt mit onsen seghelle hier aen gehanghen. Ghegheven in den Haghe op sinte Johans avont te midde zomer, in't jaer ons Heeren dusend vier hondert en twe.

Si dicas; postquam jam avulsa hæc, flumen etiam haud dubie pro parte Gelrorum, Viannensium, & aliorum, qui prope ripam habent prædia. Respondeo; Non sequitur. Flumen non est pars aut accessio prædiorum. Flumen habent Trajectini ex donationibus Principum. Non potest, quod ipsorum est, sine ipsorum facto iis iterum auferri, *l.* 11. *ff. de reg. jur.* Caroli Magni charta apud Hedam *hist. Ultraj. p.* 41. *Similiter donamus ad Basilicam S. Martini ecclesiam quæ est super Dorestad constructa, & vocatur Upkirika, de omnique parte centum perticas terræ, ut omni tempore prædicta Basilica spacium terræ centum perticas habere debeat, & cum ea ripaticum illum super Lockiam & insulam illam prope ipsam ecclesiam ad partem Orientalem inter Rhenum & Lockiam. Hæc vero omnia tradimus a die præsenti ad præfata sancta loca perpetualiter possidendum.* Ludovici Pii charta apud eund. p. 45. *Quia Rixfridus venerabilis vir, veteris Trajecti ecclesiæ episcopus &c. detulit mansuetudini nostræ quasdam authoritates constitutionum, qualiter Dominus & genitor noster Carolus, bonæ memoriæ, piissimus Imperator, Aug. & avus noster Pipinus & antecessores eorum ad ipsam ecclesiam concessissent omnem decimam, de mancipiis, terris ac teloniis, vel de negotio, vel de omni re, undecumque ad partem Regiam fiscus telonium exigere aut accipere videbatur, & ut homines ejusdem ecclesiæ sub mundiburdo &c. nec non*

& in

& in ripis in Doreſtado, ut nec bannum, aut fredum, aut conjectum, quod ab ipſis Verſchat *vocatur, contingere aut exactare præſumeret, & quiſquis ex negotiatoribus in eorum ripas intrare voluiſſet, nullam contentionem ex hoc feciſſet eis &c.*

In ripis dicit diſerte, ut utraque intelligatur. Etiam ulterior. Repetit privilegium id & confirmat Zuentibolchus Rex ſub Odilbaldo *ibid. p.* 67. Henricus Auceps ſimiliter, & filius ejus Otto I. ſub Baldrico *ibid. p.* 79. *& ſeqq.* Ottonis I. etiam charta eſt, qua dat eccleſiæ Trajectenſi pagum *Lake & Iſla. Totum*, inquit, *ibid. p.* 83. *quod in pago Lake & Iſla hactenus habuimus, quod Walgerus & poſtea filius ejus Radbodus ex noſtra parte in beneficium habuerunt cum omnibus illic legaliter pertinentibus agris, mancipiis, pratis, paſcuis, ſylvis, aquarumve decurſibus, terris, cultis & incultis, piſcationibus, cunctisque quæſitis & inquirendis &c.*

Pro *Lake* alii legunt *Lecke.* Pagum vocat, ut puto, regionem, diſtrictum, quo Lecca undique erat cincta. Lecca ipſa tum rivus, qui ſenſim demum crevit. Facit, quod donationem Henricus V. confirmans navium bellicarum diſerte etiam meminit. Charta eſt adhuc inedita, ſed quæ plane hic non omittenda.

Henrici Quinti de Yſele & Lecke.

Sic in MS.

IN NOMINE SANCTÆ ET INDIVIDUÆ TRINITATIS, *Henricus divina favente gratia Romanorum imperator Auguſtus. Quæ a prædeceſſoribus noſtris piæ memoriæ imperatoribus ſive regibus ſanctis eccleſiis Dei collata ſunt & poſtea imminuta ſive neglecta comperimus, decet regalem juſtitiam ea ſupplere & reſtaurare ob ſpem æternæ remunerationis, & hoc acceptabile credimus coram Deo & hominibus. Quia igitur ex antiquis primum eccleſiarum munimentis, deinde renovantibus & firmantibus hoc ipſum paginis & ſigillis ſuis piæ memoriæ imperatore Auguſto Henrico ſecundo, & avo noſtro Henrico* III. *totum quod in pago* Iſla *&* Lake *cognovimus regali munificentia traditum duobus monaſteriis in Trajecto, uni in honore ſancti Martini, alteri in honore ſanctæ Dei genitricis Mariæ omniumque ſanctorum dedicato, placuit nobis eandem piorum regum traditionem regali auctoritate confirmare, hoc addentes, quod a Wilhelmo Comite ejuſque prædeceſſoribus violenter uſurpatum eſt, amodo ſupradictis*

dictis ecclesiis stabili & perpetua regalitatis nostræ traditione inconvulsum permaneat. Scilicet ut sicut terra & homines & census ad prædictas ecclesias attinent, ita omnis justitia ad Præpositos earundem ecclesiarum & villicos eorum pertineat, & nullus ibi Comes vel Advocatus præter Præpositos sit. Sed omnis justitia ad illos pertineat, sive in furnis, sive in aggeribus, sive in bellicis navibus, quod vulgo silinc *vocant, vel quibuscunque aliis negotiis ad seculare placitum pertinentibus. Notum quoque sit omnibus regni fidelibus, quod idem Wilhelmus Comes in præsentia nostra in ipsa civitate Trajecto contra nos bello & armis manum levavit, & ob hoc judicio principum & liberorum omnium hominum eundem Comitatum Præpositis prædictarum ecclesiarum favente & assistente eis jure ex antiquis regum traditionibus inconvulsa auctoritate confirmavimus. Ut autem hæc traditio nostræ auctoritatis rata permaneat, hanc paginam inde conscriptam manu propria roborantes sigillo nostro insigniri jussimus. Signum Domini Henrici quinti imperatoris invictissimi. Bruno Cancellarius vice Adelberti Archicancellarii recognovi. Data* VII. *Kl. Junii Ann Domini* MCXXII. *Indictione* XV. *Anno autem Domini Henrici quinti, Regni quidem* XXII. *Imperii vero* XII. *Actum est Trajecti in nomine Domini feliciter, Amen.*

Meminit tribus verbis etiam Heda in Godebaldo. *Item*, inquit, *Henricus quintus Imp. donationem de Isla & Lecke confirmavit*. Wilhelmus Comes, cujus mentio, puto, Leccæ Præfectus fuit. Nam Comes idem quod Præfectus. Tumultus meminit etiam Heda *ibid.* Wilhelmi tamen non meminit, sed cujusdam Giselberti tumultus instinctoris. Et hinc origo, ut verisimile, Dominorum de Lecca. Nec procul Præfectura hæc sed confinis Teisterbantiæ. Postquam enim Otto I. Lake & Isla donasset, & quicquid in eo antea Walgero datum in beneficium & Radbodo ejus filio Anno DCCCCXLIV. nepos ejus Otto tertius ejusdem seculi Ann. XCVIII. Bomelam dat & Arclo in pago Testerbantiæ, *& quicquid*, verba ejus sunt, *Poppo filius Walgeri habuit in ministerium in eodem Comitatu, & in villa Arclo propietario jure habendum &c.*

Et hoc titulo muniti, tot chartis & instrumentis septingentos jam annos usque in diem hodiernum Leccæ domini Trajectini in solidum, & ex asse, & de ripa ad ripam, qua diœcesin præterfluit. Soli habent jus piscandi. Vectigal mercibus imponunt, & quod impositum exigunt. Delicta in flumine perpetrata pro delicti qualitate castigant & puniunt. Bona occupant vacantia, & quæ in flumine deprehenduntur habita pro derelicto. Insula si nascatur, cedit Ultrajectinis & cedit in solidum, quamvis forsan nascatur Gelrorum parti proximior. Et peremptorium hoc argumentum: Ejus insula est, qui in flumine vectigal recipit aut tributum, non qui præ-

dia habet prope ripam, aut cujus jurisdictio ad ripam usque extendit se. Adolphi Imp. charta Ann. 1263.

Nos Adolphus Dei gratia Romanorum rex semper Augustus, Recognoscimus per præsentes, quod nobis Ann. Domini MCCXCII. *in die Beatorum Tiburtii & Valeriani Martyrum apud Neurenburg pro tribunali sedentibus, ad requisitionem Spectabilis viri Reynaldi Comitis Gelrensis per communem sententiam est obtentum, quod si insula est in Rheno, vel alio flumine, in Comitatu alicujus Comitis, qui in ipso flumine recipit theolonia & conductus, habetque Comitatum eundem, theolonia & conductum, ab Imperio in flumine prædicto, eadem insula potius spectat ad Imperium, & ad ipsum Comitem, quam ad alium Dominum, cujus districtus protenditur ad ripam fluminis prælibati. Datum Anno Domini die & loco prædictis, Regni vero nostri Anno secundo.*

Jam autem, quod Trajectini jus habeant & imponendi & exigendi vectigal, & quod alii non item, tot diplomata de eo extant, ut frustra amplius de eo dubites. Friderici II. tria extant apud Hedam *hist. Ultraj.* p. 195. Puto operæ pretium, & id rei momentum, ut exscribam, & addam hic:

FREDERICUS DEI GRATIA ROM. IMP. SEMPER AU*gustus & Rex Siciliæ, Universis præsentes literas inspecturis fidelibus suis gratiam suam & omne bonum. Quia cum apud Franckenfort in Curia solemniter indicta judicio præsideremus, per Principes, qui ibidem aderant, talis data fuit sententia, & ab eisdem approbata, quod nullam auctoritatem sive Warandiam telonei in damnum vel præjudicium alicujus nostra præstare serenitas potuisset. Quam cum de Comite Gelrensi super teloneo, quod se a nobis asseruit tenere, clamor conquerentium non modicus aures excellentiæ nostræ pulsaverit, sub obtentu gratiæ nostræ eidem Comiti dedimus in mandatis, ac penitus prohibuimus, quod nullum teloneum apud Arnhem vel* Oesterbeke, *seu* Lobedde, *vel in quocunque loco super Rhenum deinceps acciperet vel haberet, non obstante aliqua Warandia, quam se dixit habere, nec aliquibus literis obviantibus a nobis, vel prædecessoribus nostris impetratis, super his litteras apertas universis eas inspicientibus destinantes. Verum quia idem Comes in his mandato & scripto nostro temere contraire præsumens postmodum teloneum sibi prohibitum non solum extorquere, imo etiam quod gravius est in dispendium episcopi Trajectensis & ecclesiæ suæ, homines suos de Daventria & Sallandia novis teloneorum exactionibus apud* Lobedde *præsumpsit aggravare, Nolentes igitur, ut per violentiam Comitis præfati, episcopo jam dicto & ecclesiæ ipsius occasione præmissi thelonei aliquod præjudicium fiat, ulterius literas, quas super inhibitione ejusdem telonei indulsimus confirmantes innovamus, ac iterata imperiali auctoritate Warandiam*

Lobedde in Archivis est. *Lobede, Lobbeke, Lobbede* apud Hedam.

randiam telonei apud loca memorata & in aliis locis super Rhenum sæpedicto Comiti contradicimus, & ne teloneum deinceps accipiat, penitus inhibemus. Si vero idem Comes, quod non credimus, huic nostræ contradictioni ac inhibitioni contrarius exstiterit, ipsum etiam indignationem nostri culminis incurrisse, & a gratia Majestatis nostræ exclusum penitus cognoscatis. Actum apud Brechmam prid. Nonas Januar. XI. Indictione.

Aliud:

FREDERICUS DEI GRATIA ROM. IMP. SEMper *Augustus, & Rex Siciliæ, fideli suo G. Comiti Gelrensi gratiam suam & omne bonum. Intelleximus, quod tu post inhibitionem mandati nostri apud Franckenforde in solemni Curia sententialiter factam, venerabilem Trajectensem episcopum dilectum consanguineum & Principem nostrum, & Ecclesiam ipsius indebitis exactionibus telonei apud Lobbede, & aliis gravaminibus multipliciter aggravas & molestas. Immo quod gravius est, ab hominibus castri sui Davantre, & terræ suæ Sallandiæ de novo teloneum extorques in ipsius & Ecclesiæ suæ præjudicium & gravamen. Cum igitur ex officio commissi nobis regiminis, ecclesiarum jura defendere tenemur, ac conservare, fidelitati tuæ sub obtentu gratiæ nostræ firmiter præcipiendo mandamus, quatenus ab hujusmodi exactionibus telonei & aliis gravaminibus, quæ eidem Episcopo & ecclesiæ suæ hactenus irrogasti, & adhuc inferre non formidas, omnino desistas, teloneum, & maxime ad gravamen episcopi, & hominum terræ suæ per te de novo institutum penitus abolendo, indubitanter sciturus, quod si super hujusmodi mandati nostri executione iterato tibi facti, tenorem literarum, quas super his omnibus eas inspicientibus de novo direximus, negligentem te gesseris, non solum Majestatem nostram offendisse, sed a gratia nostra te scias penitus alienum. Datum apud Brechmam IV. Idus Januar. XI. Indict.*

Tertium ejusdem:

FREDERICUS SECUNDUS DEI GRATIA ROM. *Rex, semper Augustus, & Rex Siciliæ, fideli & dilecto Principi suo E. sanctæ Coloniensis ecclesiæ Archiepiscopo gratiam suam & omne bonum. Nobis apud Franckenvorde in Curia solemniter indicta judicio præsidentibus data talis est sententia, & a Principibus approbata, quod nullam auctoritatem telonei sive Warandiam in damnum vel præjudicium alicujus præstare possimus. Cum igitur super teloneo, quod nobilis vir Comes Gelrensis se asserit tenere a nobis, quærimoniam non modicam audiverimus, Regia Majestate tibi mandamus, quatenus auctoritate nostra, & sub obtentu gratiæ nostræ, eidem Comiti firmiter*

præcipias, ut nullum teloneum ab Arnhem, vel Oesterbeke, *seu* Lobedde, *vel in quocunque loco super Rhenum deinceps accipiat, non obstante aliqua Warandia, si quam se dicit habere, nec literis aliquibus obviantibus a nobis, vel successoribus nostris impetratis. Datum apud Frankenforde in Curia nostra solemniter indicta* 11. *Kal. Maji.*

Abunde hæc probant quod dixi. Diploma addam ex Archivis majoris ecclesiæ Caroli IV. quod ineditum, & quo diserte episcopo fit potestas imponendi vectigal.

IN NOMINE SANCTÆ *& individuæ Trinitatis feliciter Amen.* KAROLUS *Quartus divina favente clementia Romanorum Imperator semper Augustus & Boemiæ Rex, ad perpetuam memoriam: Divinæ retributionis meritum ac temporalis prosperitatis augmentum nobis infallibiliter provenire non ambigimus, dum principalium Ecclesiarum sacrosancto Romano subjectarum Imperio, & personarum ecclesiasticarum honores & commoda rite prætendimus, & liberalibus Imperialis munificentiæ gratiis gratiosius adaugemus. Sane constitutus in nostra majestatis præsentia venerabilis Johannes episcopus ecclesiæ Leodiensis Princeps & Consanguineus noster carissimus, qui pridem viginti annis & ultra Regimini pontificali ecclesiæ Trajectensis feliciter præfuisse dinoscitur, nobis exposuit, Quod licet ab olim Divi Romanorum Imperatores & Reges prædecessores nostri mensam episcopalem ecclesiæ Trajectensis, quæ sacri Imperii principale membrum sive Principatus existit, sic bonis temporalibus dotaverint, quod sufficere poterat ad onera Reipublicæ supportandum, modernis tamen temporibus fructus & proventus hujusmodi variis eventibus in tantum extenuati dicuntur, quod episcopus Trajectensis propter defectum expensarum nequaquam sufficiat terras suas & ecclesiæ suæ ac mercatores & alios homines per illas transeuntes a spoliatoribus, prædonibus, ac aliis hostilibus incursibus defensare, pro quarum defensione quatuor castra, videlicet Vredelant, Eynbrucke, Erkelstein, & Herdenberg erecta seu constructa consistunt, ad quæ tamen castra nulla talia bona pertinent, quibus possint congrue sustentari, Nos igitur ad devotam supplicationis instantiam dicti Johannis Leodiensis episcopi Principis & consanguinei nostri, de hoc per ipsum humiliter nobis factam, nec non ad honorem Dei omnipotentis & beatissimæ Virginis Mariæ matris ipsius, nec non Sancti Martini patroni ejusdem ecclesiæ, & ut sub felici nostra Regimine ipsa Trajectensis ecclesia se consolatam inveniat, & ex hoc cultus divinus in eadem crebrius augeatur, dicto episcopo Trajectensi & suis successoribus in perpetuum de speciali nostra gratia, nec non Imperialis potestatis plenitudine & ex certa nostra scientia concedimus, & gratiosius elargimur, ut in subsidium defensionis & supportationis prædictorum ab omnibus bonis, quæ indu-*

inducuntur vel abducuntur per temporales districtus, & terras, vel etiam aquas ad mensam episcopalem dicta Trajectensis ecclesia pleno jure spectantes, in quibus episcopus Trajectensis jurisdictionem obtinet temporalem, toties quoties ibidem transvehuntur, theloneum tanta quantitatis, prout vicini sui Principes, aut Comites, in terris eorum de presenti recipiunt, & hactenus recipere consueverunt, ex concessione nostra Imperiali prædicta recipere valeat & levare, Quodque incola partium earundem etiam ejusmodi theloneum de bonis suis sicut & extranei solvere teneantur, Et non dantes vel solvere recusantes theloneum hujusmodi pœna viginti marcharum puri auri toties quoties talia solvere neglexerint sive recusaverint, auctoritate nostra Imperiali viis & remediis oportunis compellere valeat & mulctare, Nostris & Imperii sacri juribus semper salvis. Signum Serenissimi principis & Domini Domini Karoli quarti Romanorum Imperatoris invictissimi & gloriosissimi Boemia Regis. Testes hujus rei sunt Venerabiles Bertholdus Eystetensis, Johannes Olomucensis, Theodricus Wormaciensis, Albertus Swerinensis, & Lampertus Spirensis ecclesiarum episcopi, Illustres Rudolfus dux Saxonia, Sacri Romani Imperii Archimareschallus & princeps Elector, Rudolphus Austria, Styria, & Karinthia, Bolko Swidicensis, Henricus Lignicensis duces, Johannes Moravia & Rudolfus de Baden Marchiones, Spectabiles Fridericus Nurembergensis, Burchardus Magdeburgensis, Magister Curia imperialis, Burggravii, Johannes Lantgravius Luthembergensis & Henricus Comes de Swartzburg, Nobiles, Petrus, Johannes, Judocus, & Ulricus fratres de Rosemberg, Thimo de Koldicz, Hasso de Zwereticz, Wilhelmus de Hasemburg, & Pocho de Czastolowicz, nec non alii quamplures nostri & Imperii sacri Principes, Nobiles & fideles, presentium sub Imperialis nostra majestatis sigillo testimonio litterarum. Datum Budwois Anno millesimo trecentesimo sexagesimo quarto, Indictione secunda, VI. Kalendas Julii, Regnorum nostrorum anno decimo octavo, Imperii vero Decimo. Sic scriptum supra plicam: *per Dominum Imperatorem. Johannes Eystettensis.*

Sic in Codice, cujus titulus; *Registrum atque Index omnium privilegiorum.* In cujus fronte etiam ita: *Liber continens Donationes Imperiales factas in prima fundatione ecclesia majoris Trajectensis.* Bulla etiam ibi seu diploma Gregorii Papæ, Wenceslai etiam Augusti, quibus charta hæc confirmatur. Gregorii Papæ se habet ita:

GREGORIUS EPISCOPUS SERVUS *Servorum Dei ad perpetuam rei memoriam His qua pro Ecclesiarum & Ecclesiasticarum personarum utilitate provide facta sunt, ut illibata consistant, libenter adjicimus firmitatem. Sane petitio pro parte venerabilis fratris nostri Arnoldi episcopi Trajectensis nobis nuper exhibita continebat, Quod olim Carissimus in Christo filius noster*

Carolus Romanorum Imp. semper Augustus attendens, quod fructus & proventus ad mensam episcopalem Trajectensem pertinentes adeo erant attenuati, quod idem Episcopus propter expensarum defectum non valebat terras suas & ecclesiæ suæ ac mercatores & alios homines per illas transeuntes a spoliatoribus, pradonibus, & aliis hostilibus incursibus defensare, & quod pro defensione hujusmodi Vredelant, Eymbruke, Erkelstein, & Herdenberg Castra Trajectensis diæcesis constructa extiterant, quæ de bonis ad eadem Castra pertinentibus non poterant congrue sustentari, dicto episcopo & suis successoribus ex sua certa scientia in perpetuum concessit, & etiam indulsit, ut in subsidium defensionis & supportationis prædictorum ab omnibus, quæ inducerentur, & abducerentur per temporales districtus ac terras vel aquas ad mensam episcopalem Trajectensem pleno jure spectantes, in quibus episcopus Trajectensis jurisdictionem obtinebat temporalem, toties quoties ibidem transveherentur, theloneum tantæ quantitatis, prout vicini sui Principes aut Comites in terris eorum recipiebant & recipere consueverant, recipere valerent & levare, & quod incolæ partium earundem etiam hujusmodi theloneum de bonis suis sicut extranei solvere tenerentur, & non dantes vel solvere recusantes theloneum hujusmodi, pœna viginti marcharum auri, toties quoties talia solvere negligerent, seu recusarent, compellere valerent, & mulctare, prout in literis auctenticis inde confectis ipsius Imperatoris sigillo munitis, quarum tenorem de verbo ad verbum præsentibus inseri fecimus, plenius continetur: Quare pro parte dicti Arnoldi episcopi nobis humiliter extitit supplicatum, ut concessioni & indulto hujusmodi per dictum Karolum Imperatorem, ut præfertur, factis confirmationis robur adjicere de benignitate Apostolica dignaremur. Nos igitur hujusmodi supplicationibus inclinati concessionem & indultum prædicta, quæ ad clericos seu personas ecclesiasticas declaramus aliquatenus non extendi, non obstantibus nonnullis verbis in eisdem litteris insertis, videlicet Ecclesiarum principalium sacrosancto Romano subjectarum Imperio, *quæ in literis ipsis inseri minime debuerunt, rata & grata habentes illa, auctoritate Apostolica ex certa scientia tenore præsentium confirmamus, & præsentis scripti patrocinio communimus. Tenor vero dictarum literarum talis est. IN NOMINE SANCTÆ & invididuæ Trinitatis &c.* Sequuntur verba quæ supra Et dein *in fin. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostræ confirmationis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Siquis autem hoc attemptare præsumpserit indignationem omnipotentis Dei & beatorum Petri & Pauli Apostolorum ejus se noverit incursurum. Datum Avenion. VIII. Kalend. Januar. Pontificatus nostri anno quarto. Sic scriptum supra plicam.* Io. de Castris.

Wenceslai autem ita:

WEN-

WENCELAUS DEI GRATIA ROMANORUM REX SEMPER AUGUSTUS ET *Boëmiæ Rex, Notum facimus tenore præsentium universis, quod constitutus in nostra majestatis præsentia Venerabilis Fredericus Trajectensis episcopus, Consanguineus devotus noster dilectus nos informare curavit, qualiter dudum celebris & recolendæ memoriæ Serenissimus Princeps quondam Dominus & genitor noster Dominus Karolus Romanorum Imp semper Augustus & Boëmiæ Rex, dum viveret, ad supplicem petitionis instantiam venerabilis Johannis pro tunc Leodiensis, quondam vero Trajectensis episcopi, Consanguinei sui, nichilominus ad hoc, ut episcopus Trajectensis, qui pro tempore fuerit, onera reipublicæ sibi incumbentia sufferre, mercatores quoque & quoslibet alios homines ad terras ecclesiæ suæ declinantes a spoliatoribus, prædonibus, & aliis hostilibus incursibus valeat eo quidem melius defensare, dicto Trajectensi episcopo & suis successoribus in perpetuum de speciali gratia & Imperialis plenitudine potestatis concesserit & indulserit, ut in subsidium defensionis & supportationis prædictorum ab omnibus bonis, quæ inducuntur vel abducuntur per temporales districtus, & terras, vel etiam aquas ad mensam episcopalem dictæ Trajectensis ecclesiæ pleno jure spectantes, in quibus Trajectensis episcopus jurisdictionem obtinet temporalem, toties quoties ibidem transvehuntur, theloneum tantæ quantitatis, prout vicini sui Principes aut Comites in terris eorum recipiunt, & hactenus recipere consueverunt, recipere valeant & levare, Quodque incolæ partium earundem etiam hujusmodi theloneum de bonis suis sicut & extranei solvere teneantur, Et non dantes, seu solvere recusantes, theloneum hujusmodi, ad solutionem viginti marcharum puri auri toties quoties talia solvere neglexerint, seu recusaverint, nomine pœnæ viis & oportunis remediis arceri debeant & compelli, prout hæc omnia in literis præfati Genitoris nostri desuper datis plenius & lucidius exprimuntur. Fuit igitur nobis per præfatum consanguineum nostrum Trajectensem episcopum cum instantia supplicatum, quatenus tam concessionem & indultum thelonei supradicti quam etiam literas per præfatum Genitorem nostrum desuper datas approbare, innovare, ratificare, & confirmare gratiosius dignaremur. Nos ejus precibus utpote rationabilibus atque justis benignius annuentes ad honorem omnipotentis Dei & ejus intemeratæ Genitricis Mariæ virginis, nec non sancti Martini ecclesiæ præfatæ patroni, pro divini quoque cultus augmento, animo deliberato, sano fidelium nostrorum accedente consilio, auctoritate Romana, Regia, & de certa nostra scientia, donationem & indultum præfati thelonei quoad personam præfati Trajectensis episcopi, & successorum suorum in perpetuum, nec non & literas præfati quondam Genitoris nostri Romanorum Imperatoris desuper datas, in omnibus tenoribus, sententiis, punctis & clausulis, ac si præsentibus forent insertæ, approbamus, innovamus, ratificamus, & virtute præsentium de dicta Romana, Regiæ, potestatis plenitudine gratiosius confirmamus: Decernentes & volentes expresse, ut præfatus episcopus Trajectensis & successores sui in perpetuum præfatum theloneum juxta indultum prædicti*

dicti

dicti Genitoris nostri ex nunc in antea sine impedimentis quorumlibet recipere valeant & levare, nec non ab his qui dictum theloneum solvere neglexerint seu recusaverint supra dictam pœnam in litteris dicti Genitoris contentam toties quoties contra factum fuerit finaliter extorquere, Præsentium sub regia nostra Majestatis sigillo testimonio litterarum. Datum Lutsemberge Anno Domini Millesimo Tricentesimo Nonagesimo octavo, die XXIV. Februar. Regnorum nostrorum Anno, Boëmiæ tricesimo quinto, Romanorum vero vicesimo secundo. Sic scriptum supra plicam: Per D. Johannem Ducem . . . . Franciscus Canonicus Pragens.

Gelrorum quidem, quod vi fluminis Gelrorum prædiis accedit. Sed nec Gelris jus telonei, qua protendit se diœcesis, nec Gelris licet, nec aliis, qui in ulteriore ripa, Trajectinis invitis in flumen crates injicere, ut vel ope earum detrahatur quid de prædiis Trajectinis, vel alioquin efficiatur, nequid de suis prædiis, agris Ultrajectinis vi fluminis accedat. Splendidissimum illud jus. Nam cuivis alioquin jacta in altum mole etiam altero invito tueri licet ripam, modo e regione non sint templa, vel urbes, vel moles præruptæ. Vulgo *Schoordycken* vocant. Potest quivis, quod vult, quod sibi prodest, in suo, etsi alter per consequentiam ex eo damni quid capiat, *l. 21. C. mand. l. 25. §. 11. ff. de her. pet. l. fluminum 24. §. ult. l. Proculus 26. ff. de damn. inf.*

Sed invitis Trajectinis Gelris hactenus nihil licet. Crates etiam cum constituunt, sequantur modum necesse est ab Ordinibus Trajectinis in constituendo præscriptum. Et hactenus etiam Gelri Trajectinis subjecti. *Placaet vant water-recht op den Neder-Rhyn art. 4. & 5. Ende also in de Provintie van Gelderlant oock elders tot noch toe een observantie geweest is, dat een yder van sijn altboevich lant heeft mogen kribben ter halver diepte, of breette van de stroom, uytgenomen tegens Steden, kercken, of schoordycken, ende dat door sodanigh kribben het rechte vaerwater of de loop van de stroom sulcks wort benauwt, dat niet alleen de stroom wort gestut ende opgehouden, maer oock de schepen ende Holtvloten daer door niet als met groot pericul konnen passeren, principalyck ter plaetsen, daer van beyde syden van de stroom sodanige lange Kribben worden uytgeleyt; So wort hier mede gestatueert, dat van nu voortaen niemant verder sal mogen kribben als tot het derde part van de Riviere, ten ware op plaetsen daer de breette ende wechneminge van de ondiepte des stroms, sulcks soude mogen vereyschen. Dat oock tusschen de Kribben, Ridsingen, ende andere werken die van beyde syden van de stroom tegens malkanderen worden uytgesteecken ten minsten sal moeten blyven de distantie van ontrent tusschen de vystich roeden strooms.*

Quod

Quod si constituant eas Trajectinis invitis, inconsultis, neglectis, Trajectinis quicquid factum licet rursum de facto demoliri, disjicere. Jure an injuria non Gelrorum cognitio est. Curia Provincialis, quæ Ultrajecti, cognoscit. Cognoscunt Ordines Trajectini. Si quæstio quod ad moles, quæ Leccam continent, & coërcent, soli Ordines cognoscunt. *Ordonnant. van den Hov. van Utrecht tit. 1. §. 26.* Si quod ad insulas, quod ad crates, Chomarchi, item Curia. Ad quam pertinet cognitio etiam, si vectigal fraudatum, quod debent Leccam navigantes, quamvis qui fraudavit non Trajectinus sit, sed alius.

Extract uyt het Register van de Resolutien van Dyckgraeff ende Heemraden van de Leckendyck bovensdams, beginnende Ann. 1454. den 7. Maji.

Op huyden den 3. Mey 1580. die Dyckgraeff ende Heemraden van de Leckendyck s'Lants van Utrecht schouwende den Leckendyck van Amerongen off tot den nieuwen Dam toe hebben in den eersten bevonden een Cribbinge geleyt te sijn by Lodewyck van Montfoort aen de Geldersche zyde tegens die Stadt van Wyck over, wesende Schoordyck, d'welcke sy opt behagen van de Staten geschiert hebben de facto *ende metter daet affgebroecken te worden. In margine stont:* Fiat *by den Maerschalck Ridder metter daet.*

Item hebben noch gevonden aen de Geldersche syde voorsz. een ander Cribbinge geleyt te sijn tegens Schoordyck, contrarie Dyckrecht, d'welke die Dyckgraeff ende Heemraden opt behagen als voren mede geschiert hebben de facto *aff te breecken.* In margine *stont:* Fiat, ut supra.

Willem de Ridder van Gruenesteyn Maerschalk betaelt die somme van hondert elff ponden twaelf schellingen acht penningen ter cause van seeckere oncosten, ende verschoten penningen by hem gedaen int affbreecken van der Cribbinge toebehorende den Grave van Cuylenborch, mitsgaders

ders noch een Cribbinge te vernielen toecomende Lodewyck van Montfoort, breder blykende by specificatie, Ordonnantie, ende quitantie, in date den 20. Decemb. Ann. 1580. &c.

Exemplum exempli.

Alsoo seecker proces voor den Ed. Hove van Uytrecht verresen is geweest tusschen den Tollenaer van Wyck als Eyscher, ende de Rentmeester van de Domeynen der Landen van Utrecht, mitsgaders den Procureur Generael van den Hove voorsz. met hem gevoechdens ter eenre, ende Sweer Uytterweert Schout tot Maurick Gedaechde, ende den Momboir van het Furstendom van Gelderlant met hem gevoechde ter andere zijden, belangende wanbetalinge van seeckere tol gerechticheyt by den voorsz. Uytterweert gepleegt, door dien hy seecker hout van boven comende tot Maurick opgeslagen hadde, sonder daer van den voorsz. Tollenaer tot Wijck aengesproken, veel min eenige gerechticheyt betaelt te hebben, ende dat uyt oorsaecke, so hy sustineerde, dat het selfde hout de Stadt van Wijck sijnde de plaetse van de Collectatie van de tol niet en hadde gepasseert, ende den voorsz. Tollenaer mitsgaders Rentmeester ende Procureur Generael in den selven processe gesustineert hebbende ter contrarie, dat alle Schepen ofte Schippers comende van boven, ende haren last breeckende onderwegen in eenige Dorpen tusschen de Stadt Rhenen ende Wijck gelegen als oock opwaerts varende gehouden sijn de tol gerechticheyt over haer ingeladen Coopmanschappen ende Waren aen den Tollenaer tot Wijck, oft zijnen Collecteur tot Rhenen te betalen, niet jegenstoende de selve Waren ende Coopmanschappen den tol tot Wijck niet en comen te passeren, So ist, dat het selfde proces om alle vordere moeyten, onlust, ende oncosten, die daer uyt noch vorders te verwachten stonden te vehoeden, ende om alle nabuyrschappe ende eenicheyt te mogen onderhouden tusschen de Heeren Gedeputeerden der Staten der Landen van Utrecht ter eenre, ende die van de Dorpen voorsz. des Ampts tusschen Rhenen ende Wijck gelegen ter andere zijden, gesoppieert ende getransigeert is in manieren hier na volgende, Als dat namentlijck de Heeren Staten voorsz. blyven sellen in haer oude deuchdelijcke gerechticheyt ende possessie van over de voorsz. Waren ende Coopmanschappen in de voorsz. Dorpen omgeslagen te sullen genieten de gerechticheyt van den tol daer toe staende, volgens de lijste daer van sijnde, gelijck de voorsz. Sweer Uytterweert in sijn regard belovende is by desen in toecomende tijden sulcx nae te sullen comen, op pœne van outs daer toe staende, Ende daer beneffens hebben

ben de Ed. ende Erentfeste Diderick Vijgh, *Heere van Zoelen, Amptman in de neder Betuwe, Henrick van Beynhem van den Appelenborch, ende* Adriaen van Maurick, *uyt krachte van sekere procuratie op haer Ed. by Amptman ende Ridderschappe op ten 4. Iul. lestleden gepasseert, bekent, ende bekennen by desen van wegen die Dorpen des Ampts als voren, de Heeren Staten voorsz. tot het gene hier vorens vermelt staet, gerechticht te sijn, ende oversulcx desen accoorde ende transactie te ratificeren, ende haer daer na te willen reguleren in toecomende tijden. Ende also deselfde Heeren Staten in het beleggen ende vervolgen van het voorsz. proces groote ende excessive kosten gesupporteert ende gedragen hebben, Soo ist dat den voorsz. Uytterweert daer voor eens in goeden gelde aen den Rentmeester van de Domeynen betalen sal de somme van drie hondert Car. guldens, waer mede alsdan het selfde proces, ende alle appendentien van dien, als namentlick mede de proceduren by den Amptman voorsz. tegens den Tollenaer ende besiender tot Wijck, voor de Kesterensche Gerichtsbanck aengeheven doot ende te niet wesen sullen met compensatie van costen. Des t'oirconde hebben die nabeschreven personen desen tegenwoordige ondertekent op den 23. Iul. 1603. Ende was ondertekent* Johan Schade, Jacob van Zuylen van Nyevelt, Maximiliaen van Baexon, Peter van Leuvven, Corn. Both, Dirck Vijgh, Henrick van Beinhem, Adriaen van Maurick, Svveder Uyttervveert. *Gecollationeert jegens t'principael accoort, ende is bevonden daer mede t'accorderen, &c.*

CAPUT XI.

Actus possessorii, quibus & jam & olim jus fluminis assertum ab Ordinibus Trajectinis. Curia Provincialis qua hic hactenus jurisdictio.

SEd quod ad actus possessorios, nequis deinceps dubitet, plura addam hic documenta.

EXTRACT.

Meminit Suffrid. Petri in append. ad Hed. p. 2.

By de informatie gehouden Ann. 1534. by M.r Everard Nicolai *Raedt in den Grooten Raedt tot Mechelen ten versoecke van den Procureur Generael van Utrecht, jegens den Heere van Bredenrode, aengaende den eygendom van den Rhijnstroom, mitsgaders van de Middelweerden daer inne gelegen, ende de Jurisdictie op den selven Stroom, bevyntmen t'gene hier na volcht.*

Eerst van Ysenderen *Raedt in sijnre tijt van verscheyden Bisschoppen, ende nae van die Keyserl. Maj.t deposeert al notoir te sijn, dat den tol ten tijde sijnre depositie te Wijck leggende, en de nu legt te Rhenen een Watertol is, ende behoort tot die Keyserl. Maj.t als Heere van den Lande van Utrecht, Ende dat hem gedenckt, dat een wijl tijts voor t'groote oorlogh Ann. LXXXIII. off daer ontrent den selven tol plach te leggen tot Rhenen, ende worden bedient ende ontfangen by de Officiers van de Bisschoppen, Dat hy diverse Bisschoppen gedient heeft, ende sulcx geweten, dat zy ontrent Wijck de riviere van de Lecke plagen te bevisschen by hoire Dienaers, Maer die Heer van Bueren off sijn Dienaers maeckten somwijls questie, om dat diversche Weerden leggende in de voorsz. riviere van de Lecke boven ende beneden Wijck*

Wijck plagen toe te behoren den Bisschoppen van Utrecht, als Heeren van Utrecht, ende nu die Keyserl. Maj.t te behoren, ende dat hy gesien heeft ontrent den jare LXXXV. *datter van Bisschop Davids wegen als Heer van den Lande van Utrecht een gehangen worden op ten Middelweert gelegen in de Leck voor die Stadt van Wijck, ende dat naderhant also die selfde Weert afspoelde, die galge getransfereert werde op een Uytterweert beneden der Stede van Wijck buyten dijcx gelegen, daermen ter date Zijnre depositie noch dagelijcx justitie doet, Dat hy by Bisschop Davids tijden wel heeft hooren seggen, dat also hy den tol in de Lecke ontfinck, dat hy oock het lijnpad van die Zuytzijde van de Lecke voor hem hielt.*

Roeloff van Valenden *deposeert al kenlijck te wesen, datter een tol legt te Wijck den Heeren van den Lande van Utrecht toebehorende, alwaer vertolt worden alle goederen die Lecke op ende af varende.*

Gerrit van Dichteren *wel eer Pander van de Bisschoppen, ende naderhant van den Hove van Utrecht, deposeert dat in der Marsche gelegen over Rhenen over eene zijde van der Lecke buyten dijcx die Schout van Rhenen in den naem van die Keyserl. Majt. te recht zit, ende corts voor date van sijnre depositie daer justitie gedaen heeft aen een Vroupersoon, doende haer uyt sake van dieste een brant-teycken geven in haer wange.*

Goosen Henricks van Amerongen *wel eer Pander soo van de Bisschoppen als van de Keyserl. Majesteyt, Dat tegens Rhenen over in der Marsche die Schout van Rhenen van wegen die Keyserl. Maj.t die jurisdictie exerceert, ende dat die selfde Schout binnen twee maenden voor date van Zijnre depositie, een Vrou ter Iustitie gestelt heeft, ende dat die Thienden daer vallende alle Iaers by den Rentmeester van Utrecht vercocht worden.*

Mr. Johan van Angeren *Canonick t'Oudemunster, Dat al notoir is, dat die Bisschoppen van Utrecht als Heeren van den Lande van Utrecht altijts gehadt hebben haren tol te water ende te lande, ende plach den Watertol te leggen tot Rhenen, als een gemeen faem is, als hy segt, ende dat daer noch een huys staet achter die Lecke, t'welck geheten is het Tolhuys, dat den selven tol by Bisschop David getransfereert worde tot Wyck, daer hy sedert altyts ontfangen is tot die date synre depositie van wegen Keyserl. Maiesteyt als Heere van den Lande van Utrecht van alle goede ende Coopmanschappe, die Lecke op ende af varende, Dat hy wel geweest heeft te Wyck, ende aldaer gesien heeft, dat die Lecke bevischt werde van s'Heeren wegen, ende die*

Papa idem quod *Abba. Abba* idem quod *Pater.* Patrem liberi cum sic vocant dicuntur παππάζειν. Etymologicum Magnum: Παππίας παρὰ τὸ πάπα, ὃ σημαίνει τῇ τῶν Ῥωμαίων φωνῇ τὸν πατέρα. Sed cum valida jam ambitio, dignitatum distinctio facta. Antiochiæ Patriarcha apud Cotéler. 2. *monum. eccles. Grac. p.* 114. *Quinque*, inquit, *sunt Patriarcha*, ἀλλ᾽ οὐδὲ τούτων ἕκαστος κυρίως Πατριάρχης καλεῖται, καταχρηστικῶς δέ. ἀνακηρύττεται δὲ ὁ μὲν ἀρχιερεὺς τῆς Ῥώμης Πάπας. ὁ δὲ Κωνσταντινουπόλεως ἀρχιεπίσκοπος, ὁ Ἀλεξανδρείας πάπας. καὶ ὁ τῶν Ἱεροσολύμων ἀρχιεπίσκοπος. μόνος δὲ ὁ Ἀντιοχείας ἰδιαζόντως ἐκληρώθη πατριάρχης ἀκούειν καὶ λέγεσθαι, id est, *Sed nec eorum unusquisque proprie nuncupatur Patriarcha, sed abusive. Proclamantur autem, Pontifex Roma, Papa, Constantinopolis Archiepiscopus, Alexandria Papa, Hierosolymorum Archiepiscopus, solus vero Antiochia peculiariter sortitus est, ut Patriarcha audiret atque diceretur. Et ita quidem ille.* Verum Papa, qui Romæ est, post schisma inter Orientis & Occidentis ecclesias, postquam solus invasisset formidabilis etiam Regibus, sacrorum imperium, tandem nomen id, quo augustior esset, sibi proprium vindicavit. Et ante Hildebrandum id à multis jam factum. Sed primus fuit, qui in Synodo decreto sanxit expresse, ut unus Papa esset orbis, Papa nomen unius esset, is qui orbem terrarum, ut solus rerum potiretur, tot bellis concussit, tot flammis miscuit & incen-

† Patriarcha Antiochenus apud Coteler. 2. *monum. eccles. Grac. p.* 155. καὶ μὴν οὐδὲ τοῦτο ἐπαινοῦμεν, εἰ καὶ τοῦτο ἀληθές, ὅτι μὴ καταδέχονται οἱ ἱερεῖς νομίμως ἔχοντες γυναῖκας τὰ ἅγια μεταχειρίζεσθαι, *Et vero nec illud laudamus aut admittimus, si verum est, quod sacerdotes, qui legitimas habent uxores, non sinuntur sacra tractare.*

diis, Gregorius Papa VII. seu, ut vocant, Hildebrandus. Videre est inter dictatus ejus *lib.* 2. *Regist.* Bignon. ad Marculf. *pr.*

Proprie ergo Papa, si loquamur Latine, tantum Papa Romanus. Si Belgice non obstante eo, clerici hodieque adhuc *Papen* seu *Pfaffen.* Papa autem, qui Romæ, non *Paep*, sed *Paus* Belgis, Germanis *Babist* seu *Babst.* Vox e Latio & ex *Papa*, ut satis patet, detorta. *Leecken* autem cum iis qui *Pfaffen* sunt opponuntur, ut in veteri etiam charta apud Buchel. ad Hedam *in not. p.* 232. non opponuntur quod indocti, sed quod non ordinis ecclesiastici, non *sors lecta Dei*, ut de clericis Anonymus ait editus à Valesio de laudibus Berengarii Augusti *lib.* 2. Sero in usu vulgi, qui *Leecken* illiterati, qui clerici literati. Unde & Galli etiam vulgo *Parler Latin devant les clercs.* Orderic. Vitalis *lib.* 3. *hist. Radulfus autem quintus frater, Clericus cognominatus est, quia peritia literarum aliarumque artium apprime imbutus.* Auctor Chronici Rhythmici in *Theoderic. III.*

Nu zyn VII. Heeren te desen

Drie Aertsbisschoppen, IV. Leke Heeren.

& mox:

Dit sijn drie geleerde Heeren

Die IV. Leke wil ick'n leeren.

De Electoribus ibi agit, quorum tres ecclesiastici, reliquis præponi soliti. Nam id passim sic moris, ut clerici laicis præponantur. Qui & eo in pretio olim, ut soli scilicet divini & cælestium mysteriorum existimati consortes. Sors lecta Dei, ut est apud Anonymum. Etiam *montes* idcirco dicti, quod cælo inprimis proximi. Unde & illud Fortunati de Gregorio Turonensi:

Alpibus Arvernis rediit mons altior ipsis

Item

Item illud Sidonii:

* ——— ——— *Quantos illa insula plana*

Miserit in cælum montes.

Subscripsit Comes Hollandiæ etiam chartis & instrumentis episcopi Trajectini. Etiam Comes Gelriæ. Occurrit sæpius subscriptio. Sed semper postquam à Sacerdotibus, à clero, subscriptum jam. Charta est Anni MCLXXII. Godefridi episcopi. Subscriptio autem talis: *Hujus rei testes sunt, quorum nomina infra scripta habentur. Dominus Coloniensis Archiepiscopus Philippus, Præpositus Santensis Sifridus, Santensis Decanus Guncelinus, Præpositus Sanctorum Apostolorum Theodoricus, Hermannus Judeus beatæ Mariæ in Colonia Canonicus. Liberi Comes Gelrensis Heinricus, filius ejus Gerardus, Comes Hollandensis Florentius, Fratres ejus Robertus, Otto &c. Diploma* est apud Buchelium ad Hedam Conradi episcopi *hist. Ultraj. p.* 140. ubi ita in *fin, Hujus quoque rei testes subscripsimus Lanzonem majorem domus S. Martini præpositum Trajecti, Adelhardum præpositum S. Salvatoris ibidem, Rudolphum præpositum S. Petri* (in MS. quod inspexi est *S. Petri in Trajecto*) *Liebertum præpositum in Aldenzele, Egbertum Decanum, Lambertum, Engelbertum* † *præpositos, Wezelinum Decanum, Theodoricum Comitem Hollandiæ &c.*

Sed quod ad literas, ad doctrinam, haud dubie & fallit vulgus, & fallunt clerici etiam ipsi. Barbari sæpe & indocti. Et ideo siquis *Leeken*, qui vincunt ceteros & superant sæpe omni genere literarum, velit vertere *ongeletterde*, suam ipse eo ipso prodet summam inscitiam.

Sed & *Letter* è Latio est, ‡ & *Ouwelije* etiam similiter. *Ouwelije* est oblata, aut oblatio, ut etiam vocant. Unde & *oblie.* Ita olim enim moris. Missa erat vel publica, quæ & Canonica & legitima, quæ fiebat diebus festis in cœtu totius populi. Vel privata, quæ secreto, sed in templo, in ecclesia. Gesta Cenomanens. episcopor. apud Mabillon. *to.* 3. *analect. cap.* 7. *Nunquam a die ordinationis suæ cognoverant diem præterire, ut non missam aut publicam*

* S. Gregorius Papa in *lib.* 1. *reg. cap.* 1. *Mons quippe fuit beatissima Virgo, quæ omnem electæ creaturæ altitudinem electionis suæ dignitate transcendit. Altitudo Mariæ supra omnes Sanctos refulsit, & sicut mons altitudinem &c.*

† In MS. *praepsitum.*

‡ Περιφορεῖν vocant Græci, περιφέρειν idem quod λειτουργεῖν. Vinc. Riccard. ad Procl. *orat.* 6. *p.* 207.

aut secretam celebraret. Offerebant, quoties publica, panem & vinum, hi qui communionis causa accessuri ad altare. Partem hinc sacerdos, qui ad ostium Sanctuarii erat, Diacono & Subdiacono hinc inde linteum ministrantibus, quo oblata excipiebant, seligebat consecrandam. Reliqua inter clericos & fideles dividebat. Aut dividebant etiam ipsi, sed prius benedicta. Unde & eulogiæ. Gregorius Papa 2. *dialog.* 23. *Cumque in eadem ecclesia Missarum solennia celebrarentur, atque ex more Diaconus clamaret; siquis non communicet, det locum; & nutrix earum, quæ pro eis oblationem Domino deferre consueverat &c.* Angel. de Nuce ad *lib.* 2. *Chron. Casin. n.* 1031. Baluz. ad *lib.* 6. *Capit. cap.* 120.

Oblata quævis oblatio. Pro re nata etiam in esculentis aut poculentis consistens. Nam & quidvis offerebant & vacuus vix quisquam, præsertim die Dominico, aut alio solenni festo, ob divinum id effatum: *Non apparebis in conspectu meo vacuus.* Concil. Matisconens. II *can.* IV. *Decernimus, ut omnibus Dominicis diebus altaris oblatio ab omnibus viris & mulieribus offeratur, tam panis quam vini, ut per has immolationes & peccatorum suorum fascibus careant, & cum Abel vel ceteris juste offerentibus, promereantur esse consortes.* Constantinum Lacapenum, quod nunquam accesserit κενὸς καὶ ἄκαρπος Cedrenus laudat in *ejus vita.* Iso Sangallensis de *mirac S. Othmari lib.* 2. *apud Surium: Sub capite autem & circa pectus viri Dei quædam panis rotulæ, quæ vulgo oblatæ dicuntur, illæsæ, atque ab omni corruptione extraneæ ab eodem episcopo inveniebantur.* Burkard. de *Casib. monast. S. Gall. Fratres amavit, præbendam adauxit, in hebdomada Paschali etiam in meridie vinum & oblatas fratribus dari constituit.* Alteserr. 3. *diss.* 2. & 3. Et hinc *offer* nostrum, *offerande*, voces quæ non Belgicæ, ut imperiti forsan putant, sed originis Latinæ.

Schotel à scutella est, quod ad instar sit scuti. Vid. Voss. *Etymologic. Sluys* est à *clusa*, *clusura*, *clausura*. Fauces proprie regionum, *clusæ*, aut *clusuræ*, propugnacula, munimenta, *l.* 4. *C. de offic. mag. offic. l. ult. C. de offic. mil. jud.* ubi pro *clausularum*, *clusuriarumque*, legendum *clusurarum*, *clusurarumque*, ut Salmasius jam monuit ad Vopisc. in *Bonos.* & 28. *obs. ad jus Attic. in fin.* Anastas. *de vit. Pontific. in Stephan. III. Ad custodiendas proprias Francorum clusas.* Idem in Adrian. *Jam dictus vero Desiderius & universa Longobardorum exercitus multitudo ad resistendum fortiter in ipsis clusis assistebant.* Ennod. *in vit. B. Epiphan. Nam testis hujus rei ego sum, per cujus manus*

pittacia

pictacia ad clusuras jussu sacerdotis elicuit &c. Fredericus Barbarossa in literis ad filium apud Hed. *in Baldric. quasdam antiquas clausuras vetustate collapsas robur scilicet & munimentum totius Bulgariæ.* Vid. & Aimoin. 4. *hist.* 63. Conr. a Liechtenau ad Ann. 757. Sigebert. ad Ann. 893. & 903.

Sic & *Kelder* a cella est, & *Bagge* a Bacca. *Slaven* item a Slavis. *Slavi* populus Germaniæ, e quo turmæ captivorum adductæ olim infinitæ & passim distractæ. Facit Paul. Diacon. *lib.* 1. *hist. cap.* 1. *Ab hac ergo populosa Germania sæpe innumerabiles captivorum turmæ abductæ meridianis populis pretio distrahuntur.* Slavinia hinc vestis peregrinorum, quod a servili parum differat. Matth. Paris ad Ann. 1238. *Eodemque tempore Soldanus moriturus liberaliter legavit, & vinctos Sclavos liberos multos, & alia multa opera charitatis fecerat.* Cæsar. *de miracul. lib.* 12. *cap.* 40. *Tempore schismatis inter Ottonem & Philippum Reges Romanorum peregrinus quidam de transmarinis veniens partibus Sclaviniam suam pro vino exponens in tantum bibit &c.* Idem *cap.* 42. *ejusd. lib. Peregrinus quidam in villa quadam moriens Sclaviniam suam Sacerdoti legavit.* Add. Chron. Magistri Guilielmi de Podio Laurentii *cap.* 49. Alteserr. *ad lib.* 8. *epist. Greg.*

Ne *Meester* quidem vox est apud nos primum nata. *Meester* est a magister. Et qui aliter eam reddas? Si dicas *een onderwyser.* Non semper *meester* est præceptor. *Meester* etiam est Præfectus, ut *den Grootmeester van Malta*, & in veteri inscriptione apud Luc. d'Achery ad Guibert. *in not. p.* 611. *Messire Anne de Montmorency, Seigneur & Baron du dit Montmorency, Comte de Beaumont sur Oyse, Grand Maistre, Mareschal de France &c.* Et sic Latini etiam sumunt, *l.* 57. *pr. ff. de verb. sign. §.* 3. *proœm. Inst. t. tit. C. de offic. mag offic. & de offic. mag. mil. Oppervoocht* posset dici. Sed confunduntur sic dignitates. Et Imp. sic posset dici. Et si eum *een meester* dicas, aut si eum *een Grootmeester*, quis loquentem intelliget? *Bisschop* idem quod *Opsiender*, idem quod speculator, ut vocat se Sifridus Archiepiscopus Moguntinus in literis ad Alexandrum Papam, apud Seb. Tengnagel *vett. monum. p.* 301. & 303. Sed si Papam sic voces, an ulli intelligeris? Verba valent usu. Et ignobilis eorum labor est, qui sic Belgice volunt loqui, ut non misceant peregrina.

Laurier est a laurus, *Papier* a papyrus, *Wyn* item a vinum, *Lantaern* a laterna. Et quî aliter hæc reddas? Nec contra licet dicere, quod vinum a *wyn*, quod laurus a *laurier*, quod laterna a *lantaern*, & papyrus a *papier* sit. Nam in usu jam voces hæ, priusquam ullum adhuc Romanis cum Belgis commercium. Vid. Strauch. *ad Tacit. diss.* 2. *cap.* 2. *n.* 9. Id postquam institutum, postquam Batavi fratres & amici populi Romani, postquam tempore Impp. durius paulo habiti, & milite etiam præsidiario nonnihil coërciti, multa a Romanis, ut credibile est, sumpserunt mutua, quæ crebro deinceps usu, ac si hic primum orta, civitate donata. Nec tantum multa a Romanis. Mutato rerum & ævi statu postquam missi Pontificii Christum populis prædicarunt, postquam claustra & monasteria passim cœpta extrui, voces iterum excogitatæ ad significandam rem aptæ. Verum voces e Latio. Nam & sacra non aliter quam Latine administrata. Et hinc *een Munnick*, *een Abt*, *een Klooster*, *een School*, *een Prooft*, *een Proostdye*. Quamvis proprie illud *monnick* non e Latio sit, sed e Græcia, quemadmodum & illud *Kerck*. Κυριακὸν dicunt Græci. Sed de *Kerck* jam non dicam. Nam & aliter potest dici *een Godshuys*, *een Bedehuys*. *Proost* est Præpositus. Si dicas *een overste*. Etiam Dux est *een overste*. Etiam centurio. Etiam Præses, Decanus. Etiam *Provoost*. Etiam hic est Præpositus. Et tamen magnum discrimen inter *Proost* & *Provoost*. Sed quî aliter dicas *Proost?* Guibert. Abbas *lib.* 3. *de vit. sua cap.* 12. *in fin. Præpositus etiam regius conscius nequitiæ perpetrandæ, paucis horis antequam oborta seditio committeret urbem, præmissa concubina & liberis ex urbe recessit.*

Certum id omnino, nec potest negari, quod multa vocabula cum Christianismo invecta. Nec tum tantum multa. Multa etiam jam olim. Multa post contractum cum Romanis commercium. Germani Cæsaris jam ævo in commilitium assumpti. Latine multi jam docti Augusti temporibus. Tacitus de Arminio 2. *annal. Cernebatur contra minitabundus Arminius, præliumque denuntians. nam pleraque Latino sermone interjaciebat, ut qui Romanis in castris ductor popularium meruisset.* Christiana religio cum sumpsisset incrementum, lingua etiam passim crevit. Nec in sacris tantum ei honos. In negotiis etiam publicis. Etiam in Principum edictis, rescriptis. Edita hæc Latine, non Germanice aut Belgice. Fortissimum argumentum sunt Francorum Regum Capitula, Childeberti, Clotharii, Dagoberti, Sigeberti, Karlomanni, Pippini, Caroli Magni, Ludovici, Caroli Calvi, Caroli Crassi, Arnulfi &c. Præstant etiam argumentum

tum chartæ Comitum Hollandiæ Florentii V. ejus nominis Ann. 1266. & Ann. 1274. apud van Hout *in syn Dienstbouck*, & Ann. 1281. apud Boxhorn. *theatr. Urb. Holl. p.* 39. Theodorici VII. Ann. 1199. apud eund. *p.* 81. Adæ Ann. MCCV. & Joannis Hannonii Ann. 1290. apud eund. *p.* 99. *&* *p.* 161. & passim aliorum. Certe antiquissima Imperii constitutio, quæ Teutonice primum prodiit, prodiit rerum potito Friderico II. Vid. apud Goldast. *in andern Theil der Reichs Satzungen p.* 17. Unde & meminit diserte ejus, ut rei hactenus insolitæ Godefridus S. Pantaleonis monachus ad Ann. 1235. *Curia*, inquit, *celeberrima in assumtione beatæ Mariæ apud Maguntiam indicitur, ubi fere omnibus Principibus regni Teutonici convenientibus pax juratur, vetera jura stabiliuntur, nova statuuntur, & Teutonico sermone in membrana scripto omnibus publicantur.*

Primus voluit Rudolphus, ut Cæsarum edicta scriberentur Teutonice. Primus qui idem voluit de literis contractuum, de instrumentis &c. De eo Aventinus *lib.* 7. *Annal. Statuit, ut posthac ob inscitiam nobilitatis, Principum & Pontificum edicta, privilegia, in Teutonum lingua ederentur, quæ hactenus Romano sermone data sunt.* Mart. Crusius *annal. Suevic. lib.* 3. *part.* 3. *cap.* 1. *De hoc negotio sic lego: Rudolphum jussisse, ne amplius literas contractuum Notarii Latine scriberent, sed Germanice. Multos enim simpliciores plebis antea Latina scriptione deceptos fuisse.* Add. Boxhorn. *Nederl. hist. p* 112. Sed vix recepta & nisi sensim Rudolphi hæc constitutio. Nam & diu adhuc post Latine scripta instrumenta. Et diu adhuc post Latina celebris constitutio illa, cui Aureæ Bullæ nomen. Vid. Beat. Rhenan. *lib.* 2. *rer. German.* Conring. *de orig. jur. Germ. cap.* 27. Etiam in Gelria instrumenta judicialia Latine adhuc scripta usque ad Ann. 1520. Caroli Egmondani constitutio inedita:

WY KAERLE VAN DER GENADEN GODTS HERTOGE *van Gelre, ende van Gulick, ende Grave van Zutphen doen kondt, So wy verstaen, dat nae privilegien onser Stadt Salt Boemel niemant sijn recht dan in eygener persoen vervolgen en mach, 't selve niet behoerlyck en is, Oock somen sus lange aldaer alle Gerechtsbrieven na alde gewoenten int Latyn plage te geven, Bekennen wy Hertoge voersz dat wy onser Stadt voorn. gegont en toegelaten hebben met desen onsen openen placaet, dat een yder na gestalt en nootdruft zynre saken syn recht in onse voorn. Stadt durch enen anderen volmachtigen sal mogen versoecken en vervolgen, als wy sulcks in onser Lantschap van Tielrewaert en Boemelreweert geconsenteert hebben, Behueltelyck dat wy*

wy mit desen willen, datmen van nue voertaen alle Gerechtbrieven in onser voersz Stadt in Duytsche maken ende geven sal sonder argelist. Oirconde ons secrees segel hier op. Opten 16. dach Decemb. Ann 1520.

Quæso, an mirum jam, quod voces, quæ Latio originem suam debent? Quod Romanis vocabulis res, quarum notitia demum hausta a Romanis, denotantur, & quod plus est, quod Belgice etiam aliter non possunt reddi, an mirum? *Muyr, fundament, kalck, tegel*, voces quas vulgus passim novit. Belgice aliter quæso reddas. Lavabis laterem si coneris. Ligni major olim usus, quam aut calcis, aut lapidum. Ligneæ olim ædes. Tuguria, mapalia in vicis, in pagis. Urbes nullæ per Germaniam. Tacit. *de morib. German. Nullas populis Germanorum urbes habitari satis notum est; ne pati quidem inter se junctas sedes. Colunt discreti ac diversi, ut fons, ut campus, ut nemus placuit. Vicos locant non in nostrum morem, connexis & cohærentibus ædificiis: suam quisque domum spatio circumdat, sive adversus casus ignis remedium, sive inscitia ædificandi. Ne cæmentum quidem apud illos, aut tegularum usus. Materia ad omnia utuntur informi &c.* Meminit Cæsar oppidorum quidem 4. *de bell. Gall. Suevos postquam per exploratores pontem fieri comperissent, more suo consilio habito, nuncios in omnes partes dimisisse, uti de oppidis demigrarent, liberos, uxores, suaque omnia in sylvas deponerent.* Sed vici potius quam oppida. Idem paulo ante: *Cæsar paucos dies in eorum finibus moratus, omnibus vicis, ædificiisque incensis &c.* Oppida non munita. Nam cur alioquin relictis his demigratum in sylvas? Cur ab Ubiis postulatum, ut desertis Romanis libertatem amplexi ex instituto Germanorum ut munimenta servitii muros urbi detraherent. *Postulamus a vobis*, ait apud Tacit. Tencterorum legatus *lib. 4. hist. muros coloniæ, munimenta servitii detrahatis, etiam fera animalia, si clausa teneas, virtutis obliviscuntur, &c.* Et dein vici, si celebres, si magni, & satis ampli, etiam oppida olim dicta. Strabo eos excusans, qui mille urbes Hispaniæ dicebant fuisse, τὰς μεγάλας, ait, κώμας πόλεις ὀνομάζοντες. Et ex eo Eustath. ad Dionys. de situ Orbis *vers.* 282. Λέγονται δὲ πλείους ἢ χίλιαι πόλεις Ἰβήρων εἶναι· οἱ δὲ τοῦτο λέγοντες καὶ τὰς μεγάλας κώμας πόλεις ὠνόμαζον. *Dicuntur autem plures quam mille urbes Hispanorum esse. Sed qui hoc dicunt magnos etiam vicos civitates appellant.* Quocirca etiam vetus interpres illud Lucæ 9. v. 52. Εἰσῆλθον εἰς κώμην Σαμαρειτῶν, vertit, *Intraverunt in civitatem Samaritanorum.* Vid. Lambec. *orig. Hamburg. lib.* 1. *cap.* 8. Vinc. Riccard. ad

ad Procl. orat. 15. Templa etiam nulla. Idem *d. lib. Cæterum nec cohibere parietibus deos, neque in ullam humani oris speciem assimulare, ex magnitudine cælestium arbitrantur: lucos ac nemora consecrant, deorumque nominibus appellant secretum illud, quod sola reverentia vident.* Lignea primum dedit Christiana religio. Sero & non nisi paulatim lapidea. Vid. Miræ. *Cod. pia. don. cap.* 62. Sero etiam domus & paulatim e lapide. Et primum publicæ; tum privatæ. Unde & vulgo olim Carcer, *de Steen*, *'s Gravensteen*, ut latius de eo infra.

Sed ut plura adhuc addam, *Schryven* aliter quæso reddas? *Schryven* haustum a Romanis. *Schriven* dicunt Gelri. Alii *scriben* aut *scriban*. Otfridus scriptor vetustissimus ad Ludovicum regem in *præfat.*

Zi thiu due flunta mino

The ih scribe dati sin.

Et alibi:

Nu wil ih scriban unser heil

Evangeliono deil.

Quod haustum a Romanis dubitari non potest. Tacit. *de morib. Germ. Litterarum secreta viri pariter ac fœminæ ignorant.* Nec mirum, quod ignari. Vernaculam literis comprehendere diu adhuc post Tacitum perquam difficile. In plerisque disciplinis Carolus Magnus, ut Eginhartus ait, laudabiliter progressus, & sero, & præpostere, atque adeo infeliciter ad scribendum accessit. Queritur etiam Otfridus Wissenburgensis monachus in præfatione ad Luitbertum Archiepiscopum Moguntinum de linguæ Francicæ barbarie, quod inculta, quod horrida; & *quod*, ut verba ejus sunt, *insueta capi regulari freno Grammaticæ artis, sic etiam in multis dictis scriptu propter literarum aut congeriem aut irregularem sonoritatem difficilis. Nam interdum tria u u u, ut puto,* inquit, *quærit in sono &c. Interdum vero nec a, nec e, nec i, nec u vocalium sonos præcavere potui, ibi y Græcum mihi videbatur adscribi &c.*

 Plera-

Et hinc pleraque etiam e Latio ob euphoniam assumpta. Aliæ olim voces. Alia enuntiatio etiam, sed quæ ob difficultatem & pronuntiandi asperitatem jam ab usu recessit. Quod jam est *een groetenisse*, olim erat *Heilizunga*. Tatiani Syri Harmonia: *Heilizita* [illegible], [illegible] *bat Elisabeth*. Quod jam *een Bailju* olim erat *een Hossaint*. [illegible] Olim *Genechte* erat, quod jam est *een rechtdach*. [illegible] *tit.* 8. *art.* 2. *gloss.* 5. *n.* 9. Olim *Sind* quod jam *huys*. [illegible] *kelck*, *Euuon* quod jam *euwe*. Otfrid. *lib.* 2. *Evang. cap.* 21

Nemet then kelih ouh nu zi ju

Thaz drinkan deilet untar iu

Thar trinket ir thaz minaz bluat

Thaz iu in euuon uuola duat

Sed id *euw* est ab *ævum*, ut *pael* est a *palus*, ut *pick* est a *pix*, ut [illegible] a *corbis*, ut *klaer* est a *clarus*. Sic *as*, *fackel*, *acker*, *kater*, *Heer*, [illegible], *lier*, *oor*, *schryn*, *jock*, ab *axis*, *facula*, *catus*, *herus*, *par*, *lyra*, *auris*, *scrinium*, *jugum*. Sic *duyren*, *regeren*, a *regere*, a *durare*. Sic [illegible] *mispel*.

Kaes etiam a Romanis. Nec vox tantum ipsa, sed & [illegible] ciendi. Plin. *lib.* 11. *cap.* 41. *Mirum barbaras gentes, quæ* [illegible] *ignorare aut spernere tot seculis cases dotem, densantes id alioquin in acorem jucundum* (*lac concretum* id Tacito *de morib. Germ.*) *& pingue butyrum. Spuma est lactis, concretiusque, quam quod serum vocant.*

Butter etiam vox barbara. Nec Latina, sed Græca. Et qui [illegible] eam reddas? Auctor de morbis, aut, si forsan, Hippocrates: Ἐγχέοντες γὰρ τὸ γάλα ἐς ξύλα κοῖλα, σείουσι, τὸ δὲ ταρασσόμενον ἀφρέει, καὶ διακρίνεται, καὶ τὸ μὲν πῖον βούτυρον καλέουσι. *Kuhschmar* Germanis olim, seu, *Kuosmeer*, ut Lipsius *cent.* 3. *ad Belgas epist.* 44. Sed quis jam intelliget, siquis loquatur sic? Vid. Strauch. *ad Tacit. diss.* 2. *cap.* 1. *n.* 4.

Nec

Nec id genti dedecori, quod quædam interdum pro re nata mutuetur. Mosellæ accolas Ausonius ab eo etiam commendat;

Æmula te Latiæ decorat facundia linguæ.

Non magis Belgis id dedecori, quam Gallis, quam Hispanis. Hispani etiam a Mauris, Latini item a Græcis, ut & Græci a Latinis, mutuati non pauca. Quædam etiam a Belgis præsertim sæculo sequiori. Sic Plinius dixit *margam* pro medulla, pinguedine, *lib.* 17. *hist. cap.* 6. & *cap.* 8. Sic *murdrum* a *moort*. Sic *brevis* a *brief*. Hieronym. *epist.* 5. *Libros, quos me non habere brevis subditus edocebat.* Rufus Festus *epit. rer. gest. pr. Brevem fieri clementia tua præcepit.* Annal. Bertinian. ad Annum DCCCLXIX. *Ut breves de honoribus suis, quanta mansa quisque haberet, futuris Kalendis Maji deferre curarent. Vasalli autem Dominici Comitum beneficia, & Comites vasallorum beneficia inbreviarent, & prædicto Placito adiuni breves inde deferrent.* Add. *l. ult.* C. *de appell. l.* 1. C. *de apoch. l. ult.* C. *de fid. instrum. l.* 5. C. *de conv. fisc. deb.* Sic *flasco, roccus, clocca, stroppi &c.* Flasco, *een flessche.* Greg. Papa 2. *dial.* 18. *Ut Dei viro in monasterio vino plena duo lignea vascula, quæ vulgo flascones vocantur, deferret.* And. Presbyt. *in Chron. ignorans quod calliditate quadam geminus potus in eodem flascone sibi offerretur.* De *rocco* Monachus Sangallensis *lib.* 2. *cap.* 17. *Habebat pellicium berbicinum non multum amplioris pretii, quam erat roccus ille S. Martini, quo pectus ambitur.* De *clocca* vid. du Cange *gloss.* De *stroppis* Apulej. *lib.* 11. *Navis absoluta stroppis manualibus peculiari serenoque flatu pelago redderetur.* Vulgo habetur *strophis.* Sed sic Vales. ad Ammian. *lib.* 14.

Græci dixi a Latinis. Translato certe a Constantino Constantinopolim imperio innumeræ etiam Latinæ voces transmigrarunt in Græciam. Chrysostom. *hom.* 23. *in Act.* Σπεῖρα ἐστιν ὁ καλοῦμεν νῦν νούμερον, *Spira, seu cohors, est id, quod appellamus nunc Numerum.* Idem *homil.* 3. *in* 1. *ad Timoth.* τὸ λεγόμενον τῇ συνηθείᾳ λάβαρον, *Labarum ita jam usu appellatum.* Idem *epist.* 13. *ad Olymp.* Οἱ ἀπὸ βικαρίας, *Vicarii*, τοὺς ἀπὸ τριβούνων, *Tribunos*, & *epist.* 125. Καμπιδουκτόρας, *Campiductores*, Proclus *orat.* 4. τόγαν ὑπατικὴν, *togam Consularem.* Epiphan. *cont. Ebion.* ἐπὶ τὸ κομιτᾶτον, *ad Comitatum*, & *cont. Meletian.* ἐν τῷ Κομιτάτῳ, *in Comitatu.* Synes. *epist.* 67. Περινοστοῦσι τινὲς βασκαντίδες

παρ' ἡμῖν· ἀνέξῃ γάρ μου μικρὸν ὑποβαρβαρίζοντος, ἵνα διὰ τῆς συνηθεστέρας τῇ πολιτείᾳ φωνῆς τὴν ἐνίων κακίαν ἐμφανικώτερον παραστήσωμεν, *Vagantur quidam apud nos Vacantivi (feres enim me paululum barbare loquentem) ut usitata in Rep. voce nonnullorum nequitiam expressius declarem.* Imo & multo ante translatum imperium ob magistratus Romanos. Valer. Maxim. *lib.* 2. *cap.* 1. *Magistratus vero prisci quantopere suam populique Romani majestatem retinentes se gesserint, hinc cognosci potest, quod inter cetera obtinendæ gravitatis indicia, illud quoque magna cum perseverantia custodiebant, ne Græcis unquam nisi Latine responsa darent: quia etiam ipsa linguæ volubilitate, qua plurimum valent, excussa per interpretem loqui cogebant, non in urbe tantum nostra, sed etiam in Græcia & Asia: quo scilicet Latinæ vocis honos per omnes gentes venerabilior diffunderetur.* Dionys. Halicarn. *lib.* 3. *antiq.* Τὰ ἢ πικῶτα τ ἀμφιασμάτων Ῥωμαῖοι μὲν τόγαν, Ἕλληνες δὲ τήβεννον καλοῦσιν, *Hoc genus indumenti Romani quidem togam, Græci vero* τήβεννον *appellant.*

Lancea ab Hispanis est, ut testis Varro est apud Gellium *lib.* 15. *cap.* 30. *Gurdus* item pro stolido, ut testis Quintilian. 1. *Inst. orat. cap.* 9. Arma vel ab ἄρω, id est, congruo, quadro, quod aptanda, an quadrent corpori, vel ἀπὸ τοῦ ἁρμοῦ, vel ἀπὸ τοῦ Ἄρεως, id est, Marte, ut Isidor. *lib.* 10. *orig. cap.* 5. Non a Cerere cerevisia, nec ἀπὸ τῶν κεράτων. Origo Teutonica est. Audiamus Goldastum *tom.* 1. *rer. Alamann. part.* 1. *Nos*, inquit, *didicimus Belgis in usu esse vocem τοῦ terwe ἀντὶ τοῦ Cerwe seu Zerwe, sed strictius pro eo, quod est triticum. Sunt vero Terwe aliquot apud Belgas species*, Winter-terwe, Somer-terwe, Turckischer-terwe, Romischer-terwe. *Quid ergo dubitemus, quin nomen cerevisiæ ex ipsius frumenti, unde conficitur, vocabulo defluxerit? Ricos omes* Hispani vocant divites, locupletes. Amay. *ad l.* 1. *C. de annon. & tribut. n.* 85. Et id ergo a Belgis. *Mappa* a Pœnis est. *Casnar, Rheda, Petoritum* a Gallis. *Mastruga* a Sardis. Quintil. *ibid.*

Anglos autem ne omittam: Et hi multa etiam habent, non dicam a Britannis, quos pulsos insula ejecerunt, sed a Gallis, a Latinis, a Normannis &c. Et quæso an mirum? Robertus Holkothius scriptor, qui floruit sub Edwardo Rege III. ad *libr. Sapientiæ cap.* 2. *Narrant*, inquit, *historiæ, quod cum Willielmus Dux Normanorum regnum Angliæ conquisivisset, deliberavit quomodo linguam Saxonicam posset destruere, & Angliam & Normanniam*

manniam in idiomate concordare, & ideo ordinavit, quod nullus in Curia Regis placitaret nisi in Gallico, & iterum quod puer quilibet ponendus ad literas addisceret Gallicum, & per Gallicum Latinum, quæ duo usque hodie, inquit, *observantur.*

Quædam tamen sunt, de quibus merito dubites, an hausta a Latinis. Et quæso quid dicemus? *Pauw* utrum a *pavo*, an *pavo* a *Pauw*? *Manck* utrum a *mancus*, an *mancus* a *manck*? *Recht* utrum a *rectus*, an *rectus* a *Recht*? *Wan* utrum a *vannus* an *vannus* a *wan*? *Cuyp* utrum a *cupa*, an *cupa* a *cuyp*? De cupis Varro apud Nonium: *Cupas vinarias sirpare noli.* Idem *de vita Pop. Rom. apud eund. Mori longi cum operculo ad cupas, tertio amphoras.* Augustin. *de confess. lib.* 9. *cap.* 18. *Nam cum de more tanquam puella sobria juberetur a parentibus de cuppa vinum depromere.* Add. *l.* 3. *§.* 1. *ff. de suppell. leg. Mat* utrum a *matta*, an *matta* a *mat*? Ovid. *lib.* VI. *Fastor.*

——————— *plaustroque morantes*
Sustulit, in plaustro scirpea matta fuit.

Matta stratum e junco. A mattis *mattarii*, qui in mattis cubabant. Vita S. Pachomii *cap* 43. *Ingressus monasterium post orationem venit ad coquinam, & inveniens fratrem, qui coquinæ præerat, psiathos operantem, quas vulgus mattas appellat.* Augustin. *contr. Faust. lib* 5. *Et quia in mattis dormiunt, mattarii appellantur, a quorum stratis longe dissimiles fuerunt plumæ Fausti, & caprinæ lodices, quæ deliciarum affluentia non solum mattarius fastidiebat &c.*

De *pap* etiam dubites. Varro apud Nonium: *Quem cibum & potionem buas ac pappas vocent, & matrem mammam, patrem tatam.* A *pappa* est *pappare*, quod est edere apud Plautum *Epid. act* 5. *sc.* 2. *Novo liberto opus est, ut pappet: dabitur, prabebo cibum.* Sunt qui putant, quod infantes, quibus lac ex papillis, eas desiderantes syllabis geminatis clamaverint *Pa Pa.* Et quod inde tum *Pappa.* Vid. *not. ad Plaut. & Voss. Etymolog.*

Certum interim id puto, quod Latio non quævis debita, quæ olent Latinitatem, ut nec Græciæ quæ Græcismum. Nec *sac* magis a *saccus*, quam *saccus* a *sack*. Nec *kussen* magis a *κυσιν*, quam *κυσιν* a *kussen*. Nec *lamp* magis a *λαμπω*, quam *λαμπω* a *lampe*. Nec *deur* magis a *θύρα*, quam *θύρα* a *deur*. Nec *leegh* magis a *λήγω*, quam *λήγω* a *leegh*. Sed jam rursum in viam.

CAPUT XXI.

Officialis episcopi. Quæ ejusdem potestas. An in laicos jurisdictio. An in Clerum indistincte. An jus mulctæ dicendæ. An jus virgis cædendi. An jus excommunicandi. Quæ excommunicatio, & effectus quam olim ingens. Ab interdicto an differat. Quæ fori ecclesiastici. Clericorum quis judex.

De Marscalcis jam dixi. Sed non Prætor tantum episcopo. Nec ruri tantum Marscalci. Officialis etiam in sacris. Et major, ut videtur, Officialis potestas. Judex Officialis. Prætor contra non item. Conclusa intra urbem Prætoris potestas. Officialis contra extendebat se per diœcesin universam. Etiam per Hollandiam, per Geiriam, per Cliviam, per Frisiam &c. Charta Ann. 1233. apud Wallenb *lib.* 2. *cap.* 1. *Venerabilibus viris, Domino, Præposito, Decano, & Capitulo Ecclesiæ D. Martini Embricensis, Trajectensis diœcesis.* & mox in *fin. Bona quoque & res hominum & ministerialium ecclesiæ Embricensis non deprivabunt. salvo per omnia & in omnibus jure ecclesiæ & episcopi Trajectensis.* Add. *chart. ibid. p.* 216. Citandi reum Ultrajectum ex Hollandia, ex Frisia, Officiali facultas. Charta Ann. 1553.

KAERLE *by der gratie Gods Roemsch Keyser, altyt vermeerder s'Rycx, Coninck van Germanien, van Castilien &c. Onsen lieven ende getrouwen &c. Wy hebben ontsaen die ootmoedige supplicatie van Heere Jan Raets Priester geboren tot Gemert in de Meyerye van den Bossche, in onsen Lande van Brabant, Inhoudende hoe dat hy wesende een Ionckxken van veertien jaren out, t'anderen tyden by bedwanck van syn ouders noch in levenden lyve synde, heeft moeten aenveerden de Religie van de Ordene van Sinte Benedictus binnen den Cloestere ende Abdye van Hemelum gelegen in Vrieslant niet verre van der Stadt van Staveren in den Bisdomme van Utrecht &c. Dat hy de voorsz.*

bulle

bulle Apostolycke sal mogen doen stellen tot behoorlycke executie by den Officiael van Utrecht naer hoere forme ende inhouden. Ende aldaer geroepen voer hem den Abt van den voersz Cloestere van Hemelum versoecken ende doen procederen tot interinemente der voersz bulle, Ende t'voersz interinement gedaen sinde, gebruycken van de effecten der selver bulle &c.

Nec id adeo mirandum. Conservator Lovanii est. Ad quem ex tota Brabantia rei a studiosis in jus possunt trahi. Tribunal ecclesiasticum. Praeest Conservator. Jurisconsultus assessor est. Lips. *Lovan. lib.* 3. *cap.* 5. Et quod ad Ultrajectum; Curia episcopalis non semper Ultrajecti. Etiam alibi olim fuit. Etiam Daventriae. Heda in Radbodo: *At urbe Trajectensi jam per tyrannorum crudelitatem omnino desolata constituit sedem apud Daventriam.* Dorstadi etiam ad tempus. Dordraci etiam in Hollandia, quo pulsus ab adversariis, pulsus a factione Rudolphi Diepholdii Suederus Culenburgus, qui rejecto Diepholdio a Papa confirmatus, vim fugiens concessit Ann. 1425. Boxhorn. *Nederl. hist. p.* 144. *& seq.* Quo, qui defuncto successit Walravus Comes Meursensis, frater Theodorici Archiepiscopi Coloniensis, tota interim dioecesi subjecta interdicto. Heda in Sueder. & Rod. Diephold. *Anno* XXXII. *Suederus episcopus decessit Basileae, & clerus extorris elegit Walravum ex Comitibus Marsatiorum, fratrem Theodorici Archiepiscopi Coloniensis, confirmatum in Concilio Basiliensi per Felicem tunc episcopum designatum. Et inveniens Rudolphum intrusum, processit contra eum ad censuras sedem locans in Dordraco & Aernhem.* Add. Snoy. *lib.* 9. *hist.*

Duplex forum Ultrajecti. * Seculare & ecclesiasticum. Et causae erant, quae poterant deduci ad utrumque. Mixti fori idcirco. Ex Actis Ann. MCCCCXLVIII *des Manendags na Thoma: Dat daerom die voersz Dirc Screvell om sine gebreken voorgeroert op Michiel ende sinen neve spreken sal mit recht voer den Scoute ende Scepene voergenoemt, of voer den Officiael, welckner hem daer van gelieft. Ende oft sake si, dat hi voer den Officiael mit recht spreken wil, so selmen die sake sonder pleiten aldaer einden, ende sonder enich vorder beroep op des geens cost, die in den onrechten gewyst sal worden, op dat ymmer den voersz Dirc so hi een uytheems man is, een cort onvertoecht recht wedervaren mach, als dat behoert.*

Si

* Ecclesiasticum etiam sacrum. Curia Christianitatis apud Selden. ad Eadmer. *in not. p.* 1[illegible].

Si mixti, locus præventioni. Si causa mere ecclesiastica judex ecclesiasticus etiam inter laicos tantum competens erat judex. De bonis etiam, de prædiis, ad ecclesiam spectantibus. Et [illegible], seu possessio, seu servitus traheretur in controversiam, [illegible] erat. Quod ad clerum: coram alio quam coram [illegible] conveniri non poterat, c. *si diligenti c. [illegible] ext. de [illegible]* [illegible] 241. *Quod autem ante judicem [illegible] causam ecclesiasticam [illegible] non debeat, ex canonibus & decretis pleniter invenitur: [illegible] pulsatus ante suum judicem causam dicat; ante non suum judicem, [illegible], taceat.* & mox: *Legibus autem non continetur, imo prohibetur [illegible] a judice seculari ad causam ecclesiasticam vocetur, vel [illegible] subjiciatur.* Peccans etiam & deprehensus, si constaret [illegible], ad eum statim remittendus, *nov.* 123. *cap. clerici ext. de [illegible] ligenti cap. significasti ext. de for. comp.* Ivo *epist.* 157. [illegible] *vestrum criminaliter impetitum alibi quam in ecclesia examinari, concedit, canonicam legem offenditis &c.* Idem *d. epist.* 241. Si mixti, locus præventioni dixi. Exemplum in promtu est.

Extract uyt het derde Memoriael-boeck 's Hoofs van Utrecht.

Op huyden voor den Hove van Utrecht ontboden wesende Heer Johan van Bruhesen Officiael van den Domproost t'Utrecht is deselve gecompareert met Anthonis Wolff synen Fiscael, den welcken by den Hove vertoont synde, dat tusschen hem Comparant als Requirant proces was hangende voor den Hove van Utrecht jegens den Procureur Generael van desen Hove, in dewelcke hy Requirant versoeckende was Renvoy van seker ander proces by den voorn. Procureur Generael geintenteert jegens Mr Peter van Heiter Medicyn deser Stadt Utrecht, uyt saecke dat de voorn. Comparant sustineerde den Hove gepreveniert te hebben met seeckere citatie jegens de voorsz. van Heiter. Waer door de voern. Comparant gevraecht synde van de date van d'Informatie precedente by hem genomen, beroerende d'abuysen ofte delicten in questie, heeft geantwoort, dat sekere tyt geleden syn Fiscael by hem gecomen was, versoecken-

de

de citatie jegent die voorsz van Hellaer ex sola præcedente forma, *Welcke citatie by Comparant den voorn. Fiscael geaccordeert heeft*, ut ea mediante præveniret judicium seculare, *sonder dat voor ofte naer de voorsz. citatie eenige informatie van de abuysen in questie by hem Comparant ofte synen voorn. Fiscael genomen is geweest, uytgesondert dat de voorsz Fiscael naer de voorsz citatie seyde gerecouvreert te hebben Copie van sekere brieve by den voorn. Mr. Peter van Holaer geschreven, Van welcke verclaringe de voorn. Procureur Generael versocht acte, om by t'voorsz proces van Renvoy gevoucht te worden, de welcke hem geaccordeert is by desen, Actum t'Utrecht, den* 17. *Octob.* 1560.

De bonis dixi, de prædiis ad ecclesiam spectantibus. Olim aliter id se habuit. Ex notitia judicati, quæ in Chronico Divionensi apud d'Achery *to.* 1. *Spicil. p.* 426. *Isdem Rodulphus Rex, mortuo Hugone Duce fratre suo, Burgundiam adiit, residensque castro Divion mense Aprili, cum causas suas teneret Robertus Comes Palatii, & Gislebertus Comes Burgundiæ, aliique plures tam Comites quam nobiles viri, interpellatus est Robertus Vicecomes a Vizone Advocato S. Benigni de quibusdam servis, qui quamvis ex illius servo, tamen ex ancilla sancti Benigni, & ex potestate & fisco Longivici nati fuissent, magisque sancto Benigno, quam ipsi Roberto servire deberent. Tunc in ipso Placito in præsentia Principum eosdem servos wirpivit, & S. Benigno reddidit.* Add. *ibid. p.* 414.

Nec, quod notandum, Officiali cognitio tantum criminum. Pronunciavit etiam sententiam. Reos etiam condemnavit. Etiam pœnis coërcuit. Jus in carcerem conjiciendi, *nov.* 70. Jus virgarum in delinquentes, sed non ad cædem usque & ad sanguinem. Tantum modica coërcitio ei, *cap. in Archiepiscopatu ext. de raptor. can. circumcelliones* 23. *qu.* 5. Augustin. *epist.* 159. *Virgarum verberibus, qui modus coërcitionis & a magistris artium liberalium, & ab ipsis parentibus, & sæpe etiam in judiciis solet ab episcopis adhiberi.* Concil. Eliberitan. *can.* 10. *Decrevit sancta Synodus, ut episcopi ac ministri episcoporum pro criminibus colonos flagellare cum virgis potestatem habeant.* Quod in Suessionensi Concilio repetitum Ann. DCCCLIII. Definiti etiam flagrorum ictus. Concil. Matisconens. 1. *can.* 8. *Quod si quicunque Clericus hoc implere distulerit, si junior fuerit, uno minus de quadraginta ictus accipiet; si certe honoratior triginta dierum inclusione multetur.* Nec

modum hunc excessit Cæsarius Arelatensis, eodem tamen repetito post temporis intervallum, si atrocius delictum esset, ut auctor est Cyprianus in vita ejus apud Surium: *Solebat vero sanctus vir id accurate observare, ut nemo ex illis, qui ipsi parebant, sive servi illi essent sive ingenui, si pro culpa sua flagellandi essent, amplius triginta novem ictibus ferirentur: siquis vero in gravi culpa deprehensus esset, permittebat quidem, ut post dies paucos, iterum vapularet, sed paucis, contestabaturque ecclesiæ præfectos, siquis juberet quempiam diutius flagellari, & ea verbera illi mortem afferrent, ut is homicidii reum se sciret.*

Nequis autem existimet sic cum clericis tantum actum, non autem cum laicis; sciat actum sic cum cunctis, qui jurisdictioni magistratuum exempti, cum domesticis, cum famulis, cum ministris ecclesiasticis, cum dedititiis ecclesiæ, & qui ejusdem protectionem & tuitionem amplexi. Ceteros jus multandi etiam certis in causis. Ob factam clericis injuriam. Ob fraudem factam in oblationibus, in censu, in decimis. Ob sacrilegium &c. *can. Statuimus* 16. *qu.* I. *can. quisquis* 18. *qu.* 3. Concilium apud Theodonis villam: *Siquis Subdiaconem calumniatus fuerit, vulneraverit, vel debilitaverit, & convaluerit quinque quadragesimas sine subditis annis pœniteat, & tresentos solidos cum sua compositione & episcopalibus bannis componat. Bannum* mulctam hic vocat. *Bannum* episcopalem, quia alius erat regius LX. solidorum. Karoli Magni Capitulare apud Baluz. *tom.* I. *Capitul. p.* 520. *Ut bannus, quem per semetipsum Dominus Imp. bannivit, sexaginta solidos solvatur. Cæteri vero banni quos Comites & judices faciunt, secundum legem unius cujusque componantur.* Ejusdem Capitulare Ann. DCCXVII. *Franci si regis bannum transgressi sunt, solidos* LX. *componant, similiter Saxones solvent, si alicubi contra ipsos bannos fecerint.* Add. §. 9. *ibid.*

Nec difficilis executio. Siquis contumax detrectaret, vibratum fulmen Pontificium. Diris caput devotum. Quod olim incredibilis & ingentis effectus. Vitabant omnes, ut sceleratum, ut nefarium, ut impium. Cum nullo ei commercium. Qui sciens excommunicatum ab eo non abstinebat se, qui adibat, colloquebatur, qui juvabat vel cibo, vel necessariis alimentis, qui hospitio excipiebat, & ipse excommunicatus. Anastas. *de vit. Pontific. in Nicolao I. Quod a summo Pontifice excommunicatus idem esset Archiepiscopus, in tanta se custodia circumspectatione dediderunt, ut nec in suis domibus*

domibus eum reciperent, nec hominibus ejus paterentur aliquid venundare, ne per tale commercium saltem locutionis eorum viderentur esse participes, ac per hoc excommunicationis notam incurrerent. Stephan. Tornacens. *epist.* 237. *Burgensem, qui eum in domo sua receperat, excommunicationi subjeci.* Adrianus Papa apud *Holsten. collect. Rom. part.* 2. *Nobis coram synodo rationem ponat, & qui cum eo in locutione, cibo, vel potu communicaverit, pari excommunicatione cum eo teneatur annexus.* Add. Ivon. *epist.* 156. Et notabile est exemplum. Robertus Galliarum rex, cum esset excommunicatus ab episcopis Galliarum, quod affinem & commatrem suam Bertam duxisset, ab eo omnes discessere. Præter duos servulos remansit nemo in obsequium. Sed & hi, nequid esset, quo pollueret eos rex, vasa omnia, quibus usus in cibo, in potu, statim postquam usus, aut solo allidebant, aut in ignem mittebant. Petr. Damian. *opusc.* 34. *cap.* 6. Alteserr. *ad cap. Quod in dubiis ext. de sent. excomm. & ad cap. sacris est ext. de h. qu. v. met. cau.* Moriens non absolutus insepultus manebat. Si mandasset quis terræ, exhumatum abjiciebant. Alexander Papa Tertius *epist.* 40. *Ne quoslibet excommunicatos ad divina officia vel sepulturam recipere audeant. Et si quos excommunicationis vinculo innodatos sepelierunt, eos appellatione & contradictione remota, detumulare, & de cœmiterio ejicere non postponant.* Meminit cadaverum, quæ propterea in cœmiteriis jacebant inhumata, Arnoldus Abbas Lubecensis 4. *Chron.* 22. Henricus IV. Imp. jussu Papæ effosus stetit deinceps inhumatus totum quinquennium, vel, ut alii, septennium. Abbas Urspergens. *Chron. p.* 195. Joh. Craws *apud Mader. antiq. Brunsvic. p.* 91. De eodem Orderic. Vital. *lib.* 10. *hist. p.* 762. *Sed quia pro sceleribus suis Apostolico anathemate percussus occidit, extra matris telluris gremium ut belluinum cadaver computruit, nec communi sepultura mortalium contegi vel honorari meruit.* Ut belluinum cadaver, & ut traditum Sathanæ. Ivo *epist.* 75. *Canonicum itaque est eam excommunicare admonitam, & sæpe vocatam & non resipiscentem sathanæ tradere.* De Ludovico etiam Bavaro historia passim extat. Postquam excommunicatus, & Carolus IV. electus, quicunque ei adhærebant, sepulti extra cœmiteria, ruri omnes & in campis. Vid. Paralipom. Abbat. Ursperg. Bosquet. ad Innocent. 1. *epist.* 60. & 2. *epist.* 72.

Nemo autem miretur, quod si viri tam illustres, si Reges etiam & Principes a fulmine illo parum tuti, nec cives Ultrajectinos evasisse id intactos. Notum civium privilegium. Ad Scabinos vocandi, ad magistratum urbanum. Alium judicem non agnoscebant, si causa esset secularis. Sed fastus

cleri tam ingens. Non semper eo se demittebat, ut rem deduceret in judicium. Causa etiam non cognita vibrabat in reum fulmen, si non statim satisfaceret, si non supplex accederet. Si id brutum, nec satis efficax, agebant cum magistratu, ut proscriberet reum, confiscaret, mulctaret. Ponebant urbem sub interdicto, si detrectaret, universam, clausis ecclesiis. Foribus etiam obseratis, & spinis circumdatis. Sacris omnes se abstinebant. Neglecta sacramenta. Et quo nihil indignius durante interdicto, nec quisquam sepultus. Nec baptizatus nisi infans. Imo iterum exhumatus, qui mandatus tum terræ. Acta Cenomannens. episcop. apud Mabillon. 3. *analect. cap.* 34. *Matris ecclesiæ omniumque ejusdem civitatis vel suburbii ecclesiarum januas ad doloris indicium spinarum aculeis obstruentes.* Bosquet. ad Innoc. 1. *epist.* 9. Ne magistratui quidem deerat, quo coërceret protervium. Sed multum datum concordiæ. Multum paci, religioni. Multum urbis securitati, & ne rerum novarum avida plebs justitii pertæsa animis efferatis in magistratus insurgeret. Non possum quin hic addam diploma ineditum, quod occurrit.

IN NOMINE DOMINI AMEN FLORENTIUS DEI GRATIA Episcopus Trajectensis Notum facimus universis, quod orta nuper gravi materia dissensionis inter Venerabiles viros, dominos Decanos, Capitula, & personas ecclesiarum Trajectensium parte ex una, & *Petrum de Blanckenberch*, *Walterum van den Velde*, & *Ghiselbertum* dictum *Gherit Claes Sone* Cives Trajectenses, qui nuper Venerabilem virum Dominum Magistrum *Ulricum de Diepenheym* Canonicum ecclesiæ sancti Johannis Trajectensis piæ memoriæ interfecerant parte ex altera, illius occasione sacrilegi Clericidii, ac super pœnitentia & emenda ratione læsionis & offensæ libertatis ecclesiasticæ dictis malefactoribus injungendæ, tandem in nos tanquam in arbitralem seu amicabilem compositorem hinc inde ut accepimus compromisso, Comparentibus coram nobis personis infra scriptis ad hoc ut apparuit specialiter deputatis arbitrale seu amicabile dictum inter ipsas partes de & super præmissis pœnitentia & emenda faciendis tulimus & pronuntiavimus, ferimus, & pronunciamus in hæc verba : *Dit is ouse seggen Heren* Florens van Wevelinchoven *Bisscop t'Utrecht, als van der Penitencien ende beteringen, die* Peter van Blanckenberch, Wouter van den Velde, ende Ghiselbrecht Gherit Claes Sone

Ber-

Borgers t'Utrecht doen ʒellen als van den doetslage, die sy gedaen hebben aen Meester Uiric die Canonic *was t'sint* Jans *t'Utrecht. In den eersten so seggen wy, dat die voergenoemde* Peter, Wouter, *ende* Ghiselbrecht *tot Romen wandelen sellen omme absolutie als rechte is. Item dat sy sellen in Cypers wonen een jare, ende daer af guet betone weder brengen, dat si der in alsoe lange geduert ende geweest hebben, datmen hem des billix geloven mach, als mit gueden brieven des Conincs van Cypers, of des Aertsbisscops van Nycosi, ten waer dat wi dar mit dispenseerden, des wy macht hebben ʒellen, Item so sellen* Peter *ende* Wouter *voersʒ een Outaer stichten, ende doteren in der Kercke van sint* Johan *t'Utrecht, in sinte* Johans *ende sinte* Claes *ere, als van vysteen Francken s' jaers, of die weerde dar voir, dat is t' sestich pont geldes, acht placken voir een pont sonder argelist, ende voir ewelic memorie Meester* Ulrics *voirsʒ. Ende dit Outaer sel men stichten, doteren, ende renten binnen jaers aen gueden Renten ende gueden binnen ene myle na t'Utrecht op dese side der Lecken, als ons dunckt dat wale belaghet sy, Ende hier voir te voldoen, ende dit Outaer te stichten, ende te dotieren als vursʒ is, ʒellen sy guede borghen ende Principale ʒaecwonden, ende ellic voir al setten, die sich voir hem dar voir verbinden mit alsulken brieven als dair op begrepen syn. Item dat wi die ierste, ende dar nae Deken ende Capittel sint* Jans *Kercken vursʒ die anderen ghiften hebben sellen, ende gheven dit Outare, alst vaceren sal, tot ewelik en daghen. Item als dit gesciet is, als vursʒ is, so sellen dese vursʒ Personen drie jare uyt den Stichte ende den Bisdomme van Utrecht wesen, ende als si dan weder quemen, soe sellen zy ten iersten jare dar na driwers voir den Cruce gaen, barvoet, bloet hoefts, in haren heemden end nedercleder, ende ellic mit eenre kersen van enen pont wass tot elliken tiden, als op sint* Johans *dach Baptiste te midsomer tot sint* Johanne, *ende op sint* Marien Magdalenen *dach ten Doeme, als dar kermisse is, ende op onser Vrouwen liechtmisse voir die processie, ende bidden der meenre ecclesien vergiffenisse van dien dat si misdaen hebben, Ende tot elliken tiden die kerse te laten in der Kercken, dar sy die bedevaert doen, Of war si kiesen, dat si niet uyt wesen en willen die dri jare vursʒ, soe sellen sy nae dier tyt, dat sy van Romen mit absolutie ende betoene comen syn als vursz. is, tot dien enen jare noch twe jare tot dri tiden vursz. alsulke bedevaert gaen voir den Crucen ende processien als vursz. is, Item want die selve* Giselbrecht *niet van staden en is hulpe te doen van ʒinen goede tot dien Outare, ende kenlic arme is, so sal hi alle dese andere Penitencie ende beteringe doen, ende mit den anderen in komen, Ende dar boven sal hi die vursʒ bedevaert voir die Processien ende Crucen doen to dri tiden vursʒ seven jare lanck, als vursʒ*

is,

is, Item soe sellen sy sekeren ende sweren ten heilgen ende mit gestaefden eden ellic voir hen selven, aen handen eens Notaris, dèn wi daer bi senden sellen openbairlic ende in tegenwoirdicheit vieler gueden luden, dat sie alsulke absolútie van Romen halen ende alsulke Cruceganck niet en deden alinch als vursz is, dat sy dan meynedich, erelos, ende truwelos zyn, ende dar af verwonnen, Ende ten iersten als sy hier binnen comen, Zellen sy hare absolutie toenen voer ons, ende in onse hant, ende in t'gegenwoordicheyt der Prelaten van der ecclesien vursz sekeren ende sweren ten heilgen anderwerf, dat sy dese bedevaert voir den Crucen ende processien doen Zellen als vursz is, ende bekennen, war sy dit niet en deden, dat sy dan meynedich, erelos, ende truwelos syn, als sy voir dien Notarys voir gedaen hadden, Item sellen sy den Kerchof finte Johans *Kercken vursz. doen reconcilieren tusschen hir en Paeschen op hare coste. Item waer sake dat sy hare absolutie van Romen niet en haelden, noch die bedevaert voir den Crucen ende beteringe niet en deden alinch als vursz is, ende men hem daromme uyt der Stadt van Utrecht niet en hielde, als ons toegeseit ende gevurwerdt is, dan soude men en mocht men dat interdict weder aen houden, al wairt alle gebreck dar af voldaen ware sonder argelist, Ende mit desen seggen Zellen* Peter, Wouter, *ende* Giselbrecht *vursz van allen misdaden en broeken als van den doitslage vursz gode, der heiliger Kercken, ende ons gesoenet zyn, Ende alle dese punten vursz syn te verstaen sonder argelist.* In cujus testimonium præsens instrumentum per Notarium infra scriptum fieri, scribi, ac publicari, ac nostri sigilli fecimus appensione muniri, Datum, actum, seu pronuntiatum in Camera Cubiculari domus habitationis Curiæ nostræ episcopalis Trajectensis, Anno a Nativitate Domini millesimo trecentesimo octuagesimo, Indictione tertia, mensis Martii die tertia, circa horam undecimam, Pontificatus sanctissimi in Christo patris ac domini nostri, domini *Urbani* divina providentia Papæ VI. anno secundo. Præsentibus ibidem Venerabilibus & honorabilibus viris dominis *Lubberto Decano*, Magistro *Johanne de Tiele* majoris, *Rodolpho de Doetinchem* sancti Petri, *Theoderico Boeninch* sanctæ Mariæ, *Bertoldo de Ruwenhoven* sancti Salvatoris, *Hermanno de Encheren* sancti Johannis ecclesiarum Trajectensium Canonicis ad hoc a suis ecclesiis, *Henrico* dicto *die Witte*, Burgimagistro, *Johanne* dicto *die Clerc* supremo seniore, *Wilhelmo* dicto *over die Vechte*, *Waltero de Colenberch* Civibus ex parte Civitatis nostræ Trajectensis, ut apparuit, deputatis, nec non *Rodolpho de Ysenderen* Præposito sancti Petri nostro Vicario, Magistro *Arnoldo Pot* Officiali, *Willelmo Buer* Presbytero, Procuratore fiscali Curiæ nostræ Trajectensis, *Goswino de Rossem* milite, *Jacobo*

vander

vander Aa Armigero, *Johanne* dicto *Tellenare* scriptore Civitatis prædictæ, testibus ad hoc vocatis specialiter & rogatis.

Et ego Johannes de Loe Clericus Leodiensis diœcesis publicus sacra imperiali auctoritate Notarius ordinaria auctoritate approbatus, Reverendi in Christo patris domini Episcopi prædicti in hac parte scriba, de mandato ejusdem præmissæ pronuntiationi ac aliis prænarratis cum testibus supra scriptis interfui, eaque sic fieri vidi & audivi loco & tempore supra scriptis, ac præsens instrumentum inde feci, propria manu scripsi, publicavi, & meis signo & nomine solitis signavi sigillo dicti Reverendi patris sigillandum requisitus in testimonium veritatis præmissorum.

Ponebant dixi sub interdicto. Gravius autem quam excommunicatio interdictum & magis atrox. Singulos excommunicatio designabat in specie. Hunc aut illum tenebat. Contra urbem interdictum, diœcesim, provinciam. Tenebat omnes indistincte. Si facta excommunicatio, non clausa templa, ecclesiæ, ut si redditum interdictum. Sacris tantum excommunicatum arcebat in specie. Cum divertisset à conjuge alia in locum ejus ducta Philippus Francorum rex Gregorius VII. seu Hildebrandus scribens ad Manassem Remensem Archiepiscopum, Richerium Senonensem, Richardum Bituricensem, cæterosque episcopos Franciæ, *Apostolica*, inquit, *auctoritate commoniti atque constricti, matrem vestram sanctam Romanam & apostolicam ecclesiam debita fide & obedientia imitamini, & ab ejus vos obsequio atque communione penitus separantes per universam Franciam omne divinum officium publice celebrari interdicite. Quod si nec hujusmodi districtione voluerit resipiscere, nulli clam aut dubium esse volumus, quia modis omnibus regnum Franciæ de ejus occupatione adjuvante Deo tentemus eripere.* Auctor Chronologiæ Altissiodorensis: *Anno Domini* 1200. *erat in toto regno lugubris ecclesiæ facies, quia nulla celebrabantur in ecclesiis sacramenta vel divina officia præter*

præter viaticum & baptisma. Nec modo in ecclesiis sed & monasteriis cessatum est à divinis. Negabatur mortuis sepultura. Erat igitur ubique per regnum mæsticia circumfusa, cum hic ecclesiæ silerent & ora canentium Dominum clauderentur. Idem paulo post: *Tota Anglia gravissimo subjicitur interdicto, & tam in monasteriis quam in ecclesiis cessantibus quibuslibet privilegiis organa lætitiæ divino sunt suspensa silentio.* Vid. Bosquet. ad Innoc. 2. *epist.* 72. Juret. ad *Ivon. epist.* 50.

Quod ad excommunicatum autem, cum quo ne colloqui quidem licuit, nequis deprehensus ignorantiam prætenderet, solebat excommunicatio quotannis repeti aliquoties. Ex constitutionibus Guidonis Cardinalis in Concilio Viennensi promulgatis in Austria apud Lambec. *lib.* 2. *comm. de Biblioth. Cæsar. p.* 65. *Alioquin nos ipsos excommunicamus in scriptis, & ter in anno, videlicet in Cœna Domini, in Assumptione B. Virginis, & in Nativitate Domini per Plebanos & Majores suos præcipimus excommunicatos publice nuntiari.* Imo & singulis diebus festis. Statuta contra hæreticos apud du Chesne *to.* 5. *hist. Præcipimus itaque ut heretici, & eorum credentes, fautores, receptatores, & defensores singulis diebus Dominicis excommunicentur &c.* Ibid. *p.* 821. *Tunc excommunicetur accensis candelis & pulsatis campanis, singulis diebus Dominicis, & festivis, & denuntietur intestabilis & infamis.*

Formula autem qua usi atrox admodum & horrenda. Ex formula excommunicationis propter cædem Fulconis Archiepiscopi Remensis factam ab hominibus Balduini Flandriæ Comitis apud du Chesne 2. *hist. p.* 585. *Quia igitur tale scelus nostris temporibus perpetrare non timuerunt, quod ante nisi forte a paganis in ecclesia non auditum, quia non est actum, in nomine Domini, & in virtute sancti Spiritus, nec non auctoritate episcopis per beatum Petrum Principem Apostolorum divinitus conlata, ipsos a sanctæ matris ecclesiæ gremio segregantes, ac perpetuæ maledictionis anathemate eos condemnamus: ut eorum aliquando per hominem non fiat recuperatio, nec ulla inter Christianos conversatio. Sintque maledicti in civitate, maledicti in agro. Maledictum horreum eorum, & maledictæ reliquiæ eorum. Maledictus fructus ventris eorum, & fructus terræ illorum. Armenta boum suorum, & greges ovium suarum. Maledicti sint ingredientes & egredientes. Sintque in domo maledicti, in agro profugi. Intestina in secessum fundant sicut perfidus & infelix Arrius. Veniantque super illos omnes illæ maledictiones, quas Dominus per Mosem in populum divinæ legis prævaricatorem se esse intentavit. Sintque anathema maranatha, pereantque in secundo Adventu Domini. Insuper* quic-

quicquid maledictionis sacri Canones & Apostolicorum virorum decreta decernunt super homicidis & sacrilegis. Nam illos sacrilegorum nomine notamus, qui in hunc Christum Domini manum mittere ausi sunt. Nullus eis Christianus vel Ave dicat. Nullus Presbyter missas aliquando celebrare, nec si infirmati fuerint confessiones eorum recipere, vel sacrosanctam communionem eis, nisi resipuerint, etiam in ipso fine vitæ suæ præsumat unquam dare: sed sepultura asini sepeliantur, & in sterquilinium super faciem terræ sint, ut sint in exemplum obprobrii & maledictionis præsentibus generationibus & futuris. Et sicut hæ lucernæ de nostris projectæ manibus hodie extinguuntur, sic eorum lucerna in æternum extinguatur.

Similis etiam formula ob quamvis rem aliam. Etiam ob controversiam de bonis, de prædiis. *c. quicunque & c. prædia 12. qu. 1.* Ivo *epist. 94. Quoniam divino adjutorio Carnotensis Comes pravas consuetudines, quas habuerant antecessores sui & ipse in domibus Carnotensis episcopi defuncti vel depositi, multo meo labore & sumptu ecclesiæ dimisit, & parvitas mea super hoc privilegium a sanctitate vestra promeruit ad perficiendam ejusdem libertatis confirmationem, peto ab excellentia vestra mitti literas clero Carnotensi continentes hanc sententiam: ut si forte aliqui Carnotensium Comitum, vel ministrorum eorundem aliquando cupida temeritate & temeraria cupiditate libertatem a Comite concessam infregerint, tanquam ecclesiastici juris pervasores ab ipso clero Apostolica auctoritate excommunicentur, & ecclesiæ tam civiles quam suburbanæ usque ad satisfactionem claudantur. Non enim potest populus rapinis assuetus aliter a sua malitia coërceri, nisi summo rigore justitiæ refrenetur, & terribili excommunicatione plectatur.* Add. eund. *epist.* 111. Sic in charta Godefridi episcopi Trajectini Ann. 1136. *Si vero contra hanc institutionis meæ paginam quisquam Præpositorum, quod absit, ire temptaverit, & eandem decimam in pheodum aut in beneficium alicui hominum dederit, tam dantem quam accipientem gladio excommunicationis in perpetuum ferio, & a consortio fidelium omnimodis excludo.* Plura ejusmodi occurrunt. Sed non possum, quia addam quædam ex charta quadam manuscripta, qua fatetur se prædia aliquot ab ecclesia Trajectensi accepisse in emphyteusin magistratus Ultrajectinus, & accepisse ea lege, ut nisi solvat pensionem intra tempus præscriptum ut rebellis, ut contumax, sententiam excommunicationis eo ipso incurrat. *Quod si nos Burgimagistri, supra seniores populi, & Camerarius prædicti, aut alii Burgimagistri, supra seniores, & Camerarii in Consulatu civitatis nostræ Trajectensis prædictæ successores pro tempore existentes dictas pensiones seu annuos redditus singulis annis in termino prædicto inte-*

integraliter non solvemus etiam non requisiti, ex tunc eo ipso nos Burgimagistri, Supraseniores, & Camerarius pro nunc existentes & nostri successores pro tempore in futurum, ut præmittitur, existentes, essemus excommunicationis sententia innodati, quam excommunicationis sententiam dictus Dominus episcopus in eventum hujusmodi, ut ex tunc de consensu nostro auctoritate sua ordinaria, Canonica monitione præmissa, in nos & nostrum quemlibet tulit & promulgavit, quousque redditus hujusmodi cum interesse retardationis solutionis solvissemus. Charta est Ann. 1467.

Habeo chartam etiam Episcopi, qui tum præerat rerum summæ. In ea item diserte: *Et præcipimus eisdem, ut annuos redditus prædictos in omnibus forma & modo, ut prædictum est, realiter exsolvant, Alioquin quoties in hoc rebelles vel negligentes fuerint etiam non requisiti ex tunc ut ex nunc toties Burgimagistros, Suprasceniores, & Camerarium prædictos, eorumque in dicta nostra Civitatis Consulatu pro tempore successores auctoritate nostra ordinaria in his scriptis excommunicationis sententia innodamus &c.*

Rebelles, quod notandum. Vid. Reginon. *de eccles discipl. lib.2. cap.* 207. *& seqq.* Mabillon. *vet. Analect. lib. 2. p.* 97. Boxhorn. *Nederl. hist. p.* 110. *t'Begin, Voortgang, en Eynd der Erfgravel. Bedieninge p.* 249. Tam acerbum, tam durum olim odium Sacerdotum. Nequicquam semel reus imploraſſes clementiam. Ne pœnitentia quidem prorsus abolebat reatum. Vid. Sugerii constitutiones apud du Chesne *to. 4. hist. p.* 554.

Certe & admodum difficulter nec sine nota ignominiæ absolutio impetrata. Tempus fuit, quod notandum, quo nudandi etiam rei, & sic virgis publice & solenniter in ecclesiam propellendi. Sic cum laicis olim actum. Sic cum Comite Tholosano. Quem constat cleri iram vix ob aliud quid expertum, quam quod quamvis non hæreticus tamen fautor hæreticorum. Petrus Monachus *hist. Albigens. cap.* 12. *Modus autem reconciliationis & absolutionis talis fuit. Adductus est Comes nudus ante fores ecclesiæ B. Ægidii, ibique coram legato, Archiepiscopis & Episcopis, qui ad hoc convenerant plusquam viginti, juravit super corpus Christi, & sanctorum reliquias, quæ ante fores ecclesiæ exposita cum magna veneratione, & in multa copia a Prælatis tenebantur, quod mandatis S. R. ecclesiæ in omnibus obediret. Mox legatus stolam ad collum Comitis poni fecit, ipsumque Comitem per stolam arripiens absolutum cum verberibus in ecclesiam introduxit. Nec silendum quod cum* Comes

† *Overste Oudermans.*

Comes Tholosæ introduceretur in ecclesiam, sicut diximus S. Ægidii cum verberibus &c. De filio ejusdem Magister Guillelmus de Podio Laurentii *cap. 39. Reconciliatus fuit Comes in die Parasceves, & qui cum eo erant excommunicationis sententia innodati. Eratque pietas virum tantum videre, qui tanto tempore tot & tantis nationibus poterat restitisse, duci nudum in camisia & braccis, & nudis pedibus ad altare.*

Sed jam diu est, ex quo spretum jam fulmen, ex quo passim eviluit. Nec hodie manu regia aut magistratuum non adhibita jus judici ecclesiastico aut reum prehendendi, aut ad factum hoc aut illud compellendi invitum. Alteserr. 2. *diss.* 2. Ob fastum, ob impotentiam sensim cleri potestas accisa & imminuta. Et huc hactenus etiam facit Caroli V. diploma Ann. 1539. 28. August.

KAERLE BY DER GRATIE GODS ROOMSCH KEYSER, altyt Vermeerder des Ryex &c. Allen den genen die desen onsen brieff sien sullen, Saluyt. Also op die questie ende geschillen, wesende tusschen ons als Erfheer van de Stadt ende Lande van Utrecht, Ende den Eerweerdigen Vader in Gode, den Bisschop, Domproost, Prelaten, ende Capittlen der Kercken van Utrecht, ende die van onsen Raide, Stadt, ende Lande van Utrecht ter cause van de exercitie van de Geestelycke jurisdictie binnen der Stadt ende Lande van Utrecht, aen dese syde der Ysele, diverse communicatien gehouden syn geweest, ende eyntelyck so veel gedaen, dat seecker accoort geraemt ende gesloten is tusschen die selve van de Geestelickheyt van Utrecht ter eenre, ende seecker onsen Gecommitteerden ter andere syde, welck accoort hier na volgt van woorde te woorde. In den eersten, dat die Bisschop, Archidiacons, Prelaten, ende Capittlen, ofte heurluyder Officialen, ende Gecommitteerde kennisse hebben sullen van alle Geestelycke saken, so wel tusschen weerlycke als Geestelycke personen, na inhout den tractate ende brieven van translatie van de temporaliteyt, ende die confirmatie van den Heyligen Stoel van Romen daer na gevolgt. Sullen insgelycx die selve van de Geestelickheyt hebben kennisse van alle andere saecken tusschen Priesteren ende Geestelycke personen, mitsgaders oock by praventie van saecken, wesende mixti fori, *so van rechts wegen behoort, of van outs gewoonlyck is te geschieden, Ende sal de Geestelycke rechter den weerlycken geen inhibitie doen, noch de weerlycke Rechter den Geestelycken. Ten sy dat syluyden eerst by missive inhoudende die redenen malkanderen gratieuselycken geadverteert hebben. Sullen mede die voorsz. Geestelickheyt, ofte hoire Gecommitteerde ter instantie van de Geeste-*

lycke personen ende plaetsen hebben de judicature voor hoire Consistorie van alle saecken beroerende de Kercke ofte Kloesteren, oft andere Geestelycke plaetsen, verkregen goeden voor de translatie der temporaliteyt van Utrecht tegens alle weerlycke personen binnen den Lande van Utrecht, buyten besloten Steden geseten, ende oock binnen besloten Steden, nae ouder gewoente ende hercoemen, so wel aengaende den eygendom van de selve goeden, ende die lasten daer op staende, als t'gebruyc van dien; mit datter aen kleeft, ende die Sententien daer van gewesen sullen na behoorlycke censuren ende expandatien realyck geexecuteert worden by den wereltlycken Rechter, als hy daer toe gerequireert, ende syn auxilium rechtelyck geimploreert wort, sonder by den selven wereltlycken rechter eenige kennisse van nieus genomen te worden van de principale saecke. Ende van allen actien reële, ende personele, ofte mixte uytgenomen van geestelycke goeden ende personen boven gespecificeert, hoedanigh die wesen mogen geintenteert, so wel by geestelycke als by weerlycke tegens andere weerlycke personen, die sullen blyven ter kennisse van den weerlycken rechter daer dat behoort &c.

Vid. infr. Append. & Chart. Wenceslai Regis apud Hedam *hist. Ultraj.* p. 261. Chart. apud Lambec. *lib.* 2. *Hamb. n.* 284. Rittersh. *ad Novell. part.* 1. *cap.* 7. *n.* 80. Morn. *ad l.* 8. C. *de episc. aud.* Altesert. *lib.* 2. *diss. cap.* 2.

C A-

CAPUT XXII.

An judices Ecclesiastici etiam ipsi Canonici. An Provisores, Decani, & Qua eorum potestas. A sententia Capituli an ad episcopum appellatum. Capitula olim claustra. Et in claustris Canonici. Etiam qui Ultrajecti. An his sui etiam Officiales. An Archidiaconis. An Præpositis. Officialis an laicus. Canonicorum quis judex.

Porro judex ecclesiasticus non tantum Officialis. Etiam Capitula & Canonicorum collegia. Ex Actis Ann. MCCCCLVI. *Op tes Heylich Cruys avont exaltatio : Overdroegen die Raide op't Capittel van Sint Peter, ende allen hoeren Heeren, datmen hoer geen recht doen noch geschieden en sel laten voer Scepen, noch in geen weerlicken gerechte binnen der Stat vryheit, om dieswil dat sy den Rade op Heren Claes van Sperewoude niet hebben willen rechten, ter tyt toe dattet Capittel den Rade recht an Heren Claes voersz, t'gene hy hem gebroect heeft.* Charta Ann. MCCCLXIV. *Voert so en sel die Biscop genen persoen vaen, ontliven, noch niemant van synre wegen, is hi geestelic persoen van der ecclesien, of onder hoer beschermenisse, hi en si verwonnen voer sinen Deken, ende voer syn Capittel met allen recht, alse gewoenlic is, En is hi geestelic persoen, die van der Eeclesi beschermenisse niet en is, hi en si verwonnen voer sinen rechter, daermen met rechte schuldich is te verwinnen, alse recht ende gewoenlick is.* Et sic alibi etiam olim. Vid. Lambec. *lib. 2. rer. Hamburg. n.* 404.

Nec Episcopo officialis tantum. Canonicis etiam, Capitulis, Archidiaconis, Decanis, Præpositis. Cuique eorum jurisdictio sed Capituli territorio conclusa & circumscripta. Sic supra mentio Officialis Præpositi summi templi. Ex libello Ducissæ Parmensi oblato tertio Curiæ Memoriali Ultrajecti inserto. *Ut interdicatur Archidiaconis eorumque Officialibus, & Decanis, ne amplius se intromittant de causis solius Episcopi cognitioni & tribunali per*

sacrum Concilium expresse reservatis &c. Charta Ann. 1466. *Officialis Praepositi & Archidiaconi Daventriensis Trajectensis Diœcesis universis & singulis praesentes nostras literas visuris seu audituris &c. Notum vobis facimus, quod die & hora infra scriptis coram nobis in ecclesia sancti Lebuini Daventriensis dictæ diœcesis &c. pro tribunali sedentibus &c.* Sic supra *cap. praec. Heer Johan van Bruhesen Officiael van den Domproest t'Utrecht, &c.* item: *dat die Bisschop, Archidiacons, Prelaten, ende Capittelen, oft heurluyder Officialen &c.* Ex tertio Curiæ Memoriali: *Also tot kennisse van den Hove van Utrecht gecomen was, Dat Heer Floris van Heeremael als Officiael van den Eertsbisschop van Utrecht gedecerneert hadde in sekere saecke voor hem hangende executie ende decretement van arreste op weerlicke personen ende goederen, contrarie de maniere van doen, hadde t'voorsz Hoff ontboden den voorn. Heer Floris van Heeremael, ende hem ende alle andere Officialen verboden ende geinterdiceert van sulcx meer te doen, als wesende een sake tenderende tot verminderinge van synre Majesteyt hoocheyt ende weerlicke jurisdictie, Waer van den voorn. Officiael voor hem ende oock andere Officialen versochte acte, de welcke hem gegonst is, ende is dese, Actum t'Utrecht den XIII. Octobr. 1573.*

Decani etiam, qui parebant Officiali, per Hollandiam, per Zelandiam, per Frisiam universam. Et hi, qui decimas exigebant, qui pensiones, qui mulctas in usum episcopi. Mulctatis clericis aut laicis ob injuriam illatam clericis delata mulcta Ultrajectum, & aut tota, aut pro parte. Charta Ducis Alberti Ann. 1398. *s'Vridages na St. Pontiaens dach apud Boxhorn. Nederl. hist. p.* 133.

AELBRECHT BY GODS GENADEN Palensgrave opten Rhyn, Hertoge in Beyeren, Grave van Henegouwen, van Hollant, van Zeelant, ende Heere van Vrieslant, laten u weten onsen lieven getrouwen Schout, Schepenen, ende Raedt van Delft, Dat wy verstaen hebben, dat dagelicx sommige gesellen gaen ende wandelen op ter straten binnen onser Stadt van Delft, die onzedelicken leven, ende veel parlements ende onrusten maken, aldaer vermetende hem Klercken te wesen, ende Klercken vryheiden ende recht gebruycken willen, al ist dat noch kruyn, noch kercklyck habyt en dragen &c. Bevelen u also ernstelick als wy mogen onsen Schepenen ende Raidt voirsz dat onsen Schout voornoemt hier in bystandich en behulpich syt, en sulcke mis-

misdadige gesellen voorsz met onsen Schout ende den Provisoir van Delflant also helpt corrigeren, als daer toe behoort &c. ende alsulcx profyt daer of comt, dat sal wesen half totter Heeren behouff, daer ons onse Schout of reeckenen sal, ende halff totter Heeren behouff van Utrecht, die dat schuldich syn te hebben &c.

Wilhelmi Comitis charta Anno 1409. *WILLEM by der genaden Gods Palensgrave opten Rhyn, Grave van Henegouwen, van Hollant, van Zeelant, ende Heere van Vrieslant, laten u weten, den Deken van Westvrieslant, ofte uwen Stedehouder, hoe dat ons getoont hebben onse getrouwe Stede van Hoorn, dat ghy tot sommigen tyden haren poorteren daget, ende met recht toespreeckt, ende so wanneer ghy hem niet afwinnen meught, so besettet ghy hare koeyen ende beesten opt veldt, ende andere hare landtrenten, daer ghy hun groote krot ende hinder mede doet, boven recht als wy verstaen, dat ons vreemt geeft, ende niet en staet te lyden, datmen onse ondersaten voertaen sulcken kraft ende moeyenisse boven recht doen sal; Waerom wy u ontbieden, ende bevelen met ernsten, dat ghy onsen poerteren van Hoorn, ende andere onse ondersaten voertaen sulcken onlust ende moeyenisse verdraecht. Dit laet in geender wys, so dat hem geen noodt en sy ons meer klage daer van te doen. Geteeckent den 19. Aug. 1409.*

Philippi Ducis Burgundiæ charta Ann. 1433. 30. Sept. *PHILIPS by der gratie Gods Hertoge van Bourgondien, van Lothringen, van Brabant ende van Limburgh, Grave van Vlaenderen, van Artoys, van Bourgondien, Palatyn van Henegouwen, van Hollant, van Zeelant, ende van Namen, Marckgrave des H. Rycks, Heere van Vrieslant, van Salins, ende van Mechelen, doen kont allen luyden, want onse Stede van Westwoude onsen Raedt klagelyck te kennen gegeven heeft, dat onse poorteren aldaer onredelyck gemoeyt ende geschat worden van den Deken van Vrieslant, van saken, die sy met hem te doen hebben, alsse van heymelicke trouwe ende anders, aen ons begerende, dat wyse daer in beschutten ende beschermen willen; ende want wy onse Ondersaten schuldich syn te beschutten, dat sy van niemant met onreden beschayt noch gemoeyt en sullen worden, so hebben wy om gunste die wy dragen tot onser Stede van Westwoude, der selver gegonnen, ende geconsenteert, gonnen ende consenteren mits desen brieve, so wanneer dat eenige heymelicke trouwe geschien ende gebeuren tusschen onsen poorteren aldaer, dat sy daer af geven sullen den Deken of Provisoor van Westvrieslant vyf schellingen, sulcken payement als wy van onser breucke nemen, in onsen Lande*

van

van Vrieslant ende niet meer. Item oft gebeurde dat ymant van onsen poorteren voorschreven met ongevalle een kint, dat binnen syn jaren waer, verlore, in den water, of in den vuur, sy den Deken of Provisoor voorsz geven tien schellingen payemente voorsz., ende niet meer. Item als die Deecken of Provisoor die Kercke aldaer visiteert, so sal onse Stede voorsz. geven den Deken of Provisoor voorsz. vyf schellingen, ende niet meer, ende van alle andere saken, daer onse voorsz. Poorteren met den Deken of Provisoor voorsz te dadingen hebben, daer af sullen sy hem geven also veele, als onse Stede van Hoorn geest, ende niet meer, na uytwysinge der brieven, die onse Stede van Hoorn voertyts daer af verkregen hebben van onse Voorvaderen, Graven of Gravinnen van Hollant. In oirconde desen brieve ende onsen segel hier aen gehangen. Gegeven op den lesten dach van Septemb. in't jaer ons Heeren M CCCC XXXIII. *En was onderteekent,* Simon Hermanus.

Add. *d'Hantvesten van Hoorn p.* 89. *d'Hantvesten van Enckhuysen p.* 35. *ut & p.* 23. *& seqq.*

Sed non quicquid, nequis erret, a Decanis exactum, in usum cessit episcopi. Sui dixi etiam Capitulis Officiales, Decani. Ab his autem quod exactum in usum partim Præpositi cessit, partim Capituli. Statuta habeo manuscripta majoris ecclesiæ. Ex iis autem, quod huc facit, operæ pretium ut hic addam. Nam vulgo hæc nondum nota. Ita autem *tit. de officio Archidiaconi:*

Ad Archidiaconum nostrum pertinet per terminos sui Archidiaconatus Decanos constituere, & emolumenta, quæ proveniunt occasione Archidiaconalium jurium tollere, & de ipsis nobis ministrare, prout in libro Cameræ continetur.

Notandum est de domino Præposito, qui ipse collocabit consilio dominorum Curias & constituet villicos, qui reddent servitium dominorum. Collocabit etiam Decanias in Archidiaconatu suo, & constituet Decanos, qui reddent denarios piscium statutis temporibus.

Decanus in Rynlant in festo Remigii solvet octo libras.

Decanus in Scolden solvet duas marchas Trajectensis argenti in festo sancti Martini.

Et

Et ille de Walcheren solvet etiam duas marchas.

De Zuytbevelant solvet quinque fertones. Supradictum argentum in denarios computatum habet in se octo libras & tres solidos & sex donarios. Et argentum vel denarios in festo sancti Martini solvent.

Decanus de Kynnemere in festo sancti Andreæ solvet octo libras, qui quondam solvebat decem libras.

Decanus de Westelinglant eodem tempore solvet quatuor libras. Idcirco isti suprascripti Decani solvent debitum suum ante adventum Domini, quum in æstate vel in autumpno synodum tenere possunt.

In purificatione sanctæ Mariæ Decanus de Betuwe solvet sex libras, qui quondam solvebat octo.

Decanus etiam de Hollant solvet tres libras.

Decanus de Goye solvet quatuor libras. Duas in Purificatione Mariæ, & duas in dominica Invocavit.

Decanus de Civitate solvet octo libras. Quatuor in dominica Judicavit, *& quatuor in Ascensione Domini.*

Decanus de Aemstelle in festo sancti Johannis solvet tres libras. Quidam tamen dicunt, quod debeat solvere quatuor.

Suprascripti autem denarii de Decaniis sunt XLIX. *libræ, tres solidi, & sex denarii. Nec episcopus habet se de juribus Archidiaconalibus intromittere. Et si Provisorem episcopus deputaverit, ille se non debet nisi de casibus episcopalibus intromittere &c.*

Rationales in provinciis sæviebant in bona olim, ut serio apud Tacitum in vita Julii Agricolæ queruntur Britanni. Sed & instar Rationalium episcoporum Decani, Officiales &c. Et hi passim sic grassabantur. Petrus Blesensis *epist.* 25. *Officium Officialium hodie est jura confundere, suscitare lites, transactiones rescindere, innectere dilationes, supprimere veritatem, ponere*

 men-

mendacium, quæstum sequi, æquitatem vendere, inhiare exactionibus, versutias concinnare. Querelæ hinc provincialium. Bellorum etiam causæ. Ut argumento est transactio inter Ducem Burgundiæ & Rudolphum Diepholdium Ann. 1434. ult. Febr. apud Boxhorn. *Nederl. hist. p.* 163. cujus hoc est initium:

RUDOLPH VAN DIEPHOUT by der gratien Gods Bisschop tot Utrecht, doen kondt allen luyden, dat onse geminde lieve Heere, de Hertoge van Bourgongien, Grave van Hollant, ons heeft doen thoonen, ende te kennen gegeven, dat syne ondersaten van Hollant, van Zeelant, ende van Vrieslant seer beswaert ende belast worden, mit onsen geestelicken jurisdictien, ende sonderlinge van den Provisoiren ende Deeckenen van den voorsz. landen wesende, t'welck wy nimmer niet gehengen en willen, wy en willen daer in voorsien, so dat ons liefs Heeren ondersaten nimmer ons ende onsen dienaren niet beklagen en sullen, ende syn daeromme, overmits de groote gunste ende liefde die wy dragen tot onsen lieven ende geminden Heere den Hertoge voersz. Grave van Hollant, ende tot synen landen, luyden, ende ondersaten van Hollant, van Zeelant, ende van Vrieslant, minlick overdragen, ende gesloten, by goeden rypen raide, ende by goetduncken van onser beyder Raide, sulcke puncten als hier nae gescreven staen, om onse geestelycke jurisdictie onser Kercken van Utrecht voertaen daer op te regieren, ende te doen regieren op syne ondersaten van Hollant, van Zeelant, ende van Vrieslant.

In den eersten so salmen die Deeckenye ende Provisorie over al in den voorsz. landen regieren alleen met eenen notabilen reckelicken man in elcke Provisorie ende Deeckenye, die hem des geestelicx recht verstaen, ende die daer nut toe syn. & mox: *Ende waert dat eenich Paep of Klerck overdaet bedreve binnen der Graeflickheyt van Hollant, van Zeelant, ende van Vrieslant &c. die sal onse lieve Heere den Hertoge van Bourgoingen, Grave van Hollant, mogen doen vangen by synen Baillin, oft by synen rechteren, ende dien leveren ons, den Deecken of Provisoir daer de saecke geschiet wair, als kenlick waer, dat sy Klercken waren &c.* Item: *Ende die Deecken of Provisoir en sullen om geen misdaden wille, die enich persoen gedaen hadde, by sententien van den interdicten fulmineren sonder kennisse van saken.* & paulo post: *Ende wair enich Provisoir, Deken, of Pape, die hier en boven dede, die Deecken, Provisoir, of Pape, sullen wy, ofte onsen Officiael, daer of openbairlick corrigeren, ende punieren &c,* Add. Kemps *beschryving van Gorinchem p.* 244.

Nec

Nec tamen transactio hæc tam exacte observata, clericorum avaritia, quæ nec copia nec inopia minuta unquam, obstante, & in vetitum semper nixa. Ideoque & alia atque alia, querelis nunquam non obortis, transactio semper facta:

Accoordt tusschen den Deken van Hoorn, ende de Ondersaten syner Jurisdictie, Ann. 1534. den 2. Decemb.

Also sekere klachten overgegeven zyn den Hove van Hollant, by die van Hoorn, Enckhuysen, Grootebroeck en andere, geseten onder de Proostdye van Westvrieslant, beroerende de geestelycke jurisdictie van den Deecken aldaer, en de informatie daer op gedaen, ende dat oock geschreven is geweest by Replycque ende Duplycque, zyn sekere dagen van Communicatien gehouden by den Gedeputeerden van den Capittele van den Doem, de voorsz Deken ende Gedeputeerden van de voorsz Steden met hare consoorten, ende is eyndelicken by tusschenspreken van Meester Joost Sasbout, als Commissaris by myn Heer den Grave van Hoogstraten, Stadthouder Generael van Hollant ende van Utrecht, daer toe gecommitteert, na dat by den voorsz Hove gedaen hadde syn rapport, gemaeckt een accoort als hier na volgt:

Eerst die van Schardam ende Scharwoud sullen hare Sacramentem halen tot Hoorn van den Pastoor aldaer, sonder dat sy gehouden sullen wesen tot Hoogkarspel daer omme te reysen.

In de Paesch heylige dagen, alsmen haelt Chrisma *sal niemant van Boomwol yet afgenomen worden, dan sal den dienaer gegeven werden een oortken ofte grootgen, en mits betalende den taux, ende sal niemant in onkosten van teeringe of wagenhuer gehouden wesen.*

Den Deken en sal niet meer nemen voor Zoenpenningh, dan den gewoonlycken taux, na ouder gewoonte.

Den Deken en sal niemant composeren in causa matrimoniali, *om sententie te geven*, *om* juramentum expurgationis *te ontseggen of diergelycke*, *noch en sal partyen om te composeren met houden loopende*, *ende als de questie valt tot Hoorn*, *en sal niet meer nemen dan den behoorlycken ordinaris taux*.

In Dispensatie *van* proclamatien *als hy die geven wil*, *ende de sake sulcks eyscht*, *sal discretie daer besigen*, *ende ten hoogsten niet meer nemen dan na onder gewoonte*, *elcke* proclamatie *een ende twintich stuyver*.

Om te consenteren datmen Kercken ofte Altaren uytsette, *grooter maeckende*, *en sal geen groote somme van penningen genomen worden*, *maer een oud schild of twee na gelegentheyt*.

Insgelycks sal oock genomen worden van den Deken omme Kercke goederen te mogen verkopen pro cognitione causæ.

Den Deken en sal niet eyschen ofte composeren in causa mixti fori, *als 't by den werelslyken rechter daer by* præventie *kennisse af genomen is*.

Den Deken en sal geen gelt nemen om ymant te laten sitten in matrimonio in gradu affinitatis prohibito.

Den Deken sal den ban so selden useren in kleyne saken als hy magh, *ende en sal niemant in den ban doen*, *dan met behoorlycke voorgaende proceduren van rechte &c.*

Aengaende d'observatie van de concordaten van Bisschop Roeloff, *die van Hoorn*, *Enckhuysen*, cum sociis, *sustinerende dat de Deken die behoort t'onderhouden*, *ende achtervolgen*, *navolgende den mandamente ende besloten brieve van den Prince van den Lande tot diversche tyden tot dien eynde geexpedieert*, *die Officiael ter contrarie*, *dat Bisschop Roelof immers geen macht en hadde* Concordaten *te maecken over Westvrieslant*, *tot synder jurisdictie niet behoorende*, *oock dat ter cause van de onderhoudenisse van de selfde* Concordaten *over geheel Hollant*, *tusschen de Keyserlicke Majesteyt*, *als Grave van Hollant*, *ende myn Heer den Bisschop van Utrecht lange questie geweest is*, *ende dat deselfde concordaten in veele puncten onredelick zyn*, *is desen aengaende gheen eyntlick accoort gemaeckt*, *maer elcks van partyen blyft op sijn recht*, *tot dat deselve concordaten breeder gevisiteert*, *en by andere communi-*

municatien of decisie hier in versien sal wesen. Aldus gedaen in den Hage, by consente van de voorsz Lambert van Duynen, *Officiael van myn Heere den Domproest &c.* Vid. d'Hantvesten van Hoorn in fin.

Cæterum satis hinc patet, & quod tribunal Decanis, quod imperium, & jurisdictio, & quod superior Officialis, præsertim episcopi. Qui κατ' ἐξοχὴν etiam *Officialis* & *Officialis Trajectensis*, & ad quem facta provocatio. Etiam ex Hollandia, Zelandia &c. Etiam dico ex Hollandia. Nam in sacris etiam episcopo subjecti Hollandi. Add. *d'Hantvesten van Drechterlant p. 65.* Ren. Snoy. *lib. 9. hist.* Tributa clericos recusantes Carolus Audax ut compesceret, nam stipendiis ei in bellum opus, & hi tributis non obnoxii, per suos apud Davidem episcopum Trajectinum id egit, ut contumaces Dorstadum citatos ad solvendum compelleret. Nullum aliud remedium ei. Boxhorn. *Nederl. hist. p. 201.*

Dixi quod jurisdictio, sed in clericos, non in laicos, nisi causa ecclesiastica, ut & statim jam dictum. Ut si causa fiscalis legitimus olim judex Cæsaris procurator. Si alia, non item, *l. 1. C. de jurid.* Statuta vetera Harlemensia Ann. MCCCXC.

Item so wie enighen poerter dede daghen om waerlicke scoude voer den gheestelicken recht verboert een pont ende twee duysent stiens, ende dat goet daer hi hem van dede daghen, Ende so wie enen clerc wairlicke scoude op gave, daer hi enen poirter om dede daghen verboert een pont, ende twee duysent stiens, ende alsoo veel goets, als hy den clerc opgegeven hadde.

Item so wie den anderen daghede, of daghen dede buten der Stadt van Haerlem, hi en waer eerst verwonnen voer onsen Provisoet ende Deken verboerde tien pont, ende twintich duysent stiens.

Nec laicus Officialis. E clero is constitutus. Ferendus laicus non fuit, ut Vicarius episcopi. In ecclesiasticis præsertim, *cap. decernimus ext. de judic.* Officialis autem Vicarii instar *cap. 1. ext. de offic. Ordin. in VI.* Cum Dioscorus episcopus Alexandrinus esset reus, & is Judicum, id est, Principis Legatorum, qui aderant in Concilio, præsentiam requireret, responderunt episcopi: Κανονικῶν γὰρ ἐξεταζομένων, οὔτε ἄρχοντας, οὔτε ἑτέρους τινὰς λαικοὺς παρεῖναι χρή. *Cum regularia tractantur, neque magistratus, neque aliquos laicos interesse oportet.*

Quod

Quod ad Canonicos singulare id. Sicut cum iis lis adeundus Decanus. Officiali citanti impune non parebant. Scilicet non parebant in prima instantia. Ex Statutis MS. majoris ecclesiæ *tit. de jud. & for. comp. Si quis habet causam contra aliquem Prælatum, Canonicum, Chorisocium, vel clericum, aut officiatum perpetuum laicum ecclesiæ nostræ, Decanum nostrum adeat, & de ipso querimoniam deponat, vel si contra Decanum, seniorem Canonicum promotione Capitularem præsentem adeat. Decanus vero audita querimonia reum coram Capitulo ad diem competentem per Nuntium Capituli tali conquerenti vocari faciat.* Ex iidem MS. *tit. de majorit. & obed. Episcopus vero Canonicis, Chorisociis, & aliis præcipere non potest, nisi ad ipsum negotium per appellationem vel alias deferatur. Sed si episcopus vel Officialis suus aliquem velit impetere, imploret officium Decani & ille mandabit, imo si episcopus vel Officialis suus procederent contra Canonicos, vel clericos nostros, nisi per appellationem vel negligentiam Decani, vel alias ad ipsum negotium esset devolutum, processus esset nullus.*

Iuramento Vicariorum templi S. Johannis comprehensum diserte: *Nullum etiam claustrale negotium in causam deducam a Decano & Capitulo prædictis, nisi per appellationem mihi denegata justitia vel neglecta. Nullum etiam claustrale*, id est, pertinens ad Capitulum, ad ecclesiam &c. Nam Capitula olim claustra. Et in claustris Canonici. Olim etiam qui Ultrajecti. Nam olim Regulares. Vid. *cap.* 2. *supr.* Flodoard. *hist. Remens. lib.* 4. *cap.* 20. *Postea tumultu infra claustrum Canonicorum inter clericos exorto.* Acta Cenomannens. episcop. apud Mabillon. 3. *analect. cap.* 23. *In ipso quoque anno claustrum, ubi sui Canonici conversari regulariter & canonice possent, ædificare cœpit, qui antea nunquam claustrum habuerant, sed per civitatem huc & illuc vagantes, & dormientes, & discurrentes, tam in nocte quam in die per diversa domicilia manere solebant.* Et quamvis deinceps Seculares, & sic eorum habitatio distincta & separata, domus tamen nihilominus, quas habitabant, *claustrales*. Etiam quæ ipsorum, & quarum domini in solidum. Nec id novum ut re mutata nomen maneat inconveniens, *§.* 3. *Inst. de don. l.* 183. *ff. de V. S.* Charta Ann. MCCCXVIII. quæ continet testamentum Gerardi de Reden Præpositi S. Johannis: *Præterea ego Gerardus prædictus ob salutem animæ meæ domum meam claustralem lego ecclesiæ sancti Johannis, & volo & ordino quod dicta domus vendatur per meos executores, & de pretio dictæ domus emantur redditus perpetui ad memoriam meam singulis mensibus in ecclesia sancti Johannis prædicta faciendam, pensione tamen hactenus super dicta domo habita in suo pristino statu permanente.*

nente. & mox rursum *in fin. Actum, ordinatum, & datum per me Gerardum testatorem prædictum in dicta domo mea claustrali Ann. Dñi* MCCC. *decimo octavo, feria secunda post nativitatem beati Johannis Baptistæ.*

Plerumque autem domus hæ circa ecclesiam, quo & ita paratiores essent ad divinum officium, & lateri etiam episcopi, qui & ipse habitabat circa matrem ecclesiam, & cui soli olim non licuit esse, hærerent assidui. Statuta MSS. majoris ecclesiæ: *Ex institutione ordinis eodem refectorio comedere, & dormire eodem dormitorio tenemur, & vivere de communi, sed ex dispensatione Episcoporum hoc hactenus scientium & tolerantium in privatis domibus habitamus. Non tamen licet alicui Canonico habitare nisi in domibus claustralibus. Et de hoc est synodale statutam Theoderici de Are. Canonici qui sunt in perceptione in expensis suis vel aliorum non sunt nisi in domibus claustralibus.* Charta apud Chiffletium in *probat. hist. monast. Trenorciens. p.* 343. *Videlicet quod juxta matres ecclesias domus sunt episcoporum ex institutione canonica, sicut dictum est, & ex consuetudine approbata.* Hermann. Monach. *de mirac. S. Mariæ Laudunens. lib.* 1. *cap.* 1. *in fin. Præfata S. Maria ecclesia cum aliis propinquioribus decem ecclesiis, domus quoque adjacentes episcopi, atque Canonicorum, multorumque civium igne suppesito concremantur.* Et ratio hæc, cur Pontifex præbendis domos adjungat *cap. dilecto ext. de prebend.* item alibi vineas, *cap. cum omnes ext. de constit. ut cum singulis prebendis adnexa sint vineæ &c.* Altesferr. *ad d. cap. cum omnes.* Ziegler. *de diacon. cap.* 13. *n.* 2. & 4.

Magnificæ olim ædes & visendæ magnitudinis, ut videre adhuc Ultrajecti. Unde & alibi *Curia* ut in charta apud Lambec. 2. *rer. Hamburg. p.* 264. Add. *ibid. p.* 281. *& seqq.* Vulgo extra cœmeterium triginta erant passus. Honorius III. apud Ciron. *cap. de jur patron. Saltem triginta passus terræ juxta Canonicas sanctiones in liberam eleëmosynam extra cœmiterium a parte qualibet earundem ad domos Clericorum faciendas ibidem liberaliter largiaris.* Ziegler. *de dot. eccles. cap.* 7. *n.* 36.

Porro a Capitulo, siquis diceret se gravatum episcopus appellandus, & pro ne nata etiam Papa. Statuta MS. majoris ecclesiæ:

Siquis gravetur per sententiam Capituli potest appellare ab illa, sive sit interlocutoria, sive diffinitiva in continenti sine scriptis, & sine causæ expressione ad immediatum superiorem scilicet episcopum. Si autem velit omittere episcopum & appel-

appellare ad Papam, tunc in omnem eventum habet in scriptis appellare, & causam exprimere. Idem si appellet ex intervallo. Si tamen appellet in claustrali negotio propter juramentum Canonici vel clerici nostri episcopum prætermittere non potest, nisi in justitia denegata vel injuria illata.

Appellatione a Capitulo ad Episcopum interposita Officialis Trajectensis de causa appellationis cognoscere non potest, nisi ex commissione Episcopi speciali de consensu partium sibi vel alteri facta. Partibus autem invitis delegare non potest, quia hæc claustralia negotia in pleriique sequuntur consuetudinem laicorum in judicando &c.

Et id jus ordinarium. Et sic antiquitus placuit. Extra ordinem tamen sæpe in prima etiam instantia de re magni momenti inter viros illustres, ecclesias, Capitula, ad majus malum depellendum episcopus cognovit ipse, Prælatis aliquot adhibitis, & si ita videretur in plena Synodo re discussa. Multa ejus sunt exempla, sed quod ineditum occurrit addam hic ex Chartulario templi S. Johannis.

OTTO DEI GRATIA TRAJECTENSIS EPISCOPUS *universis præsens scriptum visuris vel audituris salutem in vera salutis auctore. Noverit Universitas vestra, quod constitutis coram nobis* Heidenrico *Abbate sancti Pauli ex parte una, &* Johanne de Perwys *Decano ecclesiæ sancti Johannis Trajectensis ex altera, idem Decanus in figura judicii proposuit coram nobis, quod cum olim bonæ memoriæ* Giselbertus *Decanus dictæ ecclesiæ sancti Johannis consanguineus domini Giselberti quondam ejusdem ecclesiæ Præpositi Adam militem de Luchorst traxisset in controversiam coram prædecessore nostro felicis recordationis domino* Wilbrando *episcopo Trajectensi super quadam parte decimæ in* Utwick, *quam idem miles detinuit occupatam, & quam nominatus Giselbertus Decanus pleno jure ad suam Decaniam asseruit totaliter pertinere, dictus miles Abbatem sancti Pauli ejusdem decimæ nominavit in judicio dominum & auctorem. Dicto vero Giselberto Decano jus suum persequente contra Abbatem & militem nominatos in plena synodo Trajectensi ipsi Decano & Decaniæ sancti Johannis perpetuo adjudicata exstitit dictante sententia Prælatorum. Præfatus autem episcopus cupiens exstinguere omnem materiam rancoris & discordiæ inter partes, & providere utrique ecclesiæ videlicet sancti Johannis & sancti Pauli in futurum, consentientibus memoratis Abbate & Decano & ecclesiis eorundem inter eos taliter ordinavit, quod partem*

tem illam decima in Utwick, *super qua dictos Abbatem & militem memoratum Decanus convenerat, & qua ei sententialiter adjudicata extitit, prælibatus Abbas vel alius ejus auctoritate perpetuo pleno jure absque calumnia possideret, & in ejus recompensationem ipse Abbas patronus ecclesia in Santwic eandem ecclesiam cum omnibus suis attinentiis perpetuo annecteret Decaniæ ecclesiæ sancti Johannis prænominatæ. Ita tamen quod quotiens ipsam Decaniam vacare contigerit Abbas sancti Pauli supradictus, qui erit pro tempore, requisitus a Decano sancti Johannis antedicti ipsum absque contradictione qualibet ad eandem ecclesiam, investiendum cura animarum ipsius ecclesiæ, loci Archidiacono præsentabit. Cui ordinationi partes concorditer paruerunt. Mortuo vero prænominato Decano sancti Johannis, qui præfatam ecclesiam de Santwic sic annexam Decaniæ suæ tenuerat, cum ipse* Johannes de Perwys, *qui eidem G. in ipsa Decania successit, peteret se secundum hujusmodi ordinationem ad prælibatam ecclesiam de* Santwic *loci Archidiacono præsentari a domino* Heydenrico *tunc temporis Abbate sancti Pauli Trajectensis, idem Abbas id efficere recusavit, & litem contestando dixit se non credere, quod memorata ecclesia de* Santwic *annexa esset perpetuo prænominatæ Decaniæ ecclesiæ sancti Johannis Trajectensis, & si hoc probare posset, paratus esset eum præsentare ad ecclesiam antedictam. Et cum memoratus Johannes Decanus, prout ei delatum extitit & indictum coram nobis in judicio ad ea probanda secundum consuetudinem approbatam ecclesiæ Trajectensis septem testes omni exceptione majores paratos haberet ad præstandum debitum juramentum, prememoratus Abbas remisit in hac parte eisdem testibus juramentum, quod parati fuerant exhibere. Et cum quæreretur in sententia, utrum eandem vim haberet in judicio remissio hujusmodi juramenti, quam obtineret facta plena probatio per eosdem, dictata est sententia coram nobis, quam nos postmodum in judicio præsentibus partibus protulimus in hunc modum, quod talis remissio locum probationis debita obtineret, Quam sententiam dicti Abbas & Conventus sancti Pauli ratam habentes recognoverunt sæpedictam ecclesiam de Santwic perpetuo annexam prememoratæ Decaniæ sancti Johannis, & sic sæpenominatum Decanum ad eandem ecclesiam de Santwic præsentavit cura animarum ejusdem ecclesiæ a loci Archidiacono investiendum. Acta sunt hæc coram nobis in Capitulo majoris ecclesiæ Trajectensis, Anno Dni Millesimo Ducentesimo quadragesimo septimo* XIV. *Kal. Augusti. Præsentibus* Reymaro *sancti Petri,* Gozwino *sancti Johannis,* Waltero *sanctæ Mariæ Præpositis,* Wolframo *Decano sancti Salvatoris,* Theoderico Bars *Thesaurario,* Arnoldo de Colonia, Matheo & Wilhelmo *majoris ecclesiæ, item* Jacobo, Johanne de Mosa, Heinrico de Marsen, Theoderico, & *Magistro* Alberto *sancti Salvatoris,*

vatoris; *item* Reynero, Wilhelmo, Bertoldo, *&* Waltero *sancti Petri Canonicis Trajectensibus. Item Capitulo sancti Johannis præsente, & præsentibus Magistro* Heynrico de Sliwenburch, Christiano, Reymboldo, *&* Joanne de Merlo *Canonicis sanctæ Mariæ Trajectensis. Item* Godescalco *Gardiano, & fratre* Menzone *ordinis fratrum Minorum in Trajecto. Item Ministerialibus ecclesiæ Trajectensis* Giselberto de Sulen, Arnesto de Wlvinne, *&* Giselberto *fratre suo*, Amelio de Werdhe, Bernardo de Dholre, Stephano *Pincerna*, Arnoldo de Schalcwic, Philippo de Reininge, *& fratre suo* Ottone, Gerardo de Overwech, Ludolfo de Overwech, Giselberto de Overvech, *& fratre suo* Splintero, Giselberto Havezen, Giselberto de Judisas, Gerardo de Judisas, Giselberto de Vechten *militibus, & aliis quam pluribus tam clericis quam laicis. In cujus rei testimonium præsens scriptum nostro & dicti Abbatis & Conventus, Prælatorum præsentium, & ecclesiarum Trajectensium sigillis fecimus roborari.*

Tredecim diploma hoc subsignatum sigillis. Medium pendet episcopi. Sex sunt a dextris. Sex item a sinistris. A dextris S. Martini, S. Petri, S. Pauli, Heidenrici Abbatis, Reimari Præpositi, Gozwini Præpositi. A sinistris S. Salvatoris, S. Johannis, S. Mariæ, Walteri Præpositi, Wolframi Decani, Johannis Decani. Quinque hic expressi.















Caput XXIII.

An Officiali jus gladii. An judici ecclesiastico. An Papæ. An episcopis. An Toparchis in diœcesi. An S. Pauli Abbati. An jus gladii mandari possit. An dari in feudum. Papa Rex etiam creditus. Arma clericis vetita.

Dixi quod Officialis tantum instar Vicarii. Vicarius proprie non fuit. Alius olim Officialis. Alius contra Vicarius. Vicarius alius in temporalibus. Alius contra in ecclesiasticis. Generalis etiam alius. Alius specialis. Supra in charta *Johannis van Vernenborch*: *Ende waert dat wy dien eed niet nemen en wouden of en mochten, of dat wi binnen Lands niet en waren, so selmen dien eed doen onsen Vicarys ofte onsen Scoute tot Utrecht, die dan zyn in der tyt. Ende wairt dat onsen Vicarys ofte Scoute dan binnen Lants niet en waren &c.* Frederici Badensis diploma apud Hedam *hist. Ultraj. p.* 420. *& seq. Per Hermannum de Lochorst, Decanum ecclesiæ nostræ sancti Salvatoris Trajectensis nostrum in spiritualibus generalem Vicarium &c.* & mox: *per Reverendum Patrem Dominum, Dominum Jacobum Ridder, eadem gratia Episcopum Ebronensem, in Pontificalibus Vicarium nostrum &c.* Judex Officialis. Tribunal ei & jurisdictio. Ad lites datus decidendas. Vicarius contra & in aliis vicem functus episcopi. Neutri autem jus gladii. Jus sententiam exequendi, jus cædendi etiam virgis, sed non ad cædem & sanguinem. De Officiali id satis constat. Clericus Officialis. Horrent clerici autem sanguinem. Nec supplicio interesse. Nec armis uti iis licet, *clem. diœcesanis ext. de vit. & hon. cleric. c. sententiam ext. ne cler. vel monach.* Privilegium clericale, si incedant ut laici, nec desistant, amittunt, *dd. capp. c. clerici ext. de vit. & hon. cler.* Imo negat ad bellum ire, nisi vel propter missas, vel ut audiant confessiones, vel ut sacras reliquias portent, Karlomanni Capitulare Ann. DCCXLII. *cap.* 2. Sic enim diserte: *Servis Dei per omnia omnibus armaturam portare, vel pugnare, aut in exercitum & in hostem pergere omnino prohibuimus, nisi illis tantummodo, qui propter divi-*

divinum ministerium, Missarum scilicet solemnia adimplenda, & sanctorum patrocinia portanda, ad hoc electi sunt. Guilielm. Brito *lib. 3. Philippid. vers.* 606.

Persona primi multa pluresque secundi

Ordinis, & cleri quamplurima turba minoris,

Arma quibus tractare negat lex ecclesialis.

Custodiarum cognitio quidem, si ageretur de hæresi, si de clericorum capitali delicto, sed judex secularis pronuntiabat sententiam, & ad mortem condemnabat. Et sic necesse est intelligas, quod Thom. Cantipratan. *apum lib. 2. cap.* 57. *Erat circa Cameracum civitatem quidam hæreticus astutus valde, qui metuens inquiri & comburi a Fratribus Prædicatoribus, qui in dicta civitate plurimos comburebant, finxit se arreptum a dæmone &c.* Scio judici seculari nec in clericos ullum jus, nec clero ipsi jus gladii. Sed hinc, si clerici forsan rei, ne delicta interim impunita, a clero prius degradandi, & sic ad ultimum supplicium tradendi judici seculari. Inventum scilicet astutum! Quasi vero an non idem sit per se quid facere an per alium. *l. 5. §. 3 ff. de adm. & per. tut. l. nihil* 15. *ff. ad l. Corn. de sic.* Sed sic, qui horrent scilicet sanguinem, millia olim infinita etiam levi de causa sustulerunt e medio. Horrenda est historia, quam de falso episcopo Joan. a Leidis habet *lib.* 31. *hist. cap* 43. ex qua & discas quam acerba, quam sanguinaria hæc degradatio, & quæ scilicet clericorum mansuetudo, clementia. Compendio rem narrat Magnum Chronicon Belgic. ad Ann. 1392. *Captum*, inquit, *in publico theatro cunctis pontificalibus induit ornamentis, quibus paulatim rursus privabatur, & primo baculo pastorali, deinde mitra, deinde casula, & sic de singulis usque ad amictum inclusive. Tum capitis crines abradebantur, & pellis circa digitos, quibus corpus Dominicum tractare consueverat, cum vitro osse tenus lacerabatur. Novissime vestibus secularibus indutus judici seculari, scilicet Sculteto & Scabinis civitatis Trajectensis tradebatur, qui eum ad cacabum dijudicarunt &c.* Eandem paulo latius Joan. a Leidis, & tandem *in fin. Deinde episcopus cum forcipe incœpit tondere parum per capillos capitis sui, & postea Barbitonsor illud cum novacula perfecit, ita quod in eo nullum remansit vestigium tonsuræ vel clericatus. Postremo his peractis induebatur habitu laicali discolorato, & relinquebatur judici seculari, ut in suum forum eum reciperet, cum protestatione* quod

quod pœnam sanguinis ei non infligeret, quia hoc Episcopo petere non licet, qui extr. ne cler. vel mon. c. sententiam &c. Ideo supplicarunt Dominus Florentius episcopus Trajectensis, & alii sex episcopi prædicti cum aliis Prælatis ibidem præsentibus Sculteto, quatenus circa mortis periculum dignaretur circa sententiam moderare, juxta decretum novimus de verb. sign. Qui judicans ipsum esse reum mortis condemnavit mediante sententia Scabinorum & Consulum, bulliendum fore in ferventi aqua. Cum ergo miserabiliter in cacabo ferventis aquæ sederet, deplorando calamitatem suam petebat aliquam gratiam sibi impendi. Unde misericordia super eum moti, extractum de cacabo decollaverunt ipso die gloriosi Jeronis &c.

Quod autem idem paulo ante citra sanguinis effusionem vitro pellem abrasam ait, credat id Judæus apella, non ego. Sed id exempli tantum causa. Omnia si evolvat quis, si revocet in memoriam, an aliud quicquam dicet, quam quod clerici genus hominum & sævum & vafrum. Prælio Bovinensi Belvacensem episcopum, clava usum, non gladio, ne sanguinem scilicet funderet, auctor est Guihel. Brito *lib.* II. *Philippid.*

Sic plerosque alios clava sternebat eadem

Militibus super hoc titulum palmamque resignans,

Accusaretur operam ne forte Sacerdos

Gessisse illicitam, cui nunquam talibus inter

Esse licet, ne cæde manus oculosque prophanet.

Idem de Christiano Archiepiscopo Moguntino testatur Abbas Stadensis ad Ann. 1172. *Per Lombardiam & Tusciam*, inquit, *omnia depopulans Bononienses invasit, & in equo residens indutus thorace, & desuper tunica hyacinthina, habens in capite galeam deauratam, & in manibus clavam trinodem ipse in eodem prælio dicitur stravisse novem homines propria manu.* Add. Gerhard. Præposit. Stederburgens. apud Meibom. *in opuscul. p.* 231. Feri animi id exemplum. Sed sic solent, qui alioquin pietatem præ se ferunt. Sic Comes Bergensium Adolphus bello captus caveæ ferreæ melle illitæ inclusus a Sifrido Archiepiscopo Coloniensi, miserabili mortis genere

genere consumptus a muscis & adactus ad necem. Vid. Pontan. *hist. Gelr. lib. 6. p.* 168. Sic elusa sanctionum vis. Sic spreti canones. Sic abjecti.

Sed episcopos quid dico? Papæ an non præiere? Quam quæso atrociter, ut de aliis nihil dicam, a Papis etiam ipsis sævitum in Papas? Etiam in extinctos, in sepultos &c. Notum id de Formoso. Quod sedem Pontificiam invasisset non rite, extractus e sepulchro, & demptis vestibus Pontificiis, tribusque digitis abscissis projectus in Tiberim. Liutprand. *lib.* 1. *cap.* 8. *Nam Formoso defuncto is qui post mortem Formosi Papa constitutus est, expellitur, Sergiusque Papa per Adelbertum constituitur. Quo constituto, ut impius doctrinarumque sanctarum inscius, Formosum e sepulchro extrahere, atque in Sedem Romani Pontificatus, sacerdotalibus indumentis indutum collocare præcepit, cui & ait: Quum Portuensis esses episcopus cur ambitionis spiritu Romanam universalem Sedem usurpasti? His expletis, sacratis mox exutum vestimentis, digitisque tribus abscissis in Tiberim jactare præcepit.*

† Fabulosum id quidem putant Baronius, Ciacconius, Panuinius &c. Sed non mirum, quod putent. Sanctitati Pontificiæ nimium quantum id adversum, præsertim cum plures fuerint de episcopis dein Papæ, quibus fraudi non fuit, quod relicto episcopatu ad Papatum admoti. Sugerius Abbas in vita Ludovici Crassi de Calixto II. *Cui*, inquit, *successit de Hostiensi episcopo approbata persona assumptus Papa Honorius, vir gravis, & severus &c.* Et utut putent, aut non putent, Liutprandus interim fide dignior, ut qui proximus eorum temporum, & cui Leo etiam assentitur Cardinalis Ostiensis *lib.* 1. *Chron. Casinens. cap.* 45. & qui dicit se audivisse id a religiosissimis viris Romæ *d. cap. in fin.* quam Baronius & ceteri, qui gratia omnes Papæ & beneficiis obstricti. Add. Albert. Abb. Stadens. *p.* 34. Abbat. Uspergens. ad Ann. 897. Chronic. Farfens. apud. du Chesne *tom.* 3. *hist. p.* 665.

Sed dices forsan, quod ad Papam; de Papa non mirum. Non sacrorum tantum Papa, sed terrarum etiam Princeps. Armatus etiam cum exercitu tanquam Princeps secularis adversus hostes profectus. A vulgo etiam Rex creditus. Turcæ eum appellant *Rum beg*, *Rum schah*, id est, Romæ seu Romanorum regem & Dominum. Geographus Nubiensis *part.* 2. *clim.* 5.

Fff Et

† *Non Sergio tamen sed Stephano id adscribit Sigebertus*: Legitur enim, *inquit ad Ann.* 902. quia ipse, non Sergius, corpus Formosi a sepulchro in concilio protractum, & papali veste exutum laicali induit, & abscissis duobus digitis dextræ manus ejus in Tiberim præcipitari fecit.

Et in urbe Roma sunt ades Regis, Papa vocati. Nec est supra Papam superioritas in dignitate, & Reges sunt inferiores ipso. Refert in libro de mirabilibus urbis Romæ Franciscus Albertinus ad æreum Herculis simulachrum in foro boario repertam inscriptionem hanc, SIXTO IIII. PONT. MAX. REGNANTE, *aneum Herculis simulachrum &c. effossum Conservatores in monumentum gloria Romana heic locandum curarunt.* Vetus est editio epistolarum Hieronymi: In fine tomi secundi inter cetera etiam hæc: *Eusebii Hieronymi doctoris eximii secundum epistolarum explicit volumen anno Christi* MCCCCLXVIII. *Indictione prima, die vero* XIII. *mensis Decembris, Pontifice maximo Paulo regnante secundo, anno ejus quinto &c.* Otto Frisingensis 6. *Chron.* 34. *His diebus Alexander primo Lucensis episcopus, post communi voto & electione in summum Pontificem promotus, ecclesiam jam diu ancillatam in pristinam reduxit libertatem, Carolumque Parmensem episcopum, armata manu, sedem Romanam occupare volentem constantissime repressit. Unde de ipso in palatio Lateranensi scriptum reperi:*

Regnat Alexander, Carolus cadit, & superatur.

Habet Baluzius ævi nostri eximium & singulare ornamentum Julii III. numisma æreum cum hac inscriptione D. JULIUS III. REIP. CHRISTIANÆ REX AC PATER. Et hinc ut idem ostendit ad *lib.* 5. *Capitul. cap.* 319. cum scripsisset Gelasius, *Duo quippe sunt, Imperator Auguste, quibus principaliter mundus hic regitur, auctoritas sacrata Pontificum, & regalis potestas,* substituerunt Paparum asseclæ, *Dua quippe sunt Imperatrices augusta &c.*

Fastum alii detestantur quidem. Sed interim hæc ratio, cur & Papæ jus gladii. Priscus auctor apud Juret. *ad Ivon. p.* 807. de exercitu Leonis IX. Papæ adversus Normannos: *Iste primus Romanorum Pontificum a beato Petro ad se usque cum manu armata in bellum processit. Qui quamvis sanctus fuerit, & pio hoc animo egerit, tamen quia id ejus non erat officii, neque hoc illi permissum fuerat a domino, qui pati venerat, suosque ut ab aliis magis paterentur, quam ut alios persequerentur, pramonuerat, ideo exercitus sui multitudo casa est ipso prospiciente &c.*

Sic Episcopus Trajectinus etiam Princeps imperii. Et quia Princeps imperii etiam jus gladii ei. Etsi tamen & id certum, quod nec passim exercuit. Quid enim necesse erat? Cognovit sæpe ut episcopus haud dubie ad aucupandam quidem famam clementiæ, sed revera ut traditus magistratui eo acer-

acerbiore etiam afficeretur supplicio. Jus gladii ei, inquam. Et propemodum quidem soli. Nulli enim ex Toparchis in diœcesi jus gladii, nisi sicui ab episcopo id ad tempus concessum. Nam quod & alii concessit dubitari non debet. Charta apud Buchelium ad Hedam *in not. p.* 234. *Videlicet quod nulla persona ecclesiastica vel sæcularis inter Nodam & Bodegraven intra fines temporalis territorii episcopatus Trajectensis habet jurisdictionem temporalem altam, quæ* hoochgericht *vulgariter nuncupatur, nisi tantum Dominus noster episcopus Trajectensis, nisi forsan aliqua persona ecclesiastica, vel secularis posset hoc per patentes literas vel privilegia edocere.*

Quod officium Marscalci dixi. Id necesse est adhuc addam vice Præsulis etiam functum, præsedisse judiciis, jus gladii exercuisse. Quo ni fallor, referendum, quod in charta Ann. MCCCLXXV. *Mede so zint vorwaerde, dat wi noch die Maerscalc voersz gene hoge rechte doen en sel, dan binnen Utrecht, Vredelant, en ten Gheyne &c.* Patet etiam ex charta, quam Buchelius ad Hedam habet p. 254. *Ende dat wy nimmermeer daer toe helpen en zellen, raeden, nochte wizen, noch daer mede wesen, dat hem ymant hoge Gerechte onderwynde tot Montfoerde, anders dan die Bisschop van Utrecht, syne Maerschalck, of synen gewaerden Bode &c.*

Ad tempus dixi. In perpetuum soli S. Johannis Præposito id tantum datum, ut ab ipsis Ordinibus decisum sic & definitum. Heda in vita Guidonis episc. *Primo sententiam Prælatorum exegit, qui definierunt solam Ecclesiam S. Johannis in ditione S. Martini habere jus gladii.* Eo ergo nihil certius. Nec verba obstant, quæ in charta Friderici Badensis Ann. 1510. *Ende omme sonderlinge saken ons daer toe bewegende, geven wy dat voersz onse Land van Hagensteyn, mit allen synen toebehoren, dagelixen Rechten, Renten, ende opcomingen voor ons ende onsen nacomelingen voersz den Eerbaren Domdeken, Deecken, ende Capittelen onser tween Kercken van den Dom, ende van Oudemunster voersz ten ewigen dagen voor een Edel, vry eygen goet, te hebben, te besitten, ende te gebruycken, sonder enich wederseggen, van ons, ende onsen nacomelingen voersz ofte ymant anders. Ende die commissie ende bevelinge van onser Hoger Heerlickheyt van Hagesteyn tot allen Hooch-heerlickheden rechten, hebben wy de voorsz twee onser Kercken ende Capittlen, mede by consent van onsen Godshuysen voersz gegont, belieft, ende gegeven, na vermogen onsen brieven van commissie hem daer op gegeven. Welcke hooge Heerlickheyt ende commissie daer af, sy luyden altyt na afganck van ons ende onsen nacomelingen Bisschoppen t'Utrecht, doch costeloos,*

opt nye begeeren, ende ontfangen sullen, des hem onse nacomelingen geen weygeringe sullen mogen doen. Mit bescheyde, dat dat Landt van Hagesteyn, onse ende onses Gestichts palen, ende onder onsen Gestichte blyven sal &c.

Ut per se satis patet verba hæc pertinent ad casum, quo jus gladii mandatum. Nam non annexum jus gladii Dominio de Hagesteyn, sed mandatum à Præsule. Tantum ei annexa quotidiana jurisdictio, ut in verbis diserte: *mit allen zinen toebehoren, dagelixen Rechten, Renten, ende opcomingen &c.* & infra: *Ende datmen van de daghelixe Gerechten aldaer tot ons ende onse nacomelingen beroepen ende appelleren sal mogen &c.* Mandatum verba innuunt; *Ende die commissie ende bevelinge van onser Hoge Heerlickheyt van Hagesteyn tot allen Hooch-heerlickheden rechten, hebben wy de voersz. twee onser Kercken &c. gegont, belieft ende gegeven &c.* item: *Welcke hooge Heerlickheyt ende commissie daer af &c.* Sic in charta apud Buchel. ad Hed. *in not. p.* 309. *Ann.* 1510.

JOHAN GRAVE VAN EGMONT, HEER TOT BAER &c. Stadthouder Generael van Hollant, Zeelant, ende Vrieslant, doen cond &c. Also die E. Vader David van Bourgongnen in Gode Bisschop t'Utrecht by believe, toestant, ende consent der drie Staten des Nedersllichts van Utrecht ons ende onsen Leenvolghers, overmits sekere diensten ende weldaet wy dat Gestichte ende 'tgemeen Landt van Utrecht bewesen ende gedaen hadden, gegunt, gegeven, ende beleent heeft voor hem ende zyne nacomelingen. Bisschoppen t'Utrecht, dat Landt van Hagesteyn mit allen zynen toebehooren, dagelixen Gherechte, Renten, ende opcomelingen, ende daer toe de commissie der hooger Heerlickheyt aldaer te houden van hem ende syne ghenaden nacomelingen Bisschoppen van Utrecht, in allen manieren, datmen Gestichts Leenen mit recht schuldich is te houden, gelyck die brieven ende verlydingen ons daer of ghegheven in't jaer ons Heeren 1484. op den 16. Meert dat breder inhouden &c.

Certe & merum imperium & in feudum jam dari, & mandari jam potest, cessante *l.* 1. *pr. ff. de off. ej. c. mand. e. jurisd.* ut recte Gudelin. *lib.* 1. *de jur. noviss. cap.* 2. *n.* 7. *& lib.* 5. *cap.* 13. *in fin.* Et aliunde id etiam constat. Zuederi Præfecti seu Burggravii Monfortii charta Ann. 1353. quam integram dedi infra: *Dat myn Heere die Bisschop voersz mi verlyen ende verlenen sal dat Huys, die lage gerechten van Montfoerde, ende alle goets, dat ick van hem ende synen Gestichte helt, eer ick verboerde in desen oerloghe &c. Voert so*

so heb ick hem overgegheven die brieven, daer bi mi mede bevolen hadde zine hoghe gerechten te verwaren in den Lande van Montfoerde, Ende ic heb mi verbonden ende verbynde in desen tegenwoordigen brieve, voer mi ende voer mine nacomelinghe der hooger gerechten voersz. mi nimmermeer te onderwinden, ten zi bi bevelinghe des Bisschops voersz of zynre nacomelinge, ende goetduncken zynre Stadt van Utrecht &c.

Fefellit quidem fidem, & controversiam rursum movit, sed & temere & infeliciter Zuederi successor. Heda in Florent. episcop. *Gisbertum Principem Abcoudæ, nec non Henricum Præfectum Montisfortis supremam jurisdictionem vindicantes, quas nunquam habuere, decimasque ecclesiarum, & civium possessiones usurpantes coëgit hujusmodi actiones abdicare, ita ut episcopus censeatur supremus Dominus omnium Præfecturarum ac Dominiorum provinciæ Trajectensis præter ea quæ sunt sub ditione ecclesiæ sancti Johannis.*

Mansit Præsuli suum jus transcripta Cæsari diœcesi translatum in Cæsarem, & ejus filium Philippum, eoque ejecto in Ordines successores Philippi. Nec quicquam deinceps pertinens ad jus gladii vel Burchgravio vel Montfurto permissum.

Extract uyt het derde Memoriael-boeck s'Hoofs van Utrecht.

Missive aen Heer Johan Borchgrave tot Montfoort.

Edele, Welgeboren Heer, In't visiteren van sekere certificatie genomen by Jan van de Velde wel eer Officier van U. Ed. bevinden wy dat deselve hem noemende is Opper-Officier van der Stadt ende Lande van Montfoort, niet tegenstaende sulcx t'anderen tyden expresselijck eenen Charles Caffaryn oock uw. Ed. Officier verboden is, blijckende by d'acte hier by gevoecht, Ende so t'selve tenderende is tegen de Hoocheyt van den Coninck, onsen alregenadichsten Heere, ende in prajudicie van zyne hooge Heerlickheyt van der Stadt ende Lande van Montfoort, t'welck niet en behoort toegelaten te worden, hebben daerom U. Ed. daer van wel willen adverteren, ten eynde deselve zy-

 ne

ne Officiers sulcx onderrechte, dat sy hem verdragen sulcx meer te schryven, of te laten schryven, of te laten noemen, op de peyne in de voorsz Ordinantie begrepen, Edele, Welgeboren Heere, Onse Heere Godt sy met U. Ed. Geschreven t'Utrecht den 28. Octob. 1571.

Multi in diœcesi, quibus singulis jurisdictio sua, sed civilis, non criminalis. Nulli saltem jus gladii, excepto tantum Præposito S. Johannis. Sero id demum datum Dominis de Amerongen, Hagesteyn, Langerack &c. & nuper Dominis de Renswoude, Vrelandt, ut & Principi Auriaco in Soest, Baren, & Emmenes. Nulli dico in diœcesi. Alibi extra diœcesin ut Liendæ & Drielæ in Gelria etiam Abbas S. Pauli per Vicarium id exercuit. Et id rursum argumento, quod mandari jam possit. Abbas alii mandavit. Nec privatis id tantum sed Gelriæ etiam Duci sub annuo quodam censu in beneficium concessit. Dux Gelriæ enim ceteris eam invidens potestatem, quod id minus sibi honorificum, quotannis nec censum nec censualis dici dedignatus in se jus, quod Abbati, curavit transferri. Etiam, ut Dux Gelriæ, Philippus II. Rex Hispaniarum.

Ex Rationum Codice Ducatus Gelriæ lib. 2.

Ann. 1327. op St. Marcus dach ontfangt Graef Reynolt *van Gelre van den Abt van St. Pauls tot Utrecht het gerecht van* Linden *voor den tyt van vier en veertich jaer ofte anders, geduyrende het leven van den selven Abt voor twee beeren jaerlicx opt St. Marcus dach te betalen.*

Ann. 1345. op Pinxter avont ontfangt Hertogh Reynolt *van Gelre van den Abt van St. Pauls t'Utrecht, Geduyrende t'leven van den gemelten Hertogh dat gerechte van* Linden *voor twee beeren jaerlicks te betalen. Is geschreven in Latyn.*

Ann. 1367. ontfangt Hertogh Eduwart *van Gelre van den Abt van St. Pauls dat gerechte van* Lienden *ende* Driel, *voor drie beeren jaerlijcks te betalen, geduyrende t'leven van den hoochgemelten Hertogh.*

Ann. 1380. des Vrydags na St. Jans dach nativitatis, *heeft* Wilhelm *van*

van Gulick Hertogh van Gelre van den Abt van St. Pauls genaemt Henrick van Ryn, *ontfangen de Gerichten van* Linden *ende* Driel *voor drie heeren jaerlicx St. Marten te betalen, geduyrende t'leven van den gemelten Hertogh.*

Ann. 1403. *des Donderdaghs na onser L. Vrouwen dach* Annuntiatie *heeft* Reynolt *Hertogh van Gelre, van den Abt* Henrick van . . . . . . *Abt van St. Pauls ontfangen de Gerichten van* Linden *ende* Driel *voor drie heeren jaerlicks syn leven langh geduyrende.*

Ann. 1470. *des Maendags* post Mauritii *heeft Hertogh* Adolf *van Gelre ontfangen de Gerichten van* Linden *en* Driel *van* Johan Glauwaert *Abt van St. Pauls tot Utrecht voor drie heeren jaerlijcks sijn leven langh.*

Ann. 1492. *des Saturdachs* post Crucis exaltatio, *heeft Hertogh* Carel *van Gelre van den Abt van St. Pauls tot Utrecht ontfangen de Gerichten van* Linden *ende* Driel *sijn leven lanck geduyrende, voor twaelf oude schilden van goeder munte.*

Ann. 1532. *op den* 8. *dach van Novemb. heeft Hertogh* Carel *van Gelre van den Abt van S. Pauls t'Utrecht, erfflijck ontfangen de Gerichten van* Linden *ende* Driel, *die hy voor die tyt alleen voor sijn leven lanck geduyrende beseten had, ende dat vry sonder pacht te betalen.*

Ann. 1532. *transporteert* Mattheus van Goch, *Abt van St. Pauls t'Utrecht, aen Hertogh* Carel *van Gelre, erflijck de Gerichten van* Linden *ende* Driel, *vermits hy nu wederom van den Hertogh ingelost had syne goederen, die verwonnen waren, gelegen in des Hertogen Lande.*

Ann. 1560. *den lesten dach van April heeft Coninck* Philips *als Hertoch van Gelre ontfangen van den Abt van St. Pauls t'Utrecht Heer* Gerrit van Nykerck *de Gerichten van* Lienden *ende* Driel *voor twaelf oude schilden jaerlijcx, geduyrende het leven van hoochgemelten Coninck.*

Pulso deinceps & ejecto Philippo II. quicquid olim Abbati solutum deinceps quotannis, facta de eo transactione, Ordinibus Trajectinis ab Ordinibus Gelriæ, ut ex sequentibus patet.

Alse

Also deur de Edelen en Erentfesten Heeren Joncker Gerlach van der Ca-
pellen Raed, ende Joncker Henrick van Brienen Reeckenmeester, ende Af-
gesanten van den Raed ende Reeckeninge in den Furstendomme van Gelre,
ende Graefschap van Zutphen, ter vergaderinge van de Gedeputeerden van
de Staten van den Lande van Utrecht nae exhibitie van hare brieven van
credentie, geremonstreert is geweest, dat de Gerichten van Linden ende
Driel, hoghe ende laghe, by verscheyde Abten van den Convente van St.
Pauls t'Utrecht, voor Heeren Graven ende Fursten van Gelre verscheyde-
lijck in pachte uytgegeven soude sijn geweest, dan vermits d'aflyvicheyt van
den Coninck van Spaengien in Septemb. lestleden overleden, de lijfpachte
over de voorsz. Gerichten t'syner Majesteyts lyve gestelt is geexpireert, ende
dat de voorn. Heeren Gesanten van wegen den Furstendomme Gelre ende
Graefschap Zutphen daeromme versochten renovatie des erfpachts over de
voorsz hoghe ende lege Gerichten, ende dat geduyrlijck sonder restrictie, ofte
met limitatie van ymants lyve, ten aersien van de tegenwoordige gelegent-
heyt, ende voorts jegens de recognitie, ende op de conditie, als deselve ge-
richten by den voorn. Coninck van Spangien den lesten April xv.c ende t'se-
stich in lyfpachte ontfangen sijn geweest, nadien by de Gedeputeerden der
Heeren Staten van Utrecht ofte hare Ed. Gecommitteerden insgelijcx vertoont
was, als dat de voorsz hoghe ende lage gerichten van Driel ende Linden,
hoewel op verscheyden conditien, edoch doorgaens op lyfpachte uytgegeven sijn
geweest, Dat de voorsz Abdye ter cause van de geconditioneerde ende ver-
schenen jaerlicxsche pensien, eene seeckere somme van penningen ten achte-
ren is, ende dat der selver Abdye goederen ende Officieren by de Fursten van
Gelre ende van de Graefschap Zutphen in singuliere protectie genomen sijn
geweest, ende alsulcx als noch behooren voorgestaen ende beschermt te wor-
den, Soo ist dat na onderlinge communicatie tusschen de voorn. Heeren Ge-
santen des Furstendoms Gelre ende Graefschaps Zutphen van wegen den sel-
ven Furstendom ter eenre, ende de voorsz Heeren Gedeputeerden van de
Staten van den Lande van Utrecht ter andere zyde gehouden, overgecomen
ende veraccordeert is, Als dat t'voorsz Furstendom ten lyve van alsulcken
persoon, als op hare eerste aenstaende Lantdach daerom sal worden genomi-
neert, van de Heeren Staten van Utrecht in lyfpacht ontfangen sal de voorsz
hoge ende lege Gerichten van Linden ende van Driel, op alsulcke jaerlijck-
sche pachte ende conditien, als in de twee brieven van den Coninck Philips
beyde in date den lesten April xv.c t'sestich geschreven staet, ende dat gelycke
twee brieven op de naem van't Furstendom Gelre ende Graefschap Zutphen
tot behoeff der voorsz Abdye ende der Officieren ende goederen van dien eerst-
daeghs

daeghs ende opt spoedichste sullen worden geexpedieert, ende albier ter Camere van de Heeren Staten van den Lande van Utrecht overgelevert, Ende also van wegen der selver Abdye versocht worde, als dat onder de voorsz condition mede soude worden geinsereert, dat de goederen van de voorsz Abdye in Gelderlant gelegen, in schatting, ongelden, ende contributien, so ordinaris als extraordinaris niet hooger souden worden beswaert, als de goederen van de ingeboornen ende ingesetenen van Gelderlant, so hebben de Heeren Gesanten belooft de goede hant daer aen te sullen houden, ende hare uytterste devoir daer inne te doen. Ende aengaende de achterstallige jaerlijcxsche lyfpachten als noch resterende, onbetaelt, is by de voornoemde Heeren Gesanten van wegen hare Principalen, ende op die aggreatie van haerlieder Committenten belooft, ende belooven de selve mits desen, als dat t'voorsz achterwesen sal worden betaelt albier binnen Utrecht in de Abdye *voornoemt op drie termynen, alsse Martini toecomende het gerechte derdendeel van dien, Martini in den jare sestienhondert het ander derdendeel, Martini sestienhondert een het derde ende laetste derdendeel, ende dit alles boven de jaerlijckxsche pachten, die van wegen t'voorsz Furstendom evenwel ten vollen souden worden betaelt, na vermogen de conditien in den lyfpachtbrieff na forme van de voorgaende leste brieven te exprimeren, ende dat in alsulcken valeur, als men die leste betalinge van dien gedaen heeft, ende gewoonlyck is te doen. Gedaen t'Utrecht den 13. Septemb. XV.c negen en t'negentich. Was onderteeckent :* Gerlach van der Capellen, Henrick van Brienen. *Onderstont : Ter ordonnantie van myne Heeren, die Gedeputeerden van de Staten s'Lants van Utrecht. Onderteyckent* G. de Ledenberch. *Onderstont : Nae collatie is dese Copye mette originele beteyckende accoorde bevonden van woorde te woorde te accorderen, By my, ende was onderteyckent*

SCHRASSER.

Extract uyt het Reces des Lantdachs in Majo 1600. *tot Zutphen gehouden.*

Op de memorie van den Hove ende Reeckenkamer conjunctim.

Op den 2. *art. aengaende den erfpacht over de hoge ende lege Gerichten van* Lienden *und* Driel, *die van de Landschap laten sich dit verdragh gevallen, het selve wie oock het formulier van de brieven daer van te geven bestendigende, und sijn by t'Hoff und die Reecken-Camer die personen genomineert, op wiens lyven den erfpacht te stellen.*

Extract uyt het Memorie en Resolutie boeck des Hoofs van Gelderlant.

Lunæ den VII. *Jul.* 1600.

Op't poinct van de approbatie van den erfpacht van Lienden *und* Driel fol. 10. art. 2. expediuntur literæ, *en is genomineert* Wilhelm van Driel, *Scholtis van Driel, op wiens lyff de voorsz erffpacht staen sall.*

Extract uyt het Memorie en Resolutie boeck des Hoofs van Gelderlant.

Veneris den 2. *Augusti* 1600.

By geschreven aen de Gedeputeerdens van de Staten van Utrecht, datmen volgen-

volgende dit verdrach op de lyfspachte van de Heerlyckheden van Driel *ende* Lienden *gehouden en gemaeckt, aen de Lantschap erholden heeft approbatie des selven, ende dat* Wilhelm van Driel *Scholtis tot Driel genomineert is, daer op men de brieven sal doen depescheren.*

Extract uyt het derde Register van de Commissien ende Instructien beginnende den 29. Octob. 1594. ende eyndigende den 20. Decemb. 1600.

Die van Gelderlant nemen ende ontfangen de Gerechten tot Lienden *ende* Driel, *hoge ende lege behorende aen de Abdye van St. Pauls t'Utrecht, ten lyve van Willem van Driel, s'jaers voor twaelf oude schilden van goeder munten.*

Wy Stadthouder ende Raden van wegen die Staten des Furstendoms Gelre ende Graeffschaps Zutphen, allen den genen die desen onsen brieff sullen sien ofte horen lesen, Doen te weten, dat wy uyt speciale last ende authorisatie volgende den verdrag tusschen onsen Gecommitteerden, ende den Heeren Staten s'Lants van Utrecht den 13. Septemb. des naest verlopenen jaers opgericht, van den selven Heeren Staten van wegen der Abdye van St Pauls *aldaer ontfangen ende genomen hebben oire gerichten tot* Lienden *ende tot* Driel *hoge ende lege, als der selver die voorsz Abdye toebehoort, ten lyve van* Wilhelm van Driel, *deser tyt Scholtis tot Driel, ende geduyrende syn leven langh, ellickes jaers voor twaelf olde schilden van goeder munte, goet van golde, ende gerecht van gewichte, ofte de rechte weerde van dien in anderen golde off silveren payement in tyde der betalinge goet ende gangbaer zynde tot anderhalven golden gulden van gewicht elcken schilt gereeckent, te betalen in alsulcke valeur, alsmen die leste betalinge van dien gedaen heeft,*

ende gewoonlyck is te doen, alles volgende den voorsz verdrach, ende sulcks jaerlycx ende alle jaer op St. Martens avont in den winter, off ten langsten veertien dagen daer na onbegrepen, ende die te doen leveren aen handen van den Rentmeester des voorsz Convents goederen, op onsen ende sonder der voorseyde Heeren Staten off Convents cost, schade, moeyte, ende arbeyt, Ende voorts so hebben genomen ende nemen by desen die officieren ende goederen tot die voorsz Abdy geborende, ende in desen Furstendom van Gelre ende Graesschap van Zutphen gelegen in gemelte Heeren Staten beschermenisse, ende sonderlinge tot Lienden, tot Hemert, tot Driel, tot Reden; ende tot Armel, off waer sy gelegen syn binnen die voorsz Landen, Gelovende die selve in goeden ende vasten trouwen van allen onrecht ende gewalt te beschudden, beschermen ende te bewaren na onse macht, mit den aenhangen, dat waert sake, dat ymant der voorsz Abdye goederen off der selver Officieren van wegen die voorsz goederen aenspraecke, sullen sy nergens ten rechte staen, dan in kracht van de voorsz authorisatie ende aggreatie voor desen Hove van Gelderlant, ende voorts hebben wy geloofft ende geloven by desen t'bovengeroerde Gerichte van Lienden ende Driel binnen den tyt ende het leven van den voorsz Scholtis Wilhelm van Driel *niemant te sullen voortgeven, verkeren, of vervreemden in eeniger manieren, noch die voorsz Abdye daer aff te ontweren, off affhendich te maecken, maer die aen ons selfs te houden, t'leven van den voorsz Scholtis geduyrende alse boven geseyt is, Alle des voorsz poincten ende elck point besonder hebben wy geloeft ende geloven by desen in goeden trouwen die duckgemelte Heeren Staten in namen der Abdye voornoemt wettelyck, wel, stedichlyck, ende onverbreeckelyck te holden, Bevelende voorts den Land-Rentmeester deses Furstendoms ende Graesschaps tegenwoordich ende in der tyt synde den voorseyde Heeren Staten, of den Ontfanger by haer Ed. over die voorgedachte Abdye gestelt, die twelff olde schilden van nu voortaen jaerlycx ende alle jaer ten tyde, termyn, ende in manieren hier boven verhaelt te betalen, ende t'gene dat hy also betaelt sal hebben willen ende ordonneren wy, dat hem mits overbrengende dese off copye authentycq van dien voor die eerste reyse, ende t'elckens naer behoorlycke quitantie van den voorsz Ontfanger geleden ende gepasseert werde, in uytgeven der Reeckeninge daer ende so dat behooren sal. Des t'oorconde hebben wy hoochgemelte Furstendoms ende Graesschaps grooten segel hier aen doen hangen. Gegeven te Arnhem den vij. Jul. 1600. Ende was besegelt met een groot uythangent segel in dubbelde steerten, ende roden wassche.*

Drielæ

Drielæ id jus jam exercent Scabini Bommelenses, ut Assessores Præfecti, qui præest agro & territorio Tiellensi & Bommelensi, vulgo *den Amptman van Tiel en Bommelerweert*. Nec parvi momenti res. Antehac, ut accepi, cum Camera Rationum Gelriæ vendidisset jus, quod habebat, Johanni van Brakel Domino de Kermesteyn, ni fallor, mille aut præter propter florenis, cum cæteris emolumentis existimanti hac ratione etiam datum jus gladii, in consessu Ordinum contradixit, & venditioni intercessit agri Tilani & Bommelani Præfectus Cornelius van Gent, & cum effectu intercessit. Nihil enim innovatum. Nec perfecta venditio.

CAPUT XXIV.

Nonnulla de Præposito S. Johannis. Diploma quo concessum ei merum imperium. Aliud quo id datum etiam Domino de Langerack. An judex, an magistratus ignoscere possit reo. An gratiam ei facere. An spem impunitatis. An indistincte id possit Princeps & an etiam jam condemnato possit pœnam remittere.

Quibus porro jus gladii, civilis iis jurisdictio etiam, ut & mixtum imperium. Pleraque etiam ex his, quæ S. Johannis Præposito olim data. Et si quæratur. Quæ illa? Præclara & insignia. A sententia Præpositi, si causa sit criminalis, appellatio non datur. Si civilis concessa. Et perinde utrum Præpositum aut Vicarium ejus & Pares Curiæ an Curiam Provincialem appellet victus & condemnatus. Victus scilicet & condemnatus a pagorum Scabinis. Data optio condemnato. Nec ultimo supplicio tantum potest afficere. Remittere etiam id potest. Recipere etiam noxios, concessis ad certum tempus iis literis securitatis. Restituere etiam in integrum. Saltem certis ex causis. Sanctiones condere & edicta. Placitis tamen Ordinum non repugnantia aut contraria. Nam magnum quidem ei jus. Magna vis & potestas. Sed majestas est Ordinum. Vectigalia ad ipsum pertinent. Vini scilicet, cerevi-

revisiæ, & alia etiam id genus. Sed nova iis invitis imponit frustra & nequicquam. Mulctandi habet jus. Et mulctæ etiam cedunt ipsi. Sed si fiat confiscatio locus est fisco Ordinum. Nam & horum cognitio est, aut, quæ vices hactenus eorum tenet, Curiæ Provincialis, si ejusmodi sit crimen, quod confiscatio solet sequi, ut est crimen majestatis, aut siquod aliud ei simile est, ut hæresis, rebellio, seditio &c. & cujus supra jam memini ex Concilio Bajoarico *lib.* 1. *cap.* 2. Sed ne verbis hic multum disputem, quod dico, optime intelligetur ex eo, quod sequitur:

Copye van de Sententie gewesen in Co. Majts. Secreten Rade beroerende de Proostdye St. Jans t'Utrecht.

Ex tertio Curiæ Memoriali.

Gesien in den secreten Rade des Conincks t'geschil ende different aldaer hangende tusschende den Prooſt van St. Jans *t'Utrecht*, *Suppliant ter eenre, ende den Procureur Generael van Utrecht ter andere syden*, *Synde t'selve different eerst gemoveert ter oorsaecke van eenen Melchior Willems gevangen by den voorsz. Procureur Generael*, *niet jegenstaende t'geleyde hem verleent by den voorsz Proost*, *Welck geleyde die selve Proost versoeckt gerepareert, ende geredintegreert te hebben*, *waer tegens die Procureur Generael sustineert ter contrarien*, *Ter oorsaecke van welcken differente den* 23. *dach van December. int jaer* xvc. *twee ende t'sestich geordonneert is geweest achtervolgende sekere voorgaende Ordonnantie van wylen goeder Memorien die Coninginne van Hongaryen ter dier tyt Regente van dese Nederlanden*, *Aengesien vele diversche geschillen ende differenten hier voormaels geresen ende gemoveert syn tusschen die voorsz. partyen*, *nopende t'recht*, *hoocheyt*, *ende praeminentie gepretendeert by den voorsz Proost*, *dat om die selve differenten ter neder te leggen*, *die voorsz partyen binnen sekeren tyt doen naestkomende in handen van sekere Commissarisen souden overleveren alle heure pretensien ten wedersyden*, *mette verificatien ende justificatien daer toe dienende*, *om by deselve* Com-

Commissarisen voor hem te roepen die voorsz partyen, ende die t'appoincteren, ende t'accorderen int vriendelyck, indient mogelyck ware, redigerende voorts by geschrifte hun gebesoigneerde, om rapport soo van de geaccordeerde poincten als andere gedaen synde op als geordonneert te worden, so nae rechte ende reden bevonden soude werden te behooren, Gesien oock mede t'voorsz gebesoigneerde van den Commissarisen, mitsgaders die poincten ende articulen van accoort by hen geconcipieert, ende t'gene van wegen de voorsz. partyen daer op geseyt is geweest, ende op als wel rypelyck geleth, syne Majesteyt heeft geordonneert, ende ordonneert by desen, dat die voorsz stucken gesonden sullen worden die van synen grooten Rade, alwaer ter cause van gelycke saecken tusschen die voorsz. partyen hier voormaels questie ende geschil gemoveert is geweest, ende noch is hangende ongedecideert, om aldaer te procederen naer die retroacte, indien daer eenige is, in dien niet, andersins so t'behoren sal, Ende niettemin omme middeler tyt alle nieuwe questien ende geschillen te schouwen, ende die voorsz. partyen te reguleren so verre mogelyck is, Syne Majesteyt heeft by maniere van provisie, ende sonder prejudicie van t'recht ende possessie van partyen, mitsgaders van sulcken versoeck als d'een of d'ander geduyrende den voorsz processe sal willen doen, geordonneert, ende ordonneert by desen, t'gene hier na volgt, Eerst dat die voorsz. Proost ende syne Officieren sullen in de Heerlyckheden van Mydrecht, Wilnis, Culsteert, Damen, Sevenhoven, *ende* Achtienhoven, *liggende in den lande van Utrecht hebben, ende exerceren alle jurisdictie, hooge, middele, ende lage in alle saecken so wel criminele als civile, ende genieten, ende ontfangen alle boeten, vruchten, ende prouffyten, daer toe staende, ende behoorende, Dat is te verstaen, dat die Souverainiteyt over die voorsz Heerlyckheden sal competeren ende toebehoren, competeert, ende toebehoort syne Majt als Erffheere van den Lande van Utrecht, Hebbende over sulcks kennisse van de delicten hier na volgende, te weten van saecken spruytende uyt ketteryen, van alle verjaerde delicten ende abuysen by praventie, Ende van andere delicten hier na volgende sal syne Majt competeren alleen die kennisse, te weten van valsche munte, ende t'crimen t'welck heet* læsæ majestatis, *met alle t'gene dat daer aff dependeert, ende daer toe tenderende is, als oproer, commotie met wapenen, oft andere ongeoorloofde versamelinge tegen syne Majt ofte t'lant, item van het klockgeslach totten selven eynde, van infractie van sauvegarde, ende contraventie van Placcaten ende Ordinantien van syne Majt deselve materie concernerende, oft andere gelycke, ofte swaerdere delicten, competerende syne Majt. die confiscatie in deselve saken vallende. Voorts alle poorters ende inwoonders der Stede van Utrecht sullen den ingesetenen*

setenen van de voorsz Heerlickheyt van de Proostdye mogen betrecken in d'eerste instantie voor de cleyne rolle van den Hove van Utrecht, in saken onder die selve cleyne rolle staende, Ende beroerende alle andere, 't sy vreemde ofte ingesetenen van den Lande van Utrecht, ofte van de voorsz. Heerlickheyt van de Proostdye, sullen die ingesetenen vandien in alle saken in d'eerste instantie betrecken voor heuren competenten rechter aldaer, ende niewers elders, ten sy dat by conventie anders besproken ofte overcomen mochte syn, ofte dat by arreste werde geprocedeert, Sal oock het gewysde in allen saecken criminele by den hoogen Gerechte van de Proostdye t'leste syn, ende daer van geen provocatie oft appellatie toegelaten worden maer ter executie gestelt, Des sal niettemin de voorsz Proost voor de condemnatie gratie ofte genade mogen geven in alle delicten, uytgesondert die geen die atroces in rechten genoemt worden, Van sententien gewesen in civile saecken by die leghe bancken van de voorsz Proostdye sal appellatie toegelaten worden, hebbende den appellant keus ende optie, oft hy aen den voorsz Proost, oft zynen Stadthouder ende Leenmannen wil appelleren, ende van daer voorts aen den Hove van Utrecht, oft immediatelyck aen den selven Hove, Welverstaende, dat alle saecken niet excederende drie en dertich Carolus gulden eens gewesen by de voorsz lege bancken ter executie gestelt sullen worden onder suffisante cautie, niet jegenstaende die voorsz appellatie, ende sonder prejudicie van dien, Sal mede den voorsz Proost mogen heffen ende lichten sonder ymants wederseggen alle alsulcke accysen ende imposten, mitsgaders oock die precarie, *so wel ten tyde van syne blyde incompste als in alle schrickel jaren, sonder dat hy sal mogen eenige nieuwe ende ongewoonlycke accysen ofte imposten uyt syn eygen authoriteyt opstellen, Sal oock die voorsz. Proost relieff ende* restitutie in integrum *mogen geven ende verleenen van alle faulten, ende versuymenissen geschiet in judiciele acten als vant verloop ofte versteecken van peremtoire dilayen, fatale tyden, oft andere diergelycke, competerende die concessie ende expeditie van alle andere* relevementen, *niet concernerende t'gene voorsz. is, den voorsz. Hove van Utrecht, Die voorsz. Proost sal mogen gratie ende remissie geven van alle misdaden geen uytgesondert, dan alleene die* atroces *genoempt worden, mits competerende het interinement van dien den voorsz Hove van Utrecht, Sal oock die selve Proost in syne voorsz Heerlickheyt mogen geven vry geleyde voor den tyt van ses weken met continuatie van gelycken tyde sonder meer, Ende dat in alle delicten, t'sy die selve gecommitteert syn binnen de voorsz. Heerlickheyt oft buyten, uytgesondert nochtans alle delicten die* atroces *syn, als voren, Voorts sal die voorsz Proost sonder eenich beleth ter contrarien mogen nemen keuren, breucken, ende mulcten, als een hooge justicier competeert*

peteert van allen excessen inde Prooftdye gebeurt, Hier en boven sal oock Hantvesten ende Ordonnantien mogen maken, ende die geven den ondersaten in de Prooftdye, waer na sy hem sullen weten te rechten, Behoudelyck dat t'selve sy sonder prejudicie van syne Majesteyt, ende van syne placcaten, edicten, ende Ordinantien, Sullen mede den voorsz. Proost competeren die visscheryen, thienden, ende t'veen, ofte ripatica *in rechten genoemt. Gedaen in den voorsz. secreten Rade, gehouden te Brussele, den 20. dach van Octob. int jaer* xv^c. *vier ende t'sestich. Aldus onderteyckent*, Vlierden. *Onderstont.* Gecollationeert *jegens d'originele acte, ende bevonden accorderende, Ende was onderteeckent*, D. de Gouda.

Patet autem vel hinc etiam multum falli, qui putant, quod solus, cui majestas est, possit reo aut gratiam aut spem facere impunitatis. Promittit impunitatem edicto etiam proposito magistratus hujus urbis. Et vulgo etiam quivis, cui merum imperitum. Siquis quærat; Quo jure? Dicendum, eo, quod concessum vel tacite vel expresse. Et quidni magistratus, qui & condit statuta, & habet merum imperium, & qui pœnas in delinquentes in statuta constituit, peccanti pœnas, quas constituit, etiam possit remittere? Non necesse, ut jam disputem de pœna criminis in delinquentem jure gentium constituta. Ne cui majestas quidem eam potest remittere. Et qui posset, si attendas? Nec jus divinum, nec gentium, quod divina dicitur providentia constitutum in *§. 11. Inst. de jur. nat. gent. & civ.* in potestate habet. Gratiam noxio jam factam Ludovicus Galliarum Rex, qui IX. ejus nominis, irritam rursum habuit, cum post gratiam concessam incidisset in *Psalm.* 106. *vers.* 3. *Beati, qui quovis tempore exercent justitiam.* Pet. Fab. 3. *Semest.* 17. *in marg.* Steph. Pasquier 5. *des Recherches de France cap.* 11. Bodin. 1. *de republ. cap.* 10. Et hinc supra diserte : *Des sal niettemin de voorsz Proost voor de condemnatie, gratie, ofte genade mogen geven in alle delicten, uytgesondert die* atroces *in rechten genoemt worden.* & mox : *Sal oock die selve Proost in syn voorsz Heerlickheyt mogen geven vry geleyde &c. uytgesondert nochtans alle delicten die* atroces *syn, als voren.* Quo etiam intuitu edicto Ordinum Hollandiæ 27. Septemb. 1668. sententiis inseri vetitum; *prefererende gratie in plaets van rigeur van justitie.*

Si dicas : Sæpe id tamen fit. Scio, verum est. Fit sæpe. Sed si fiat, si Princeps aut pœnam hanc remittat, aut licentiam alii remittendi det, aut

aut totum id facti est, aut forsan aliud quid concurrit, ut quid si moderatio inculpatæ tutelæ, *l. 3. ff. de just. & jur?* Quid si id de quo loquitur *l. Patri 20. l. maritus 24. pr. l. Si adulterium 38. §. 8. ff. ad l. Iul. de adult. l. auxilium 37. ff. de min?* Et potest multiplex ratio esse. Potest ratio tam prægnans esse, ut Princeps pœnam remittat etiam jam condemnato. Sententia semel dicta non potest mutari scio, *l. 14. ff. de re jud. l. 3. C. de fruct. & lit. exp. l. 2. C. de sent. ex per recit.* Lantrecht *van d'Omlanden part. 2. §. 75.* Porcius Latro 7. *controv. 8. Judex quam tulit tabellam de reo, mutare non potest : quæsitor non mutabit pronuntiationem.* Apulej. 1. *Florid. Proconsulis autem tabella sententia est, quæ semel lecta neque augeri litera, neque autem minui potest, sed utcunque recitata est, ita provinciæ instrumento refertur.* Sed non potest a judice. A Principe tamen potest, qui *dd. ll.* solutus, *arg. l. 31. ff. de legib.* Plin. *lib. 7. epist. 6. Finem cognitioni quæstio imposuit, quæ secundum reos dedit. Postea mater adiit principem: affirmavit se novas probationes invenisse. Præceptum est Serviano, ut vacaret finitam causam retractanti, si quid novi afferret.* Quamvis Princeps etiam passus certis modis potestatem illam olim adstringi. Poterat Princeps Constantinopoli eum etiam, qui ducebatur ad supplicium, eripere. Sed tamen non aliter quam si *Manus* nondum transgressus is. Manus locus Constantinopoli. A manibus æneis, quæ ibi hastis infixæ. Anna Comnena 12. *hist.* Καὶ παραχρῆμα πέμπεται ὁ τοὺς δημίους ἀπείρξων. Καὶ δὴ σπουδάσας προφθάνει τούτους ἔνδοθεν τῶν λεγομένων χειρῶν, ἃς ὁ διαβὰς οὐκ ἔτι ῥύεται τοῦ δεινοῦ. οἱ γὰρ τὰς χαλκᾶς ταύτας χεῖρας βασιλεῖς πήξαντες, ἐπί τινος ὑψηλοτάτης περιωπῆς καὶ μετεώρου λιθίνης ἀψῖδος, τοῦτο κρατῆσαι ἐβούλοντο. ὡς εἰ μέν τις ἐντὸς τούτων γένοιτο, ὃν ὁ νόμος θανάτῳ κατέκρινε, καὶ μεταξὺ τῆς ὁδοῦ φθάσει τὰ τῆς αὐτοκρατορόθεν φιλανθρωπίας, ἐλεύθερος εἶναι τῆς συμφορᾶς &c. *Missus est confestim ministros inhibiturus; qui quidem quanta potuit maxima velocitate præcurrens præoccupavit eas quas vocant* Manus, *locum quem qui semel damnatorum est transgressus nulla jam ratione gratiave supplicio potest eximi. Eo videlicet animo atque instituto ista ex ære simulachra manuum a priscis imperatoribus defixa fuerunt loco late conspicuo, quippe camerata intus e lapide substructione sublimem quasi ad usum speculæ tollente verticem; ut quos neci reos nimirum addiceret lex, iis opitulari clementia Principum valeret, facienda gratia supplicii dumtaxat, quamdiu in eo viæ intervallo adhuc essent, quod ab Augusta domo ad has ma-*

nus

manus patebat. † Codin. *de orig. Constant.* Ἦν δὲ πάλαι ὡρεῖον, ἔνθα νῦν ἵστανται κίονες καὶ ἁψὶς πρὸς τὸν λεγόμενον οἶκον Κρατέρου· ἔνθα ἵστατο καὶ μόδιος χαλκοῦς, καὶ Ὡρεῖον, καὶ δύο χεῖρες χαλκαῖ ἐπὶ ἀκοντίων. *Erat olim Horreum, ubi nunc stant columnæ & arcus ante domum, quæ appellatur Crateri: ibidem collocata erant modius æneus & horologium, & duæ manus æreæ hastis infixæ.*

Jus certe administratur, etiam cum clementia, cum misericordia temperatur, ut Eusebius Emissenus ait in homilia in Natali multorum martyrum ad illud, *Beati misericordes. Omnis qui recte judicat*, ait Gregorius *lib.* 20. *moral. part.* 2. *cap.* 6. verbis etiam relatis in *can.* 10. *dist.* 45. *stateram in manu gestat, in utroque penso justitiam & misericordiam portat, ut justo libramine quædam per æquitatem corrigat, quædam vero per misericordiam indulgeat.* Præclare Cassiodorus 11. *var.* 40. *Quamvis nomen ipsum judicis dicatum esse videatur justitiæ, & totius anni orbitam æquitatis jubeamur ambulare vestigiis; his tamen diebus in domicilium pietatis jure deflectimus, ut ad Redemptorem omnium remissionis itinere pervenire possimus. Ex hac enim virtute suavissimos fructus legimus, & remittendo aliis nobis parcimus.* Monet idem sub persona Theodorici Gotthorum regis *lib.* 1. *var epist.* 46. *Ut nec vindictam sinamus superare peccata, nec culpam insultare sinamus legibus impunitam.* Christi verbis apud Lucam; *Condona illis pater, quia nesciunt, quid agant*, adductum Theodosium, ut Antiochenis ignosceret, Chrysostomus etiam notat. Vid. Grot. *lib.* 2. *de jur. bell. & pac. cap.* 20. *n.* 26.

Sed de pœna inprimis loquor, quæ legibus constituta. Et hæc quæso quin remitti possit, quæ ratio dubitandi? Qui leges tulit, in potestate habet, & possunt rursum ab eo tolli, *d.* §. 11. *l.* 35. *l.* 153. *ff. de reg. jur. l.* 31. *ff. de legib.* Quidni & mitigari? Quidni & prætermitti, & conniventibus oculis, si prægnans adsit ratio, earum vis inhiberi, *l.* 7. C. *de precib. Imp. off. l. pen. ff. de pœn. l. benignius* 19. *ff. de legib*? Et

quidni

† Codin. *d. loc.* Αἱ δὲ χαλκαῖ χεῖρες ἐν τῷ τότε ἄνωθεν [illegible] τοῦ βασιλέως τὸ [illegible] μόδιον [illegible], μὴ ἀρκεῖν δὲ τοῖς ναύταις [illegible], εἰς δὲ ταυτὸν τοῦτο ποιοῦντας ἐν τῷ κατωγαίῳ μοδίῳ τὴν δεξιὰν χεῖρα ἀπετέμνοντο. *Manus æneæ propterea supra modium positæ sunt. Cum Imp. sanxisset, ut modius frumenti cumulate venderetur, & navicularius vetuisset edicto obsistere, uni eorum contra facienti dextra amputata est.* Imo & sinistra, ut diserte idem *supr. p.* 25. *edit. Reg.* [illegible] *Certior factus Imp. utramque illi manum jussit præcidi, easque una cum modio in exemplum publice erigi curavit.*

quidni etiam ab eo, cui Princeps concessit id? Dico concessit. Nam si constat de delicto, & si de pœna quæ a Principe constituta & sancita, a judice, a magistratu, nisi Princeps permittat, hæc remitti non potest, *l.* 1. *§.* 4. *ff. ad Sct. Turpil. l.* 1. *C. de legib.* Imo nec mitigari, si nihil aliud concurrat, *d. l.* 1. Unde & Curiæ Provinciali quandoque ex causa interdictum, ne profugos homicidas vel ad certum tantum tempus in diœcesin admitteret. Jus Principi reservatum.

Ex eodem memoriali

By den Coninck.

Lieve ende getrouwe, Wy hebben ontfangen U. brieff in date den 28. *Mey lestleden geschreven aen onsen seer lieven ende getrouwen den Hooft-President ende luyden van onsen Secreten Rade, roerende die Lantwinninge, volgens de welcke wy geschreven hebben aen die van onsen Rekencamere in Hollant, so ghy sien sult by die Copie hier by gevoucht, waer aff wy U. wel hebben willen adverteren mits desen, in antwoorde van U. voorsz. brieven, op dat ghy soudt weten, wat hier inne gedaen is, Lieve ende getrouwe, onse Heere Godt sy met u. Geschreven in onser Stadt van Brussele, den* XIV. *dach van Jun.* 1569. *ende was onderteekent*, I. vander A. *De superscriptie was, Onse lieve ende getrouwe die Luyden van onsen Rade t'Utrecht.*

Nader Copie nopende die LantWinninge.

By den Coninck.

Lieve ende getrouwe, Wy houden u gedachtich van t'gene, dat wy u onlanx geschreven hebben aengaende die Lantwinninge, ende hebben t'sichtent

type-

typelick geleth op die selve sake, ende op als genomen die behoorlycke deliberatie, hebben wy geraden bevonden, dat ghy u. verdraecht voortaen te gevene of te accorderen eenige Lantwinninge, roerende die homicidien *geschiet in onsen Lande van Utrecht, Soo lange ende totter tyt toe, dat wy anders sullen geordineert hebben, U. ordonnerende ende bevelende daeromme mits dessen U. hier naer te reguleren, Sonder des te syne in gebreke, Lieve ende getrouwe &c.*

Dixi a Principe. A Magistratu si constituta, a magistratu remitti potest, *arg. d. l.* 35. *d. l.* 153. Et nec de eo ullus dubito. Abigei capite puniendi. Generale id edictum. Civilis constitutio etiam. Pœna certa & definita. Potest Princeps remittere eam. Magistratus non potest, *l.* 7. *C. de prec. Imp. offer. §.* 6. *Inst. de jur. nat. gent. & civ. l.* 1. *§.* 4. *ff. ad Sct. Turpil.* Symmach. *lib.* 3. *epist.* 63. *Alia enim est conditio magistratuum, quorum corruptæ videntur esse sententiæ, si sint legibus mitiores : alia Divorum principum potestas, quos decet acrimoniam severi juris inflectere.* Civilis constitutio etiam, quod qui feram, qui leporem venatus capite puniatur, ut olim apud Anglos & apud alios etiam passim. Guill. Malmesburiensis de Guilielmo II. *Venationes quas primo indulserat, adeo prohibuit, ut capitale esset supplicium, prendisse cervum.* Jo. Sarisberiens. *lib.* 1. *de nugis Curial. cap.* 4. *In tantam quidam hujus vanitatis instinctu erupere vesaniam, ut hostes naturæ fierent, conditionis suæ immemores, divini judicii contemptores; dum in vindictam ferarum imaginem Dei exquisitis suppliciis subjugarent. Nec veriti sunt hominem pro bestiola perdere, quem unigenitus Dei redemit sanguine suo.* Potuit Princeps remittere eam. Magistratus non potuit, *d. l.* 1. *§.* 4. Philippus II. Rex in edicto de hæreticis Ann. 1559. *Dat ghy in geender manieren en ontfangt ofte admitteert die excusatie van den genen, die onder dexel van rigeur of strafheyt van de wet oft Ordinantie hem toonen bevreest te procederen tot condemnatie, volgens de voorsz wet oft Ordinantie, ende ter executie van den Penen by de voorsz edicten gestatueert, Gemerckt dat wy U. noch hen oock geen Jugen oft rechteren gestelt oft gedeputeert en hebben, om te jugeren van der wet ende edicten, noch om te verclaren, of die te veel oft te luttel gemodereert oft te straff zyn, maer om punctuelycken te procederen nae de forme van de voorsz edicten te verclaren die penen tegens den genen die daer tegens doen sullen, navolgende t'inhouden van dien, ende de selve doen executeren, Ende behoort U. ende allen anderen genoech te syne om alle verdere scrupulen ende swaricheden te doen cesseren, dat de*

 voorsz

voorsz edicten ende Placeaten gemaeckt syn by den Prince, die macht heeft statuyten te maken, ende so veel te meer, gemerckt dat wylen syn voorsz Keyserl. Maj. daerinne geprocedeert heeft met sulcken rypen deliberatie van Rade als voorsz is. Et verum hactenus, quod Augustinus: *Imperatori,* inquit, *licet revocare sententiam, & reum mortis absolvere, & ipsi ignoscere.* Causam etiam addit: *Quia,* inquit, *non est subjectus legibus, qui habet in potestate leges ferre.*

Impia interim tamen vox Guilielmi Angliæ olim regis, cum quidam capti & accusati, quod feras bestias venati ob inopiam probationum judicio ferri igniti, quod divinum judicium, ut vulgo tum appellabant, probassent se insontes. Vehementer tum stomachatus, ut ait Eadmerus seculi ejus scriptor *lib. 2. hist. novor. Quid est hoc?* inquit, *Deus est justus judex? Pereat qui deinceps hoc crediderit. Quare per hoc & hoc meo judicio amodo respondebitur; Non Dei, quod pro voto cujusque hinc inde plicatur.* Superstitiosus quidem probandi modus & fallax, sed qui vulgo receptus tum. Probabant ferro ignito non tantum se innocentes, sed & alios nocentes. Annal. Fuldens. ad Ann. 858. *Ferro fervente de omnibus, quæ ei objiciebantur criminibus, se ostendit immunem.* Bertold. Constantiens. ad Ann. 1089. *Petrus pia memoria Albanensis episcopus in causa S. Petri ferventissimus, migravit ad Dominum. Hic est ille Petrus, qui Petrum Papiensem, Florentini episcopatus invasorem per judicium ignis simoniacum esse probavit. Unde & deinceps illum sancta ecclesia igneum cognominavit. Nam magnam pyram fiducialiter ingressus absque omni læsione pertransiit, ut & flammæ vestes ejus sursum ventilarent, nec tamen illas, nedum illum, aliquo modo læderent.* Add. Chron. Abbat. Urspergens. *p.* 173. *in fin.* Exploratum eo utrum quis hæreticus nec ne. Asserta in Deum fides & Christiana religio. Certe & ignea chirotheca asseruit eam Poppo. Adam. Bremensis *lib.* 2. *cap.* 26. *Poppo quidam vir sanctus & sapiens, tunc in Sleswicensem ordinatus episcopum de regno Danorum seu pace Christianorum Cæsaris partes expostulavit. Quem etiam ajunt pro assertione Christianitatis, cum Barbari suo more signum quærerent, nihil moratum, sed statim ignitum ferrum manu tulisse & illæsum apparuisse.* Albert. Abbas Stadensis: *Hujus* (Ottonis M.) *temporibus Dani sunt ad fidem per Pop̄ponem quendam conversi, qui ferrum candens & ignitum, in modum chirothecæ formatum, sine læsione portavit. Quod videns Rex Haroldus, abjecta idololatria, cum toto populo ad colendum verum Deum se convertit.* Add. Witichind. *lib.* 3. *hist.* And. Presbyt. *Chron. Bavar. p.*129. Saxon. Grammat. *lib.* 10. Abb. Crantz. *Dania lib.*4.

lib. 4. *cap.* 24. Tentare id quidem Deum, sed cum passim fidem adhiberent tum, ac si cœleste esset ipsius Dei effatum, impie Rex locutus, in cujus potestate, re judicio non permissa, reis vel ignoscere, vel lege in eos agere. *Leges*, inquit Livius, *rem surdam, inexorabilem, salubriorem, melioremque inopi, quam potenti, nihil laxamenti, nec veniæ habere.* Add. Grot. *d. loc. n.* 24.

Solvere eas tantum Princeps potest, & cui Princeps concessit *arg. l.* 5. *§.* 3. *ff. de adm. & per. tut.* ut verbi gratia in diœcesi iis, quos dixi jam. Non necesse, ut quæ singulis diplomata hic adducam. Addam tantum unum, quod est Domini de Langerack. Nam & huic idem jus, quod Præposito, quem dixi. Sed serius concessum.

Ex tertio Curiæ Memoriali

Beroerende de Heerlickheyt van Langerack aen de Zuytsyde van de Lecke gelegen.

Also tusschen wylen Joncheer Wessel van den Boetselaer *Heere van Asperen die saecke opgenomen hebbende voor d'opgesetenen van* Langerack *Impetranten, ende d'Arrementen aengenomen hebbende in plaetse van wylen Joncheer* Rutger van den Boetselaer *in syn leven Heere van Asperen synen vader Impetrant in maniere van* Attentaten, *mitsgaders Joncheer* Rutger van den Boetselaer, *jegenwoordighe Heere van Asperen, als gedaechde voor den Hove van Utrecht ter eenre, ende den Heeren Staten van den Lande van Utrecht, ende den Procureur Generael van den voorsz. Hove van Utrecht gedaechden ende Impetrant respectivelyck ter andere zyden, so voor den secreten Rade van Keyser* Caerl *den vyffden van dien name, als voor desselfs Majesteyts grooten Raede tot Mechelen, ende mede voor den Hove Provinciael van Utrecht diversche differentem ende geschillen hier voormaels verresen ende gemoveert syn geweest, nopende de contributien, recht van Hoocheyt, praeeminentie, ende vryheyt by den voorn. Heere van Asperen ten aensien van* Lan-

Langerack *aen de Zuytsyde van de Riviere van der Lecke gesustineert, Sustincrende de Heeren Staten van Utrecht, dat de voorsz Hoocheyt, ende t'recht van contributie met alle t'geene daer aen cleeft, specterende is aen de Heerlicheyt van den Lande van Utrecht, dat de voornoemde Heeren van Asperen de pretense Heerlicheyt niet en competeert, ende dat sy hun in t'gene voorsz ende in den processe aengetogen is, grootelycks hebben geabuseert, Omme d'voorsz differenten ende vordere moeyten t'assopieren ende aff te wesen, Soo ist dat by d' voornoemde Heeren Staten op sekere requeste aen deselve gepresenteert by Io*r. Gideon van den Boetzelaer, *Soone van den jegenwoordige Heere van Asperen, onvermindert die* litispendentien *desen aengaende voor den voorsz Hove van Utrecht, ende sonder prejudicie van dien sekere Commissarisen gedeputeert syn geweest, Omme parthyen voornoemt te hooren, ende rapport te doen, ende nadien de voorn. Gecommiteerden op beschryvinge heurluyden rapport hadden gedaen, so is nae diversche communicatien daer over gehouden, eyndelick geresolveert ende goet gevonden t'geene hier nae volcht, Eerst dat de Heeren Staten van den Lande van Utrecht in ende tot een onversterffelyck erffleen zullen geven Ioncheer* Gedeon van den Boetzelaer *Heere van Asperen &c. die Hooge jurisdictie van* Langeraeck, *gelegen in den Lande van Utrecht op die Zuydsyde der Riviere vander Lecke, daer die halve Nypoort mede op staet, ende onder begrepen is, ende dat met sekere praeminentien ende privilegien hem in desen mede gegonst, mits dat die Souverainiteyt over die voorsz Heerlicheyt sal blyven by den Heeren Staten voornoemt, ende dat alsulcx die placcaten inden Lande van Utrecht gepubliceert, ende noch te publiceren, mede tot Langeraeck voornoemt sullen werden gepubliceert ende achtervolcht, Dat oock de voornoemde Heeren Staten, ende die vanden Hove Provinciael van Utrecht, kennisse hebben sullen van alle die verjaerde delicten ende abusen by preventie, ende van andere delicten hier naer volgende sal de voornoemde Heeren Staten ende den Hove Provinciael van Utrecht alleene competeren die kennisse, te weten van contributien ende impositien, so reele, als personele, item vant crimen t'welck genaemt wort* læsæ Majestatis, *met alle t'geene daer aff dependeert, ende daer toe dienende is, als oproerte, commotie met wapenen, ofte andere onbehoorlycke versamelingh tegens de Heeren Staten voornoemt, heure Officieren, ofte het Landt, item van het clockgeslach totten selven eynde, van infractie van* Sauvegarde, *ende contraventie van de placcaten ende Ordinantien van den Heeren Staten voornoemt, ofte door haer Ed. bevel aldaer gepubliceert, ofte noch te publiceren, item van valsche munte, ende van alle andere gelycke ofte swaerder delicten, Verclarende dat die confiscatien*

tien ende mulcten daer over vallende den Heere van den Lande van Utrecht hebben te competeren, Dan in regardt van alle andere delicten by desen als vooren niet geexprimeert, sal den voornoemden Joncheer Gedeon van den Boetselaer *in der voorsz qualite, nae syne behoorlycke* investiture *die kennisse ende judicature hebben, ende die boeten, ende* mulcten *daer toe staende genieten, zal oock ten aensien van deselve gratie ende remissie mogen geven, mits dat het* interinement *van dien voor den Hove van Utrecht sal staen te doen binnen den tyt van ses weecken, ende dat anders, ende nae expiratie van den selven tyt, de verleende gratie ende remissie sal expireren, nul ende crachteloos wesen, ende dat den Heere van* Langeraeck *t'selve delict den selven Delinquant niet en sal mogen remitteren, ofte hem daer inne eenige gratie doen, Sal oock den voornoemden Jo*. Gedeon van den Boetselaer *in de voorsz qualite in* Langeraeck *voornoemt mogen geven vry geleyde voor den tyt van ses weken, met continuatie van gelycken tyde sonder meer, ende dat in alle delicten t'synre kennisse staende als vooren, t'sy deselve gecommitteert syn binnen de voorsz. Heerlickheyt van* Langeraeck, *ofte daer buyten, ende aengaende die penen, boeten, breucken, ende mulcten, vallende over delicten, ende andere mesusen, die tot kennisse van den voornoemden Jo*. Gedeon van den Boetselaer, *ende syn nacomelingen sullen comen te staen, daerinne salmen achtervolgen ende onderhouden t'geene de Heeren Staten van den Lande van Utrecht gestatueert hebben, ende noch voorts sullen comen te statueren, sonder dat den voornoemden Joncheer ofte syne nacomelingen alle sodanige penen, boeten, breucken, ofte mulcten sal ofte sullen mogen verhoogen ofte veranderen in eeniger manieren, ende in cas van different, sal die moderatie, alteratie, ende verclaringe over de questieuse duysterheyt, ende oock by gebreecke van d'expressie van deselve penen, boeten, breucken, ende mulcten altyts staen by de Staten voornoemt, ofte haere Ed. Ordinaris Gedeputeerden, daer nae parthyen hem sullen hebben te reguleren, Op alle welcke voorwaerden ende conditien den voornoemden Joncheer* Gedeon van den Boetselaer *de voorsz Hooge Jurisdictie van* Langeraeck *aen de Zuytsyde der Lecke van den Heere van den Lande van Utrecht tot een onversterflyck erfleen sal ontfangen, ende aen den Heeren Staten voornoemt doen hulde, manschap, ende eedt van getrouwicheyt, ende sulcx als een goet vasall ende Stichts Leenman gehouden ende schuldich is te doen, nemende daer over behoorlycke brieven van* Investiture, *ende gevende voor 't* Heergewaede *een schoonen Salm, ende voorts betalende sulcx alsmen in 't verheffen van een Stichts leen gewoon is te doen, Ende voor so veel concerneert die vordere ende oock civile saken, daerinne sullen in den Gerechte van*

Langeraeck *over all mede werden geobserveert die placcaten ende Ordinantien der Heeren Staten voornoemt over die platte landen van de Provintie van Utrecht gestatueert, ende gepubliceert, ende noch te statueren, ende te publiceren, sonder dat den voornoemden Joncheer* Gedeon van den Boetselaer, *ofte zyne nacomelingen eenichsints geoorloft sal syn eenige Statuyten ofte Hantvesten aldaer te maecken, ofte te doen invoeren buyten voorgaende expres ende schriftelyck consent van de Heeren Staten voornoemt, Ende hebben de selve Heeren Staten omme sekere consideratien goet gevonden t'accorderen, ende te ordineren, als sy accorderen mits desen, dat alle Vonnissen by den legen Gerechte van* Langeraeck *gewesen, met excederende drie ende dertich ponden van* XL. *grooten Vlaems t'pont eens, by provisie ter executie sullen worden gestelt onder suffisante cautie niet jegenstaende eenige appellatie ofte provocatie, die aen den Hove Provinciael van Utrecht sal mogen wesen geinterponeert, ende sonder prejudicie van deselve, Des sullen hier mede getransigeert, doot, ende te niet gedaen wesen alle de voorsz processen, questien, ende geschillen, soo in den secreten als grooten Rade tot Mechelen, ende mede voor den Hove van Utrecht als voren gemoveert, met compensatie van costen, ende sal tot dien eynde den voornoemden Joncheer* Gedeon van den Boetselaer, *als procuratie ende cessie hebbende van Joncheer* Rutger van den Boetselaer *Heere van Asperen synen vader gehouden wesen voor het voltrecken van dese acte aen de Heeren Staten van Utrecht, ofte haere Ed. Gedeputeerden, ende tot heuren behoeve over te geven alle syne oude brieven, Handvesten, attestatien, informatien, ende die Copyen van dien, mitsgaders van syne saken, stucken, ende pampieren, tot de voorsz saecken ende processen dienende in eeniger wyse, sonder de selve ofte eenige van dien te reserveren, ende daer van mitsgaders van alle syne pretensien in desen, ten behoeve als voren te renuncieren, als hy oock renunchieert by desen, Welverstaende dat den voornoemden Joncheer* Gedeon van den Boetselaer *(onvermindert d'voorsz renunciatie, ende sonder prejudicie van de selve) gerestitueert sullen worden die oude brieven, ende munimenten, concernerende t'geslachte ende antiquiteyt van syn familie, ende die deductie van de affcompste van dien, blyvende de copyen van deselve brieven ende munimenten onder den Heeren Staten voornoemt, Ende dit alles behoudelicken den selven Heeren Staten der Provincie van Utrecht, ende eenen ygelicken syns rechts, Ende off t'eeniger tyt gebeurden, dat tusschen partyen voornoemt over ofte ter oorsaecke van desen contracte enich misverstant verrese, daer van sal die decisie staen aen den Hove Provintiael van Utrecht, Aldus gedaen t'Utrecht den* XIV. *Junii, Ann.* XV^c^. *negen en t'negentich. Onder*

der stont. Ter ordonnantie van myn voorn. Heeren die Staten, ende was onderteyckent, G. de Ledenberch, *ende noch onderteyckent*, G. V. Boetselaer V. Asperen, *Heere tot* Langeraeck.

Quod autem dixi, quod jus gladii mandari jam possit, non necesse, ut miremur. Dari etiam in feudum potest, ut diserte in verbis supra, *tot een onversterfflyck erffleen.* Etiam alteri mandari iterum, modo mandans non dissentiat, a mandatario jam potest. Præposito S. Johannis, ut jam dixi, jus gladii. Concessum charta ni fallor, Conradi Episcopi Ann. MLXXXV. Sed concessum si attendas non soli Præposito. Ecclesiæ etiam concessum. Etiam ipsi Capitulo. Capitulum per Præpositum, quod concessum exercet. Verba chartæ id ostendunt. Vidit David Burgundus, & confirmavit, ut sequitur:

DAVID DE BURGUNDIA Dei & Apostolicæ sedis gratia episcopus Trajectensis, Universis & singulis præsentes nostras literas visuris & audituris notificamus per præsentes. Quod nos sub Anno domini millesimo quadringentesimo sexagesimo primo primo die mensis Julii in domo habitationis Venerabilis & circumspecti domini Johannis Milith Canonici nostræ ecclesiæ Trajectensis ac Vicarii nostri generalis literas quondam domini Conradi *Episcopi Trajectensis nostri prædecessoris non abrasas, non abolitas, non cancellatas, non vitiatas, nec in aliqua sui parte suspectas, sed prorsus omni vitio ac suspicione carentes sigillo ejusdem domini Conradi sigillatas, vidimus hujusmodi sub tenore*, IN NOMINE PATRIS, ET FILII, ET *SPIRITUS SANCTI*, *Cognoscant fideles tam futuri quam præsentes, quod* Anselmus *Præpositus & reliqui fratres ecclesiæ beati Johannis Baptistæ in Trajecto constitutæ mihi Conrado ejusdem loci Episcopo Theloneum in* Smithuysen, *duos quoque mansos cum quinque mancipiis, silvam etiam quam* forest *vulgo nuncupant in loco* Wanbeke *nominato cum omnibus appendiciis dederunt. Pro istis autem dedi eis ecclesiam in* Fronakre *cum tribus appendiciis Capellis liberam a circatu, a censu, a denariis, quos oblationes vocant, & terram palustrem in* Everikestorpe *tantæ latitudinis superius, quanta erat terra eorum inferius in longitudine pertingente usque ad* Trentschoten *& sursum, prout secundum positionem locorum saltus hos habuerit oppositos, Silvam quoque, quam vulgari nomine vocant* Quadraginta huvos. *Terram palustrem in* Mydrech *dedi eis hujus discretæ longitudinis, ut ex uno latere ipsi*



Diploma etiam ipsum Conradi adhuc extat. Et vidi in Archivis egregie exaratum, sigillo appendente, quod formam corporis continebat, sed quod carie jam exesum. Buchelius etiam ad Hedam habet, sed multis locis corruptum, ut cuivis cum hoc id comparanti patebit.

Præpositus, qui Capitulo, qui ecclesiæ præfectus, sed qui invito Capitulo non multum tamen potest arctissime ei vinculis juramenti adstrictus. Operæ erit pretium, ut quo res magis in aperto sit, ex Archivis ecclesiæ, quod juratum, adjungam. Nam non simplex juramentum est, sed varium & triplex: Sic in veteri MS.

Juramentum Præpositi nostri.

Ego N. Præpositus ecclesiæ sancti Johannis Trajectensis juro per hæc sancta Dei evangelia, quæ manu mea tango. Quod jura ecclesiæ meæ sancti Johannis & libertatem ipsius pro posse meo conservabo. Honestas consuetudines hactenus observatas observabo. Capitulo meo prebendas Canonicorum & aliorum officiatorum, & alia, ad quæ ipsi Capitulo ac Canonicis & officiatis prædictis teneor,

neor, temporibus debitis sine diminutione sive protractione ministrabo. Vocatus ad Capitulum a Decano meo seu Capitulo veniam, nisi prepeditus fuero legitima prapeditione. Bona ecclesia mea nunc habita & in posterum habenda non alienabo. Alienata pro posse meo recuperabo. In incorporationem Prapositura mea nullum consensum dedi, neque dabo. Temporales jurisdictiones nemini in pactum concedam, nec alienabo sine consilio & consensu Decani & Capituli mei, nec ibidem judicem dampnosum ecclesia mea constituam. Decanum & Capitulum & bona Capituli in jure suo pro posse meo conservabo. Vasallos & ministeriales liberos non dimittam. Bona Prapositura de novo non infeodabo. Munitiones in bonis Prapositura aut Capituli sine consensu Capituli non adificabo. Bona ad Capitulum spectantia michi non usurpabo. Et omnia pradicta firmiter & fideliter observabo. Sic me deus adjuvet & omnes sancti ejus.

Secundum ejus juramentum præstandum sub sigillo.

Nos N. Præpositus *ecclesia sancti Johannis Trajectensis promisimus & promittimus bona fide, Dominis, Capitulo, Ecclesia sancti Johannis pradicta, Quod nos deinceps in antea ratione nostra* Præposituræ sancti Johannis *ministrabimus, trademus, & solvemus annuatim dictis Dominis, Capitulo, seu eorum pistori ipsorum nomine recipienti centum & octuaginta modios tritici, ducentos & viginti modios siliginis, septingentos & viginti modios havena, claustrales, & majoris mensura Trajectensis, Et quod trademus & solvemus annuatim dictis Dominis, Capitulo, nonaginta octo libras, undecim solidos, & octo denarios fortis & antiqua moneta, videlicet talis moneta, cujus unus grossus regius* Turonensis *pro uno solido, & decem tales grossi pro uno floreno de Florentia computantur, seu ad dicta fortis moneta antiqua astimationem. Item promisimus & promittimus bona fide eisdem Dominis, Capitulo, annuatim dare & solvere ratione memoriarum quondam* Wilhelmi *&* Florentii *Comitum Hollandia viginti libras moneta supradicta, pro quibus viginti libris solvemus unam marcham argenti ex pacto. Item promisimus & promittimus bona fide dictis Dominis, Capitulo, annuatim tradere & solvere pro scholaribus dicta ecclesia in Cena Domini unum maldrum tritici mensura Trajectensis, & tres urnas cervisia, vel pecuniam aquivalentem pro eisdem, & pro singulis*

singulis Canonicis & aliis ministris ipsius ecclesiæ nuces, poma, & alios fructus, in scutellis novis & decentibus, & annuatim pro Canonicis ejusdem ecclesiæ in die beati Sixti; *prunella, cerasa, & alios fructus novos & maturos vulgariter dictos* Anse *in sporta & in vase pulchro, secundum morem & consuetudinem ecclesiæ prælibatæ. Item promisimus & promittimus bona fide dictis Dominis, Capitulo, in & super eorum jurisdictionibus & bonis quibuscunque, quæ ad dictos Dominos pertinuerunt & pertinent, seu quas & quæ ad eosdem Dominos Præpositi antecessores nostri pertinuisse & pertinere recognoverunt tacite vel expresse, Nec non in & super dictorum Dominorum & Capituli consuetudinibus, observantiis, privilegiis, & juribus dudum contra* D. Petrum van de Velde *prædecessorem nostrum super administratione bladorum, pecuniarum, & aliarum rerum in Romana Curia obtentis, & præmissorum occasione nequaquam imposterum præfatis Dominis, Capitulo, aliquam litem movere, vel aliquas molestationes, seu vexationes, aut dampna, vel impedimenta quæcunque per nos vel per alium seu alios facere, aut quomodolibet procurare, sed potius volumus, & eisdem Dominis, Capitulo, bona fide promittimus, ut ipsi hujusmodi eorum jurisdictionibus, & bonis, ac consuetudinibus, observantiis, privilegiis, & juribus, & sententiis antedictis libere, & pacifice, & quiete, uti frui & gaudere valeant, in his præfatis Dominis auxilio & consilio assistere, & ad hoc consilium & auxilium præstare, omnibus viis & modis quibus melius possumus & valemus. Et præmissa omnia & singula, quæ & prout in prætactis sententiis continentur, nos bona fide & legitima stipulatione interveniente, & nostro juramento corporali præstito, tactis per nos sacrosanctis Dei evangeliis in Altari summo ecclesiæ sancti Johannis prædictæ promisimus, & his præsentibus promittimus præfatis Dominis, Capitulo, realiter & cum effectu tenere, facere, & adimplere, ac inviolabiliter & fideliter observare, Salvo quod si aliqua sint in dictis sententiis expressa, quæ per obitum dicti* Domini Petri *prædecessoris nostri exspirassent, in illis non erimus obligati, dolo & fraude exclusis in præmissis & quolibet præmissorum, Renunciantes insuper omni exceptioni doli, metus, fraudis, læsionis, ac petitionis restitutionis in integrum, fori & loci privilegio, ac omnibus & singulis exceptionibus, defensionibus, allegationibus, & auxiliis quibuscunque, quibus contra præmissa quæcunque possemus nos ipsos quomodolibet defendere vel juvare. Sic nos Deus adjuvet, & omnes sancti ejus.*

Juramen-

Juramentum Præpositi de Castro sive fortalitio in Midrecht.

WI N. BI DER GENADEN GOIDS PROEFST *der Kercken t'finte Johanne t'Utrecht, maken kenlic allen luden, dat wy in onsen ghemenen Capittel, daer wy Capittelick saten ende vergadert waren in onsen Capittelhuse geloeft hebben, loven, ende sekeren bi onser truwen, eren, ende zekerheyt, ende hebben onse hant* † *op onse borst geleit, ende lieflic ten heilighen ghezwooren, ende gheloeft aen hande ons eerbare des Dekens ende Capittels onser kercken* t'finte Johanne *voersz alse dat wy tot geenre tyt op onsen huse tot* Midrecht *onsen Casteleyn aldaer versetten en sellen voer die tyt, dat die ander Casteleyn die dair op comen sel, mit sinen besegelden brieven geloeft heeft, dat hy onse huys voirsz niet versetten noch versellen en sel, nochte geenrehande commer noch scoude dair op maken noch tot geenre tyt van onsen voirseiden kercken ende Capittel ontferren, vervreemden, noch veranderen en sel in gheenre wys, ten si bi wille, toedoen, ende consente van ons ende ons Dekens ende gemene Capittels onser kercken voirsz. T'welc wy in alre manieren voirsz mede ghelovet hebben volcomelick ende onverbrekelike te houden, ende des tot enen orconde hebben wy onsen zeghel aen desen brief doen hanghen, Ghegeven in't jaer ons Heeren &c.*

Nec tamen per se quod concessum exercet. Exercet etiam per Castellanum, per Vicarium &c. sed sacramento etiam adactum in verba Capituli. Juramentum hujusmodi est.

Juramentum Castellani in Midrecht.

Allen den ghenen die desen brieff zellen sien of horen lesen doe ic verstaen N. dat ic gheloeft ende ghesekert hebbe, love ende zekere bi mynre truwen, eren, ende zekerheyt, ende hebbe myn hant op desen brieff gheleit, ende lieflike

† Sic solent clerici Mornac. ad *l.* 15. *ff. de jurej.*

like ten heilighen ghesworen, mit hande, mit monde, mit opgerechten vyngeren, ende mit gestaefden Ede aen handen der Eerbaren, des Proessts, Dekens, ende Capittels der kereken tot sinte Johan t'Utrecht, alse dat ic hoir huys tot Midrecht mit allen sinen toebehoren truwelike houden ende bewaren sel, alse een goet Casteleyn *sculdich is te doen. Ende ic noch myn erfnamen gebrake myns en sellen dit voirsz. huys mit sinen toebehooren niet rumen, noch nyemant overleveren, ten si bi wille ende consent des Proessts, Dekens, ende Capittels voerscreven, Ende waer dat zake, dat die Proesst voirsz tot emiger tyt afiirich worde, of den Proesstien weerloes worde, soe en sel ic dat voerseide huys nyet rumen, noch nyemant overleveren dan den Deken ende Capittel voirsz. tot behoef des Proessts die toecomendē wair in der tyt, ende oeck Dekens ende Capittels, Ende wairt dat ic tot enigher tyt van den voerseyden Casteleynschap ontset worde, ende dair af varen soude, soe en sel ic sulcx niet weygeren overmits enighe sculde, actie, ofte toeseggen ic pretenderen mochte tegens Proesst, Deken, ofte Capittel van t'sint Ians t'Utrecht, noch om geenrehande saecken my hier in te soecken, offte vertreck dair op te maken, ende sal ic oock dit voirsz huys niet rumen noch ofvaren, eer dat die ander* Casteleyn, *die na mi dair op wesen sel, eerst gheloeft, ghesekert, ende ghesworen heeft, ende syn opene brieff den Eerbaren den Proesst, den Deken, ende den Capittel voirscreven dair op gegeven heeft, inhoudende in allen manieren, alse dese selve brief inhout, ende begrepen heeft sonder argelist. In kennisse der waerheit so heb ic N. minen Zeghel aen desen brief ghehangen. Ghegeven in't jair ons Heeren &c.*

Quod autem idem Præpositus triplex præstitit juramentum, non necesse est, ut miretur quis. Imo quadruplex præstitit. Triplex in continenti. De quo nequis deinceps dubitet, quod in promtu est, addam.

IN NOMINE DOMINI AMEN. Per hoc præsens publicum instrumentum cunctis pateat evidenter & sit notum. Quod anno a Nativitate ejusdem Domini millesimo quingentesimo trigesimo quinto, Indictione nona, hora prima vel quasi, Pontificatus sanctissimi in Christo patris & Domini nostri, Domini Pauli *divina providentia Papa tertii anno secundo, in Reverendorum Venerabiliumque ac Spectatorum virorum, Dominorum* Thomæ de Nykerken *Decani*, Bartholomei Knyff, Jacobi de Lichtenberch, Wilhelmi de Datinck, Stephani de Rumelaer, Arnoldi Knoop, Iohannis ex Insulis, Iacobi de Medenblick, Gerardi Comans, Theodori Goyen, Adriani Bevelant, Wilhelmi Burchgraeff, Conrardi ten Geyne, & Cornelii Palinck,

linck, *Canonicorum Capitularium ecclesiæ* sancti Iohannis *Trajectensis, Capitulum ejusdem ecclesiæ facientium & repræsentantium, Capitulo ad infrascripta fieri videndum & audiendum specialiter indicto, meique Notarii publici & testium infra scriptorum ad hoc specialiter rocatorum & rogatorum præsentia personaliter constitutus Reverendus Vir & Dominus, Dominus* Albertus Pighius *Præpositus & Archidiaconus ecclesiæ sancti Iohannis prædictæ principaliter pro se ipso, non vi, metu, dolo, fraude, aut aliqua alia sinistra machinatione pertractus seu seductus, sed ex spontanea & libera sua voluntate, ac animo (ut apparuit) bene deliberato, palam, publice, & expresse, tactis per eum corporaliter Euangeliis sacrosanctis, dextraque manu ad pectus suum posita, de statutis & consuetudinibus prædictæ ecclesiæ observandis solenne præstitit juramentum sub hac verborum forma, EGO ALBERTUS PIGHIUS Præpositus ecclesiæ sancti Iohannis Trajectensis juro per hæc sancta Dei Euangelia, quæ manu mea tango, quod jura Ecclesiæ meæ sancti Iohannis & libertatem ipsius pro posse meo conservabo, honestas consuetudines hactenus observatas observabo, Capitulo meo prabendas Canonicorum & aliorum officiatorum &c.* ut supra. *Et deinde præmemoratus Reverendus Dominus, Dominus* Albertus Pighius *Præpositus, prædictam domum Capitularem exiens una cum Venerabilibus Dominis Decano & Capitulo præfatis chorum antedictæ ecclesiæ adiit, atque eundem intravit, & ibidem in sinistra parte summi altaris, qua Euangelium cani solet, constitutus, tactis per eum Euangeliis sacrosanctis manuque dextra ad pectus suum posita de observando concordiam dudum inter recolendæ memoriæ Dominum* Johannem Nys *Reverendum Præpositum suum prædecessorem pro se suisque successoribus pro tempore, & Dominos Decanum & Capitulum ecclesiæ prædictæ conceptam, initam, atque factam in præsentia Dominorum Decani & Capituli præfatorum, ac testium infra scriptorum, aliorumque multorum fide dignorum dominorum, & virorum ibidem astantium, & id fieri videntium & audientium, sequens præstitit juramentum per me Notarium infra scriptum Apostolica auctoritate, qua fungebar in hac parte, vice & nomine dictorum Dominorum Decani & Capituli solenniter receptum hujusmodi sub tenore, EGO ALBERTUS PIGHIUS Præpositus & Archidiaconus ecclesiæ sancti Johannis Trajectensis, juro ad hæc sancta Dei Euangelia, quæ manu mea tango, quod concordiam olim inter Venerabiles & egregios viros ac Dominos Præpositum pro se, & in dicta Præpositura* Præpositos *successores suos ex una, ac Decanum & Capitulum supradictæ ecclesiæ sancti Johannis Trajectensis ex altera partibus, conceptam, factam, initam, amplexatam, Apostolica auctoritate approbatam, in omnibus, per omnia, ac omnia & singula in literis, instrumentis, & processibus desuper editis, & fulminatis, narrata, descri-*

descripta, & contenta, quam, quas, quos, & quæ hic pro expressis habeo, & haberi ac teneri volo, quamdiu Præpositus *hujus ecclesiæ existo, & permaneo, integraliter & sine diminutione servabo & adimplebo, ac servanda & adimplenda sub sigillo meo proprio confirmabo, & ratificabo, ac nullo unquam tempore contra venire juro & promitto. Sic me Deus adjuvet & omnes sancti ejus.* AC MOX ET *in continenti supradictus Dominus* Albertus Pighius *Præpositus una cum dictis Dominis Decano & Capitulo ex supradicto choro ad domum Capitularem rediens coram eisdem Dominis tertium in vulgari præstiti juramentum in modum subsequentem : WY AELBERT by der genaden Goeds* Proest *der kercke t'sint Ians t'Utrecht, maken kenlick allen luyden, dat wy in onsen gemeenen Capittel, daer wy* Capittulaerlyck *saten ende vergadert waren in onsen Capittelhuyse, gheloefst hebben, loven ende sweren by onser trouwen, &c.* ut supra. *De & super quibus omnibus & singulis præmissis Venerabiles Domini Decanus & Capitulum præfatum petiverunt sibi a me Notario publico & infra scripto unum vel plura publicum seu publica fieri, confici, atque tradi instrumentum & instrumenta, atque ad majorem omnium & singulorum præmissorum substistentiam & roboris firmitatem eadem instrumenta ipsius Reverendi patris & Domini* Alberti Pighii *Præpositi & Archidiaconi prædicti sigilli appensione confirmari. Acta fuerunt hæc Trajecti in locis respective supradictis, Sub anno, indictione, die, mense, hora, & Pontificatu supra scriptis, præsentibus utrobique Venerabilibus & circumspectis viris, Dominis* Adriano de Renesse *majoris &* Arnoldo Buyser *sancti Salvatoris ecclesiarum Trajectensium Canonicis & scolasticis, testibus ad præmissa vocatis specialiter atque rogatis.*

Ego Jacobus de Nova porta *clericus Trajectensis diœcesis, sacra Apostolica auctoritate* Notarius, *Venerabiliumque dominorum Decani & Capituli præfatorum Scriba juratus, quia præmissis omnibus & singulis dum sic uti præmittitur fierent atque agerentur una cum prænominatis testibus præsens interfui, ideo hoc præsens publicum instrumentum manu mea propria fideliter scriptum exinde confeci, subscripsi, & publicavi,*

blicavi, & in hanc publicam formam redegi, signoque & nomine meo solitis & consuetis una cum præfati Reverendi patris & Domini, Domini Alberti Pighii *Præpositi sigilli appensione communitum signavi, In fidem, robur, & testimonium omnium & singulorum præmissorum, &c.*

Verba tamen chartæ Conradi episcopi (quod fateri necesse est) cum nonnihil ambigua, liti sæpe & controversiæ præbuerunt materiam, Capitulo præpositum, quamvis contra se opponentem, considerante ut mandatarium. Et diu tracta contentio. Sed transactio tandem facta, & sopita omni lite nactus vi transactionis Præpositus jus gladii absolute & indistincte. Instrumentum, quod ineditum, & in promtu est, addam:

IN NOMINE SANCTÆ ET INDIVIDUÆ TRINITATIS AMEN. Cum explorata fidei decrevit antiquitas gestarum rerum seriem in publica monumenta conferre, ne præteritorum edax consumat oblivio, sed semper inconcussa permaneat probatio veritatis, Noverint ergo universi præsentium tenores inspecturi, Quod quia lites contentiosæ atque dissensiones pridem subortæ fuerunt per & inter Venerabiles Dominos Præpositum pro temporibus retroactis ex una, atque Decanum & Capitulum ecclesiæ sancti Johannis Trajectensis de & super nonnullis bonis, redditibus, atque proventibus ipsis utrimque spectantibus & illorum occasione partibus ex altera, & prout verisimiliter præsumi posset, amplius suboriri possent in futurum, Nos igitur Johannes Nys de Borslalia *ecclesiæ sancti Johannis modernus* Præpositus *&* Archidiaconus, *nec non* Johannes de Vyanen de Jaersvelt *Decanus*, Gherardus Groot, Johannes Wy, Iohannes Voghet, Henricus Trinde, Iacobus de Driebergen, Matthias de Bredenrode, Fredericus de Voerde, Iohannes Heymerick, Theotardus Spronck, Iohannes de Drakenburch, Arnoldus de Apcouda, Iohannes de Amerongen, *&* Anthonius Ludovici, *omnes Canonici Capitulares jam dictæ ecclesiæ sancti Johannis Trajectensis in nostro loco Capitulari solito Capitulariter congregati Capitulumque ejusdem ecclesiæ nostræ tam nostro quam etiam multorum aliorum Concanonicorum licet absentium nominibus inibi repræsentantes, illo quoque Capitulo ad infra scripta peragenda de mandato præfati Domini Decani specialiter indicto, certis rationabilibus causis animos nostros ad hoc moventibus maxime ad præcavendum & evitandum tales & consimiles lites & dissensiones futuras utrique nostrum partium præscriptarum*

ptarum noxias atque molestas potissime super anniversaria hactenus per præfatum Dominum Præpositum pro tempore ex bonis antedictæ Præpositurae annis singulis debita & persolvi solita nobis antedictis Decano & Capitulo in certis fructibus, redditibus & proventibus, centum videlicet & octuaginta modiorum tritici, ducentorum & viginti modiorum siliginis, sexingentorum & viginti modiorum havenæ, nonaginta octo librarum, undecim solidorum & octo denariorum, grosso Turonensi regio pro uno solido, atque decem talibus grossis pro floreno de Florentia computatis, nec non etiam unius marchæ argenteæ pro memoriis quondam Wilhelmi & Florentii Comitum Hollandiæ annue celebrandis una cum certis aliis fructibus certis annuis temporibus similiter ministrari solitis, prout hæc in juramento per Præpositum pro tempore dictæ ecclesiæ nostræ in sui admissionem præstari soliti latius specificata habentur, Etiam ex & pro eo, quia plures fructus, redditus, & proventus ejusdem Præposituræ, qui alias satis opulenti & fructuosi fuerunt, jamque proh dolor propter aquarum inundationes ac alios sinistros eventus plerumque diminuti & attenuati existunt, & verisimiliter in posterum durius & diminui porro amplius verentur, Cupientes propterea & affectuose desiderantes pacem & tranquillitatem inter nos confovere, utilitatibus atque commoditatibus tam Præposituræ quam Capituli nostrorum præscriptorum diligentius quo possumus modo providere, prospectis quoque ac mature præmeditatis temporibus, ac aliis, merito & in charta supra & infrascripta attendendis, Sane & nostrum omnium suprascriptorum communi voluntate, consilio pariter & deliberatione tam pro nobis quam successoribus nostris pro hujuscemodi dissensionibus, litibus, & controversiis præcavendis unanimiter ad hanc devenimus ordinationem & concordiam perpetuis futuris temporibus inviolabiliter observandam, conclusimus & appunctuavimus modo subsequenti, tali videlicet, Quod nos Decanus pro tempore & Capitulum antedictæ nostræ ecclesiæ sancti Iohannis Trajectensis loco subministrationis omnium bonorum supra designatorum & per præfatum Dominum Præpositum nostræ ecclesiæ nobis Decano & Capitulo ut præfertur pro tempore administrationis solutorum ultra bona ad Capitulum nostrum spectantia habebimus & percipiemus cum effectu ex bonis & redditibus antedictæ Præposituræ ea, quæ sequuntur. Primo videlicet quadringentos & quinquaginta modios havenæ, quos Consules civitatis Trajectensis ex pacto de & ex bonis dictis uten Enghe upt Hogelant cum suis pertinentiis annue solvere tenentur, ac sex modios havenæ, quos actu Nicolaus Iohannis civis Trajectensis solvit ex decimis sitis in Achtienhoven infra flumen Vecht & antiquam viam, & quas a Præposito nostro in feudum tenet una cum duabus marchis & quinque loot argenti, quas Carthusienses juxta eandem Civitatem Tra-

 jectensem

jectensem solvere consueverunt ex bonis nostræ Præposituræ, *qua ipsi* Carthusienses *ad præsens obtinent in emphyteusim. Similiter adhuc nos iidem Domini* Decanus *&* Capitulum *percipiemus & levabimus omnia & singula bona in* Vutsa *cum suis pertinentiis, item ultra illa adhuc viginti scuta Franciæ ex certis mansis terræ in* Vriconden *ad nostram* Præposituram *pertinentes, quos dudum heredes Dñi* de Rysenburch *coluerunt, jamque colit* Johannes de Attevelt, *item adhuc duas marchas & duo* loot *argenti ex certis mansis terræ sitis in parochia de* Zeyst, *quos jam dicti heredes similiter colunt de præsenti. Item etiam duodecim scuta Franciæ & undecim capones ex quodam manso terræ sito in parochia* de Houten, *quem actu colit Relicta quondam* Splinteri de Rossem, *Item quinque scuta quondam Ducis Philippi solvenda ex quatuor jugeribus terrarum cum medio sitarum in* Lopick, *quos actu colunt heredes quondam* Huberti Peregrini, *Item adhuc decem & septem scuta Franciæ cum medio, & decem & octo capones, ex quodam manso terræ sito in* Maerseveen, *quem actu colit* Gysbertus Pauli, *Item sex similia scuta Franciæ & sex pullos ex quodam medio manso terræ sito in* Maerseveen, *quem actu colit* Iohannes Lutert, *Item tria alia scuta Franciæ & quatuor pullos de medio manso terræ* op Maerseveen, *quem actu colit* Albertus Petri Crokenssen, *Item etiam adhuc duo scuta Franciæ & sex anates ex sex jugeribus terrarum cum una area sitarum in* Spengen, *quarum una ad* Præpositum *pro tempore, reliquarum vero medietates ad* Capitulum *nostrum pertinent, quæ actu colit* Theodoricus Rodolphi, *Item adhuc tria alia scuta Franciæ & sex anates ex undecim jugeribus terrarum sitis in* Spengen, *quæ similiter pro una ad* Præpositum *pro tempore, ac pro reliqua medietatibus ad idem Capitulum nostrum pertinere dinoscuntur, & quos actu colit* Albertus Clementius, *Item ultra præmissa omnia sic præconsignata bona Nos* Iohannes Nys *modernus Præpositus præfatus nostrique successores ejusdem Præposituræ pro tempore Præpositi adhuc in supplementum dictæ subministrationis, ut præfertur, debitæ realiter annuatim & perpetuo solvemus præfatis Dominis Decano pro tempore & Capitulo sæpe dictæ Ecclesiæ* sancti Iohannis Trajectensis *summam sive valorem ducentorum florenorum Renensium aureorum electorum Imperii, saltem in quatuor terminis quorumlibet annorum, scilicet in Purificatione beatæ Mariæ virginis pro primo quinquaginta, in Paschate in secundo totidem, in Nativitate sancti Johannis Baptistæ pro tertio etiam totidem, reliquos vero quinquaginta florenos similes in sancti Remigii Confessoris festo pro quarto & ultimo, terminis dictorum quatuor terminorum aut saltem infra proximam quindenam post quemlibet eorundem terminorum absque contradictione, aut excusatione, seu cujuscunque alterius impedimenti aut*

sinistri

finistri eventus allegatione sic efficaciter persolvendos, hac conditione adjecta, quod si nos aut aliquem successorem nostrum Præpositum dictæ ecclesiæ pro tempore existentem in solutione ducentorum florenorum Renensium hujusmodi morosum in supra expressis terminis aut illorum altero negligentem seu remissum fore contigerit, eo casu licebit ipsis Dominis Decano & Capitulo sub oneribus, sumptibus, & expensis ejusdem Præpositi pro tempore recipere aut recuperare eandem totam summam ex promptioribus bonis dictæ nostræ Præpositure absque aliquo ulteriori processu inde habendo: per quas quidem ordinationem & bonorum assignationem sic ut præmittitur proxime factas nos Decanus & Capitulum dictæ ecclesiæ sancti Johannis Trajectensis *dictum Dominum* Johannem Nys *modernum Præpositum successoresque suos pro tempore dictæ nostræ ecclesiæ Præpositos a priori administratione bonorum, quæ ipse successoresque sui ratione bonorum Præpositure nobis Decano & Capitulo etiam medio suo præstito juramento, ut præmittitur, alnoxius erat & obligatus, penitus & omnino absolvimus, & juramentum hujusmodi relaxamus per præsentes, volentes atque expresse decernentes ipsum dominum* Johannem Nys *Præpositum suosque successores prædictos dictæ nostræ Ecclesiæ* Præpositos *pro tempore stante hujusmodi concordia & non alias ad prætactum juramentum inde faciendum sive præstandum porro amplius minime teneri, sed ab illius juramenti præstatione, atque dictorum priorum bonorum administratione perpetuo immunes liberos esse ac remanere debere declaramus, proviso nichilominus quod deinceps quilibet futurus Præpositus ejusdem nostræ ecclesiæ in primordio suæ admissionis sub suo proprio sigillo præstabit juramentum de observando prætactas nostras ordinationes & concordiam in omnibus & singulis clausulis, modis & formis prænotatis, una cum omnibus aliis solitis juramentis dictam administrationem non concernentibus per Præpositos pro tempore præstari consuetis salvis remanentibus. Ceteris præmissis omnibus sic ordinatis & concordatis, prout præscribitur, Nos* Iohannes Nys *Præpositus nostrique successores pro tempore dictæ ecclesiæ* Præpositurae *omnes & singulos alios fructus, redditus, & proventus, decimas, census, Curmedales, excisias, terras, silvas, agros, pascua, stagna, piscarias, possessiones in* Wthoirn, *in* Velua, *in* Wageninghen, *in* Ede, *in* Balgoy, *in* Nederlinglant, *omnesque & singulos alios fructus & possessiones, nec non omnia & singula alia bona & emolumenta ad dictam Præposituram sancti Iohannis quomodolibet sigillatim spectantia, possessa, & possidenda, ubicunque locorum consistentia & situata levabimus, tenebimus, & possidebimus, nec non omnia jura & jurisdictiones, utpote jurisdictionem ecclesiasticam in Frisia, jurisdictionem ecclesiasticam, & secularem altam & bassam, merumque & mixtum imperium*

perium in villa de Wilnis, quæ villa ad ipsos Decanum & Capitulum pleno jure spectare dinoscitur, nec non in villis & locis de Mydrecht, Achtienhoven, Thamer, Culstert, *&* Sevenhoven *exercebimus, una cum vasallis, ministerialibus, & hominibus dictæ nostræ Præpositure, singulisque emolumentis & obventionibus inde provenientibus, illisque omnibus & singulis fruemur & gaudebimus perpetuo, libere, & pacifice sine contradictione cujuscunque, aut administratione seu ratione aliqua, salvis eis supra assignatis, ipsis Dominis Decano & Capitulo aut cuicunque alii desuper facienda, præsenti tamen ordinatione & concordia stante & durante. Quæ omnia & singula suprascripta sic ordinata, appunctuata, atque concordata Nos præfati* Johannes *Præpositus nec non Decanus & Capitulum sæpe dictæ ecclesiæ sancti Johannis Trajectensis tam pro nobis quam etiam successoribus nostris supradictis justa & secundum efficaciam, formam, & tenorem omnium clausularum præscriptarum nos & eosdem nostros successores concernentium communiter vel divisim rata, grata, firma, perpetuo, inviolabiliter, & inconcusse observare, tenere, & habere, & nunquam contra illa seu illorum aliquos facere, dicere, vel venire publice vel occulte, directe vel indirecte, quovis quæsito ingenio seu colore, neque ab illis provocare, appellare, seu ad arbitrium boni viri recurrere promittimus fide nostra media & pollicemur, Renunciantes propterea omnibus temporibus litibus causisque forsan adhuc præmissorum occasione indecise pendentibus, totisque processibus desuper habitis, ac omnibus & singulis exceptionibus doli, vel metus, fraudisque, vi factum actum, condictioni indebita, condictioni sine causa, & ob injustam causam, reique sic non gestæ, non sic celebrati contractus, omnibusque indultis, gratiis, privilegiis, juribus, & defensionibus quibusvis, mediantibus quibus nos seu alter nostrum possemus seu posset contra præmissa in aliquo juvari, vel tueri, & specialiter juri dicenti generalem renunciationem non valere, nisi præcesserit specialis. In quorum omnium & singulorum præmissorum testimonium & munimen præsentes literas publicas exinde per* Notarium *nostrum publicum infra scriptum confici atque fieri requisivimus, Sigillisque nostrorum* Iohannis Nys Præpositi *&* Capituli *prædictorum illis appensis communivimus. Datum & actum Trajecti in dicta domo Capitulari dictæ nostræ ecclesiæ sancti Johannis Trajectensis, Sub anno a Nativitate Domini millesimo quadringentesimo septuagesimo quarto, indictione septima, die vero duodecimo mensis Decembris hora pomeridiana vel quasi, Pontificatus Sanctissimi in Christo patris & Domini nostri Dñi* Sixti *divina providentia Papæ quarti anno quarto. Præsentibus ibidem Venerabilibus & egregiis viris Dominis & Magistris,* Hermanno de Reno *Decano,* Iohanne de Witte *Officiali Trajectensi, ac* Frederico de Mora *Canonicis*

nonicis ecclesiæ sancti Petri Trajectensis testibus ad præmissa vocatis specialiter & rogatis.

Et ego Theodoricus Rutgeri de Zantvoern *clericus Trajectensis diœcesis publicus, Imperiali auctoritate Notarius, Quia præmissis omnibus una cum prænominatis testibus præsens interfui, eaque omnia & singula sic fieri vidi & audivi, idcirco hoc præsens publicum instrumentum per alium, me aliis præpedito negotiis, fideliter scriptum de mandato dictorum dominorum Præpositi, Decani, & Capituli, confeci, subsubscripsi, & publicavi, & in hanc publicam formam redegi, signoque & nomine meis solitis & consuetis, una cum dictorum dominorum Præpositi, nec non & Capituli, sigillorum appensione signavi rogatus & requisitus in fidem & testimonium omnium & singulorum præmissorum.*

Caput XXV.

Præpositus generalis vox. Et varii generis Præpositi. Præpositus, qui Canonicis præest. Præpositus etiam episcopus. Etiam Abbas, & qui cellis præest monasterio subjectis. In ipso etiam monasterio, qui ei præest post Abbatem. Qui & Prior claustralis. Variæ olim cellæ. Monachorum, servorum, scortorum, & meretricum. Aliæ in monasterio. Aliæ etiam extra id. Obedientiæ etiam dictæ, Præpositura, μετόχια, Prioratus, Parochiæ. Qui præerant Cellarii, Obedientiarii, Præpositi. Cellæ etiam penariæ. Cellæ promæ. Ταμεῖα. Promus. Suppromus. Mensa Canonicorum. Canonicorum Præpositi quodnam jus, quæ potestas.

Passim synonyma hæc, *Præfectus*, *Præpositus*, *Prælatus* item, ut & *Præsul.* Vett. Glossæ: *Prælati, antepositi.* Eædem. *Præsul, princeps, cunctis præpositus.* Æthic. *Cosmograph. pr. Lectionum pervigili cura comperimus, Senatum populumque Romanum, totius mundi Dominos, domitores orbis & præsules &c.* Julianus Antecessor *nov.* 81. *& præfecturæ urbanæ tenuit præsulatum.* Præpositus, προστάτης, ἐφεστὼς, προεστώς. Isidor. *lib.* 10. *Orig. Præpositus appellatur eo quod sit subjectorum & famulantium ordinator & rector.* Et varii generis Præpositi. Præpositus sacri cubiculi, τῶν θείων κοιτώνων, titulo ἐνδοξοτάτε, in Justiniani novellis. Senec. *lib.* 1. *de clementia cap.* 19. *Excogitare nemo quicquam poterit, quod magis decorum regenti sit, quam clementia, quocunque modo is, & quocunque jure præpositus ceteris erit.* Salvian. *de gubern.* *lib.* 3. *Siquidem intra januas non modo illustrium potestatum, sed etiam præsidum aut præpositorum, non omnes passim intrare* præ-

præsumunt, nisi quos aut judex vocaverit, aut negotium traxerit, aut ipsa honoris proprii dignitas introire permiserit. Episcopus etiam Præpositus. Quem Cyprianus enim *Præpositum* eundem eodem loco etiam vocat *episcopum.* Vide *epist.* 4. & add. Tertullian. *lib. ad Martyr.* Sed ut Præsulis * vox deinceps episcopi cœpit propria esse, sic restricta etiam Præpositi ad eum qui Canonicis præest. Et hujus etiam in ecclesia auctoritas olim summa. Etiam eadem quæ Abbatis. Charta Ann. 1276. *Universis præsentia visuris Wilhelmus Dei gratia Præpositus & Archidiaconus ecclesiæ sancti Johannis Trajectensis Sal. in perpetuum. Quanto sincerius ecclesias, quibus providentia divina licet indigni præsicimur, diligimus, tanto ferventius super his, quæ ad earum profectum respiciunt, favorem eis benevolum impertiri tenemur &c.* Ut Abbas præerat Canonicis. Nam Canonicis etiam Abbas, cum Canonici Regulares, ut olim omnes Ultrajecti. Unde & *Cœnobitales* apud Bek. & Hed. *in vit. Willebrord. Cœnobitæ* etiam alibi, quod cœnobio inclusi. Cœnobium id claustrum, monasterium &c. Qui præerat ei Abbas. Concilium Turonense Tertium *can.* 24. *Simili modo & Abbates monasteriorum, in quibus canonica vita antiquitus fuit, vel nunc videtur esse, sollicite suis provideant Canonicis.* Parisiense VI. *can.* 37. *Decet, imo necesse est, ut Abbates Canonicorum attendant, ut quid Abbates vocentur.* Altesert. 2. *ascetic.* 1. Abbas idem quod Pater.† Et utrum Pater dicam, an Abbas, eodem res redit, Ἡγούμενος etiam dictus, Hegumenus, Præpositus. Rufin. Aquilejens. *de vit. Patr. cap.* 34. *multorumque monasteriorum pater in partibus Thebaidæ.* Idem de eod. *cap.* 35. *Qui fuit, ut diximus, multorum monasteriorum Præpositus &c. Egumenum* Leo III. vocat in epistolis editis a Conringio, & Anastasius ubique. Contra alii Præpositum. Canonicorum Regularium cœnobium Montis Sereni in Misnia olim fuit. Præpositum, qui ei præerat, & interdum etiam Abbatem vocat Chronici ejus Auctor. Sed frequentius Præpositum.

Alioquin Præpositus, qui cellis præerat, qui obedientiis monasterio subjectis. Ut autem clarius rem eloquar. Erant variæ olim cellæ. Erant in monasterio. Et hæ proprie nihil aliud quam cubicula monachorum, κελλία, architria, ut in vita S. Euphrasiæ est *cap.* 6. Robert. de Monte *tr. de Abbatib. & Abbat. cap.* 2. *Unusquisque in cella sua privatis diebus separatim*

* A præsum, præesse.

† Edgarus Anglorum rex apud Seldenum ad Eadmer. *in not. ad lib.* 1. *hist. Non solum monachos verum sanctimoniales etiam Patribus Matribusque constitutis ad Dei famulatum ubique per tantam regni sui amplitudinem constituit.* Add. *ibid. p.* 153.

ratim ab aliis orat, dormit, & manducat, quæ tamen cellæ contiguæ & loco conjunctæ sunt. Cellaria etiam, habitacula, solarii &c. Moschopul. Κοιτὼν κυρίως μὲν οἶκος ὁ περιέχων κοίτας πολλάς, ὡς οἱ ξενῶνες· καταχρηστικῶς δὲ τὸ κοινῶς λεγόμενον κελλίον. Gregor. *dial.* 2. *cap.* 9. *Quadam die dum Fratres habitacula ejusdem cellæ construerent &c.* Gesta Aldrici Cenomanensis episcopi apud Baluz. *tom.* 3. *miscell. cap.* 2. *Claustrum, ubi sui Canonici conversari regulariter & canonice possent, ædificare cœpit &c. eisque suam domum, in qua manerent, & solarios sive cellaria &c. tradidit.* Add. *ibid. cap.* 37. *pr.*

Erant etiam extra id, & vel ipsæ aut monasteria, aut monasteriis subjectæ, frugum saltem & penoris aliarumque rerum conditoria, ut ostendit Brouwer. *antiq. Fuldens. lib.* 1. *cap.* 7. Unde & Lupus Abbas Ferrariensis cellam S. Judoci iis verbis commendat, ut neget ipsi monasterio eas esse facultates, ut sine cellæ ejus subsidio diu possit consistere. *Namque*, ut ait, *epist.* 43. *inde cera ecclesiæ, fratribus & famulis vestimenta, pisces, caseus, & legumina ministrabantur: quibus omnibus utinam non ad duplum detrimentum domus nostra careremus &c.* Minora hæc monasteria, & velut quædam coloniæ, quæ majori subjecta. Longius etiam interdum dissita. Hinc quæ Capuæ erat cella monasterii Casinensis, & *cella* dicitur, & *monasterium*. Vid. Chron. Casinens. *lib.* 2. *cap.* 9. De eodem cœnobio Victor Papa III. *dialog.* 1. *Cellas nostri monasterii trans Lirim positas igne cremantes verso exercitu quantocyus abire cœperunt &c.* S. Rembertus de diœcesi Hamburgensi agens in vita *S. Anschar. cap.* 11. *Et quia diœcesis illa in periculosis fuerat locis constituta, ne propter barbarorum imminentem sævitiam aliquo modo deperiret, & quia omninodis parva erat, quandam cellam in Gallia Turholt nominatam ejus Legationi tradidit.* Cluniacensis cœnobii cc. erant cellæ. Sui singulis Priores. Qui omnes subjecti Cluniacensi Abbati. Orderic. Vital. *lib.* 13. *hist. p.* 896. *Petrus Cluniacensis Abbas veredarios & epistolas per omnes cellas suas tunc direxit, & omnes cellarum Priores de Anglia & Italia regnisque aliis accersivit &c. Illi nimirum Archimandritæ sui jussis obsecundarunt, ac ad statutum terminum CC. Priores Cluniacum convenerunt.* De Tironensi Abbatia Gaufrid. Grossus in vit. S. Bernard. *cap.* 52. *Quis centum cellarum, quas ecclesia nostra, antequam hic libellus componeretur, habuit, ædificationes nominatim exprimeret, quis tot locorum, aut territoriorum situs, in quibus eas possidemus, & nostratibus inaudita vocabula nominando designaret? Obedientiæ* etiam dictæ. *Præpositura* etiam, μετόχια. *Prioratus, Parochia*, ut Claud. du Molinet docet ad Stephan. Tornacens. *epist.*

epist. 118. ex regulis & constitutionibus monasterii S. Genovefæ *cap. De his, qui ad Obedientias conversantur: Ut fratres, qui ad Obedientias, id est, Parochias commorantur, in singulis tres, si fieri potest, vel duo ad minus sint,* Chronic. Laurishamense *p.* 93. *Erga obedientias & præposituras monasterii multa illi instantia, multa sollicitudo fuit.* Chron. Casinens. *lib.* 4. *cap.* 101. *Dehinc omnes obedientiæ per Campaniam, Picenum, Samnium, Lucaniam atque Calabriam captæ atque a jure Cœnobii Casinensis subductæ sunt.* Alexander Tertius *concil. Lateranens. cap.* 10. *Prioratus quoque, sive obedientiæ, pretii nulla datione tradantur.* Add. Suger. Abbat. *de reb. in adm. su. gest. cap.* 23.

Haud dubie obedientiæ, vel quod monasterii essent, vel quod monachi præessent vi obedientiæ eo missi, quam debebant Abbati. Goffrid. 4. *epist.* 7. *Fatigati ad Obedientiam vestram de Pinu, quam obviam habuimus, hospitandi gratia divertere dignum duximus. Ubi valde indignum obedientiæ reperimus monachum Guarinum cellararium domus &c.* Altesert. 9. *ascetic.* 11.

Belgice etiam *Munckhuysen.* Sibrand. Leonius de vita Eelkonis Liaukama apud Henschen. *to.* 3. *Mart. n.* 3. *Moris fuit omnibus per Frisiam totam monasteriis præcipuas agrorum suorum possessiones, grangias, & allodia, Fratrum conversorum & laicorum colere laboribus, unde &* Munchuysen *dicta sunt. His quicquid ex lactariis, pecore & frumento, præter necessariam superarat sustentationem, id optima fide & obedientia suo deferebant monasterio.* & mox: *Erant Lidlomensi monasterio ex applicatione cœnobii in* Frœnium *duæ præ ceteris in Boxum possessiones insigniores, nomen uni* Munckhuys, *alteri* Ter porte *&c. Harum monachi dulci fortuna ebrii &c.*

Et hinc distinctio inter monachos. Alii *claustrales.* Alii *obedientiarii.* Continuatio de gestis Abbat. Lobiens. apud d'Achery *to.* 6. *Spicil. p.* 596. *Non ministrare sed ministrari a monachis visus est: nam ut de claustralibus taceam, quibus quantum voluit, & quando voluit, ad quotidianum stipendium de necessariis concesit, siquis de* Obedientiariis *in aliquo contradicere ei præsumpsisset, non impunitum reliquisset.*

Spatiosissimæ interdum domus & ingentes nonnunquam reditus. Goffrid. Vindocinens. 1. *epist.* 9. *Quandam nobis abstulit Obedientiam, quam me postea viginti quinque millia solidorum redimere oportuit.* Priores, qui

præerant, Cellerarii, Præpositi. Obedientiarii etiam alibi, ut testis dū Cagne est *glossar. to.* 3. Rabani liber de Sanctorum reliquiis apud Brouwer. 3. *antiq. Fuldens. cap.* 14. *Anthadus præpositus locorum in illis partibus monasterio subjacentium.* Leo Ostiensis *Chron. Casinens. lib.* 2. *cap.* 51. *Reversus a Johanne Abbate obedientiam Præpositura monasterii hujus suscepit, quam cum per annos aliquot satis strenue administrasset, ab eodem Abbate in monasterio S. Liberatoris, quod in Comitatu Teatino &c. Præpositus est ordinatus.* Idem *lib.* 3. *cap.* 14. *Sed cum exinde subducto Abbate Præpositum ibi juxta morem cellarum nostrarum constituisset.*

Subducto, inquit, *Abbate*, item, *cum per annos aliquot*, quia honor hic temporalis, & quia qui præfectus removeri rursum potuit pro Abbatis arbitrio, *cap. cum ad monasterium ext. de stat. monach. cap.* 5. *& seq. ext. de confirm. util. clement. un. de suppl. neglig. Prælat.* Ivo *epist.* 163. *De monacho illo, quem juramento constrinxistis, ne ultra illam administraret Obedientiam, quam aliquamdiu sibi usupaverat per inobedientiam, consilium meum est, ut ulterius eam non habeat &c.* Chron. Virdunens. apud Labbeum *to.* 1. *nov. Biblioth. p.* 244. *Insuper prohibuit sub anathemate, ne vel saltem eos ab Obedientiis, quibus praerant, removerem.* Goffrid. 5. *epist.* 18. *Rogastis itaque, ut Arnaldum Quartaldum in Obedientiam, de qua eum amovimus, remitteremus &c.* Quamvis id vix fiat jam nisi gravi ex causa. Rebuff. *de pacif. possess. n.* 329. Altescrr. *d. loc.*

Cellarios dicunt alii. Vid. Capitul. de vill. Car. Magn. apud Baluz. *to.* 1. *Capitul. cap.* 5. Alii *cellararios.* Goffrid. *d. loc.* Herbert. 3. *de mirac. cap.* 7. Menard. *ad Concord. Regul. cap.* 40. §. 1. Sed *cellarius* vox ambigua. Cellarius in monasterio etiam, qui cellæ præerat penariæ. κελλαρίτης, ut Græci dicunt. Coteler. 1. *monum. p.* 414. Et cella hæc cellarium, κελλάριον, * κελλαρικόν. Victor Papa III. *dialog.* 1. *Noctu monasterii cellarium ingressi carnes, caseum, lardumque exinde surripientes &c.* Paul. Diacon. *de vit. Pat. Emeritens. cap.* 2. Auctor vitæ S. Magnoald. *cap.* 3. Th. Cantiprat. *lib.* 2. *de apib. cap.* 1. Etiam alibi promtuarium. Greg. Turonens. 7. *hist.* 37. *Cujus apothecis ac promptuariis urbs valde referta erat.* Idem

* Κελλαρικὰ etiam res, quæ in cellario reconditæ. Basilic. eclog. 44. κελλαρικὰ λογίζονται πάντα τὰ βρώσιμα καὶ τὰ πόσιμα εἴδη. Pallad. *hist. Lausiac. in Apollon.* πάντα τὰ ἰατρικὰ καὶ κελλαρικὰ ἀγοράζων &c. Annonæ, alimenta. Sulpit. Sever. *lib.* 2. *hist. in fin. Quadringenti & aliquanto amplius Occidentales episcopi Ariminum convenerant, quibus omnibus annonas & cellaria dari Imp. praeceperat.* Simpliciter cellarium etiam. Gregor. 1. *lib.* 11. *epist.* 1. *De hoc vero, quod ex fidelium oblatione accesserit, quartam partem in solidis vel cellario eis juxta pristinam consuetudinem dare non differat. Cellario* id est, speciebus, annonis, quæ ex eo promuntur.

Idem 5. *hist.* *Numquid non exundabant promptuaria vino.* *Cella* item, ταμεῖον. Cellam promam Tertullianus vertit lib. de Resurrect. illud apud Esaiam 6. *vers.* 20. εἴσελθε εἰς τὸ ταμεῖον σου. Explicans autem subdit. *Cur cellarum promarum potius vocabulo usus est, & non alterius loci receptorii: Nisi quia in cellu promis caro salita & usui reposita servatur, depromenda illinc suo tempore.* Quod recessus, quod loca, quæ clausis ostiis obserata, *cellæ* hinc, promtuaria. *Promæ* ab expromendo. *Promus* qui promit. Et qui secundus ipsi *Suppromus* Librorum promus Apulejo, qui Bibliothecæ præfectus. *Utpote*, inquit, *librorum promus, qui illic erant conditi.* Vid. Apolog. Plaut. Pseudol. *act.* 2. *sc.* 2. *ego sum promus condus.* Idem. *Milit. gloriof. act.* 3. *sc.* 3. *Post hac sagina ego ejiciar cellaria. Ut tibi qui promat, alium suppromum paret.* Περιφερῶς rem Ambrosius *lib.* 6. *de Sacrament. cap.* 3. *& lib. de fid. resurr.* *Ambula*, inquit, *populus meus intra in recessus tuos, claude ostium tuum, abscondere aliquantulum.* Et lepide hinc Curculio secretiores ventris partes appellat *cellas* apud Plaut. *Curcul. act.* 3. *sc.* 1. *Ædepol na ego hic me intus explevi probe. Et quidem reliqui in ventre cellæ uni locum, ubi reliquiarum reliquias conderem.* Cellarius etiam Græcis non tantum κελλαρίτης, verum etiam ταμίας. Hesych. ταμίας, φύλαξ χρημάτων, προστάτης, δεσπότης, οἰκονόμος, διοικητής· ταμίη, ἡ προστάτης τοῦ οἴκου, ἡ κελλαρία πιστή. Ταμίας *est custos pecuniarum, præpositus, dominus, œconomus, præfectus.* Ταμίη, *præfecta domus, cellaria fidelis.* Cyrill. in Lexic. ταμιεύεται, κελλαρεύεται. Cellæ etiam in balneis. Scortorum etiam & meretricum. Loca, quæ secreta & remota a conspectu. Plin. *lib.* 5. *epist.* 6. *Frigidariæ cellæ connectitur media, cui sol benignissime præsto est, caldariæ magis: in hac tres discessiones, duæ in sole, tertia a sole longius.* Etiam servorum, ubi servi seorsim. Chrysostom. *in* 1. *ad Timoth. homil.* 16. Ἔχει ἕκαστος τῶν οἰκετῶν οἴκημα τὸ νενομοθετημένον, καὶ οὐκ ἐπιμβαίνει τῷ τοῦ πλησίον, οὐδὲ λυμαίνεται τῇ ἐπιθυμίᾳ τοῦ πλείονος, *Habet quilibet servus constitutum habitaculum, nec proximi intrat domicilium, neque majoris substantiæ appetitu corrumpitur.* Varr. *lib.* 1. *de rust. cap.* 13. *Villici cellam prope januam esse oportet.* Jovis Capitolini etiam cella, in qua thesauri. Sueton. *in August. cap.* 30. *utpote qui in cellam Capitolini Jovis sedecim millia pondo auri gemmasque ac margaritas quingenties HS. una donatione contulerit.* Lateranensis Patriarchii etiam. Quod & *Paracellarium.* Et *Paracellarii*, qui eidem præfecti. Anastas. *in Zachar. Statuit, ut crebris diebus alimentorum sumptus &c. de venerabili Patriarchio a Paracella-*

riis

riis &c. Idem in Adrian. I. *in Paracellario sancta vestra ecclesia.* Add. Joan. Antiochen. *orat. apud Coteler.* 1. *monum. p.* 181. Bosquet. ad Innoc. 2. *epist.* 144. Altesserr. *ad Anastas. in Zachar. & 9. ascetic.* 1. Angel. de Nuce ad Chron. Casin. *n.* 511. *& seq.* Mader. *praf. ad Chron. Mont. Seren.* Souchet. *ad vit. S. Bernard. de Tironio cap.* 12.

Sed quod ad eos, qui cellis præerant extra monasterium, non cellarii tantum dicti. *Obedientiarii* etiam, ut dixi. Vetus auctor sic vocat in *Biblioth. Floriacens. to.* 1. *p.* 408. *Obedientiarii autem omnes ministerii claves ad pedes ejus ponent, quas tamen omnibus omnes restituet.* Innoc. II. in literis quæ extant: *Priores & Obedientiarii Cluniacensium fratrum.* Bertold. Constantiens. ad Ann. 1093. *Super Dudonem obedientiarium suum se proclamavit, qui se & bona sua ad aliud monasterium libere contradidit.* Add. Innoc. III. 2. *epist.* 29.

Præpositos Victor tertius *dial.* 2. *Venit ad Amicum, qui cella hujus monasterii, quæ intra eandem Capuanam urbem sita est, tunc Præpositus erat.* Et vox hæc satis apta. Pluribus enim simul præerat, & Fratribus, qui in cella, & servis, prædiis &c. ad cellam illam spectantibus. Vetus charta apud Chiffletium in *probation. diatr. de ill. gen. S. Bernard. p.* 425. *Calumniam faciebat de servitute super quibusdam hominibus in obedientia S. Marcelli, qui vocatur Floriacus.* Victor III. *d. loc. Et in ipso itinere alter a monasterio veniens occurrit, qui fratribus in prædicta cella commorantibus &c.*

Fratres pro amplitudine erant & pro ratione facultatum & pauciores & plures. Vid. Victor. III. *dial.* 2. *p.* 65. *& dial.* 3. *pr.* Menard. *ad Concord. Regul. cap.* 29. §. 8. Fratrum meminit simpliciter tantum Rabanus de Sanctorum reliquiis apud Brouwer. 3. *antiq. Fuldens.* 14. *Occurrerunt nobis cum cereis & crucibus fratres nostri, qui habitabant in cella &c.* Numerum non expressit. Tempus tamen fuit, quo diserte etiam cautum, ne pauciores quam sex essent. Sic in celebri collatione quæ habita Aquisgrani Ann. DCCCXVII. Capitulum Aquisgranense dicitur apud Baluz. *tom.* 1. *Capitul. cap.* 44. *Ut Abbatibus liceat habere cellas, in quibus aut monachi sint aut Canonici. Et Abbas provideat, ne minus de monachis ibi habitare permittat, quam sex.* Et sic se habet textus. Nec recte apud Brouwerum *Fuldens. antiq. lib.* 1. *cap.* 7. *ne minus duobus.* Ægyptii olim

olim monachi tantum bini in cella. Et hi *syncellitæ.* Cassian. *collat.* 20. *cap.* 2. Menard. *d. loc.*

Sed non tantum Præpositus; qui cellæ præerat aut monasterio, quod alii erat subjectum. In ipso etiam monasterio, qui ei præerat post Abbatem. Qui & *Prior claustralis* & simpliciter etiam *Prior*, Præfectus, ἡγούμενος. Synod. Aquisgran. *can.* 159. *Quamvis omnes, qui præsunt, Præpositi recte dicantur, usus tamen obtinuit eos vocari Præpositos, qui quandam Prioratus curam sub aliis Prælatis gerunt.* Victor Papa III. *dial.* 3. *in fin. Leo Abbas, qui ei in monasterii regimine successit, sub ejus magisterio educatus ejus in obsequio Præpositur æ officium gerens &c.* & mox: *præfato Leoni, suo videlicet Præposito, præcepit charitatis causa mensam ei apponere, & prandium præparare.* Gregorius Papa I. *dial.* 2. *cap.* 22. *Deputatis Fratribus Patrem constituit, & quis ei secundus esset, ordinavit*; & mox: *Eidem servo Dei, quem illis Patrem constituerat, atque ejus Præposito &c.* Vid. Arnolf. de S. Emmerammo apud Canis. *to.* 2. *antiq. lect. p.* 80. Vit. S. Lanfranci *cap.* 2. & Decreta ejusd. *cap.* 3. Altesert. *ad Gregor.* 4. *epist.* 4. In majoribus monasteriis erat & *Subprior.* Sed officium ejus idem. Choppin. 2. *monast. tit.* 2. *n.* 23. Alteserr. 2. *ascetic.* 8. *& seq. & ad cap. cum ad ext. de stat. monach.*

Proximus hic gradus ad Abbatis dignitatem. Nec multo minor etiam vis. Gregor. Papa 7. *epist.* 91. *Quem ad præsens Præpositum esse decernimus, ut si ejus vita tuæ fraternitati placuerit, hunc post aliquantum temporis eorum Patrem debeas ordinare.* Beda *hist. eccles. lib.* 4. *cap.* 27. *Transtulit eum reverendissimus ipsius Abbas Eata ad insulam Lindisfarnensium, ut ibi quoque fratribus custodiam disciplinæ regularis & auctoritate Præpositi intimaret, & propria actione præmonstraret.*

‡ Sed qui Præpositi Ultrajecti nulli olim secundi. Ipsi instar Abbatum. Abbates etiam dicti. Præsertim quamdiu adhuc Canonici Regulares. Et idem etiam iis jus. Unde & ratio, quod in chartis, quod in literis, in sessionibus, prælati Decanis. Bertoldus Constantiensis ad Ann. 1095. *Monasterium Clericorum, quod Canonicum Romani cognominant, prope eandem civitatem construxit, in quo Clericos &c. quibus & Præpositum*

‡ Alibi plures Præposituræ etiam, seu cellæ, & obedientiæ. Anonymus de episcopis Carnotensibus apud Mabillon. 2. *analect. p.* 595. *De quatuor Præposituris antiquis, scilicet de Nogento Fisti, de Fontaneto, de Amiliaco, de Belsia, quas idem Pater dedit Canonicis deservientibus in ecclesia Carnotensi.* Sed de iis hic non loquor, qui cellis præfecti, sed qui ipsi collegio.

ejusdem professionis præfecit; quem episcopus loci in Abbatem eidem congregationi solenniter consecravit. Est enim consuetudo in illis partibus, ut Præpositi congregationum hujusmodi Abbates nominentur, & in Abbates consecrentur, hoc tantum excepto, quod baculos non portant. Postquam facti seculares idem honos quidem mansit. Sed multum vis imminuta. Nec in bonis etiam idem jus. Mensa olim communis. Nam & bona communia, *can. in omnibus de consecrat. dist.* 5. Post sua cuique ex Canonicis bonorum pars assignata. Sua etiam Præposito. Strauch. 1. *amœn.* 48. Mensa etiam tum distincta, id est, cujusque substantia. Nam sic vox hæc accipitur, & in Concordia regularum *cap.* 56. *& cap.* 65. *§.* 2. & apud alios etiam passim. † Greg. Turonens. *lib.* 10. *hist. in fin. Hic instituit mensam Canonicorum.* Adam. Bremens. *lib.* 2. *cap.* 51. *Nam & claustrum renovavit & Canonicis mensam ipse primus instituit.* Bosquet. ad Innocent. *lib.* 2. *epist.* 121. Jac. du Breul ad Aimoin. *lib.* 5. *hist. cap.* 10. Altesert. *ad cap. ex parte ext. de constit.* Sua cuique habitatio. Nec in claustro ut olim. Fragmentum historicum de Concilio Aquisgranensi apud Mabillon. 1. *analect. Statuerunt pro Canonicis, qui tunc sub Præpositis vivebant, quia Præpositi temporalia male tractabant, & nobiliores fortioresque Canonici possessiones usurpabant; ut quilibet Canonicus; personis ad certum numerum redactis, suum temporale proprium possideret, & ut de communi camera cuilibet distribueretur, prout in choro divinis officiis resideret.* Bonorum tantum pars relicta in commune. Communis mensa tum passim. Umbra pristinæ communionis *c. cum Martinus ext. de constit. &* Altesert. *ibid.*

Et hujus etiam Præposito, & post distinctas jam mensas, dispensatio, dispositio, & administratio adhuc mansit, ut satis colligas & ex charta Conradi episcopi, quæ *cap. præced.* est, & quæ causam deinceps adhuc præbuit, cum Præposito contendendi, verum etiam ex charta Godefridi episcopi Ann. MCLXI. quæ se habet, ut sequitur:

IN NOMINE SANCTÆ ET INDIVIDUÆ TRINITATIS. Audiant sanctæ matris Ecclesiæ filii, intelligant præsentes & futuri, quod ego Godefridus illius vocatione, qui infirma mundi vocat, ut confundat fortia, Trajectensis ecclesiæ pontifex humillimus, querimoniam fratrum ecclesiæ beati Johannis Baptistæ *sæpe ventilatam super decima ecclesiæ de* Oge *ab* Henrico de Hoster-

† Acta Cenomanens. episcop. apud. Mabilon. 3. *analect. cap.* 36. *Præfato Pontifici per singulos annos* XV. *marcas argenti exsolvebat, unde Præsul mensæ suæ* VII. *reservans, alias* VII. *ex more suis conferebat Canonicis.* Johannes Archiepiscopus Lugdunensis *ibid. apud. eund. p.* 492. *in civitate Beneventana, quæ proprie ad mensam Apostolicam pertinet.*

Hosterholte, *violenter & injuste annis pluribus ipsis ablata, paterno affectu audivi, Cyrographum prædecessoris mei bonæ memoriæ* Andreæ *episcopi, quod iidem Canonici de eadem decima banno ipsius confirmatum habent, perspexi, justitiam ipsorum cognovi, & ne idem* Henricus *ipsos ulterius inquietaret, sed eandem decimam prius abjuratam absfusticaret judicio quæsito & judicato, justitia dictante, pro ipsius patrocinio* Baptistæ *& animæ meæ redemptione in Domino plurimum confisus effeci. Quia igitur negligentia Præpositorum eadem decima postmodum ab ipsa beati Præcursoris ecclesia abalienari poterit, sub vinculo anathematis confirmavi judicio, ne quisquam Præpositorum ipsam in pheodum alicui laico, ne in beneficium alicui clerico tribuat. Si ipse eam teneat, ipse per suos eandem colligat, & fratribus suis exinde fiat bonus dispensator subsidia provideat. Si vero contra hanc institutionis meæ paginam quisquam Præpositorum, quod absit, ire temptaverit, & eandem decimam in pheodum aut in beneficium alicui hominum dederit, tam dantem quam accipientem gladio excommunicationis in perpetuum ferio & a consortio fidelium omnimodis excludo. Ut autem hæc institutio mea firma & inconvulsa permaneat, hanc paginam scribi jussi, & sigilli mei nota signari. Acta sunt hæc in Dei nomine feliciter. Anno Dni* MCLVI. *Indictione* IV. *Regni* Friderici *regis* V. *Imperii* II. *Episcopatus dñi* Godefridi I. *præsentibus testibus subscriptis. De majori ecclesia* Godefridus *Præpositus*, Azelinus *Decanus*, Alardus, Io, Ionathas. *De ecclesia sancti Salvatoris* Hermannus *Decanus*, Heinricus, Rodolfus. *De ecclesia sancti Petri* Herimannus *decanus*, Alebrandus, Rodolfus. *De ecclesia sanctæ Mariæ* Rodolfus *Decanus*, Conradus, Paridanus *Laici nobiles & Liberi*, Tidricus de Rene *& Frater ejus* Gerlagus, Tidricus de Arkentel, Walterus de Stapele, Wilhelmus Luscus, Everdejus Longus, Godescalcus de Martene, Olricus Moge, *& filius ejus*, Olricus, Isbrandus. *Ministeriales*, Otto *Castellanus*, Tidricus *frater* Alberonis, Walterus de A, *& filii ejus*, Heinricus & Helyas, Fridericus de Veht, Gozuinus, Liudbertus Capellarius, Gerhardus Rufus, Herenboldus de Veht, *& frater ejus*, Herenbertus de Pascua *& filii ejus*, Herenmannus de Aldewic, Arnoldus de Everickesdorpe, Amezo, Godfridus.

Quantum autem Præposito paulatim decessit tantum sensim auctoritatis Decano accrevit. Certe & olim Decano in fratres imperium & non minus quam Præposito etiam duplex ei vox, *cap. cum olim ext. de sent. & re jud. & Altes. ibid.* Ekkeard. Jun. *de casib. monast. S. Gall. cap.* 5. *Cui ille cum sibi solita usque ad convicia respondisset protervia, Waltramus Decanus in proximo fratrum Capitulo regulari vindictæ subjecit.*

CAPUT XXVI.

Præposita, Amma, Laura. Dura eremitarum vita. Monachorum cujusmodi. De ea olim opinio. Eadem ei vis quæ baptismo tributa. Laura & Cœnobium quomodo inter se differant.

Σχῆμα ἀγγελικόν.

Sed quia huc jam deveni, nequid penitus ignoretur, id necesse adhuc addam. Canonissæ etiam olim, quæ non minus quam Canonici habebant Præpositam. Vid. supr. *cap.* 2. *fin.* Non Regulares tantum, nequis erret, verum etiam Seculares, *clem. attendentes §. statuimus ext. de stat. monach.* Quæ & Amma & Priorissa. Augustin. *epist.* 109. *Et distribuatur unicuique vestrum a Præposita vestra victus & tegumentum &c.* Pallad. *hist. Lausiac. cap.* 42. Ἀμμᾶς ἐστι, οὕτω γὰρ καλοῦσι τὰς πνευματικὰς μητέρας, *Ammas est, sic enim vocant matres spirituales.* Menard. *ad Concord. regul. cap.* 27. §. 1. Alteserr. 2. *ascetic.* 12. Præposita alioquin in cœnobiis, quæ secunda est Abbatissæ. Greg. Turonens. 10. *hist.* 15. *Interea Justina præposita cum aliis sororibus palla altaris, quod erat ante crucem Dominicam, extincto cereo, abbatissam operitur.* & mox: *apprehensam præpositam pro abbatissa, quia tenebræ erant &c.*

Sui etiam in deserto Eremitis Præpositi. Sed quæ his habitatio non cœnobium, sed Laura. Laura locus in deserto cellis sparsim habitatus. Cujusmodi olim plures in desertis Ægypti. Cœnobia habebant templa. Muro clausa & munita. Lauræ his destitutæ. Et quia his destitutæ, eremitis sacræ communionis causa abeundum aut longius, aut e proximis vicis, si vici in propinquo, convocandi presbyteri. Dionys. Exiguus de vita S. Pachomii *cap.* 24. Pelagius *de vit. Patr. cap.* 24. *Nihil proficimus sedentes in cellis nostris, quia corpus & sanguinem Christi non percipimus, & timeo, ne efficiamur exteri ab eo, si nos ab hoc mysterio elongaverimus; sed dico tibi, frater, ecce hinc ad tria millia est monasterium habens presbyterum, eamus cata Dominicum diem, aut post duas hebdomadas, & accipiamus corpus & sanguinem Christi, & revertamur ad cellas nostras.* Laura certe & cœ-

cœnobium diserte inter se opponuntur. Vita S. Euthymii apud Coteler. 2. *monum. eccles. Græc. cap.* 89. Δεῖ δὲ καὶ τὰ κατὰ τὸν μέγαν Γεράσιμον, καὶ οἵους αὐτὸς ἐξέθετο κανόνας, φημὶ, καὶ τύπους τοῖς ὑπ' αὐτὸν ἀσκουμένοις διαλαβεῖν. *Sed & oportet de magno disserere Gerasimo, quales, inquam, is ediderit regulas formasque iis, qui sub ipso exercebantur &c.* Οὗτος οὖν ὁ μέγας Γεράσιμος, *Hic ergo magnus Gerasimus*, &c. λαύραν μεγίστην, οὐκ ἐλάττους ἢ ἑβδομήκοντα σὺν ἀναχωρητὰς ἔχουσαν συστησάμενος, πρὸς δὲ, καὶ κοινόβιον μέσον αὐτῆς ὡς ἄριστα καθιδρύσας, *cum Lauram maximam non pauciores quam septuaginta Anachoretas habentem construxisset, praetereaque Cœnobium in medio ejus quam optime collocasset.* & mox *cap.* 91. *Illud quoque de Anachoretis refertur, cum quidam ad eum accessissent, & peterent, ut sibi liceret tum aquam calefacere, tum coctum sumere, tum ad lucernam legere, magnum Gerasimum respondentem dixisse: Si vultis ita vivere, multo magis expedit, ut vos degatis in cœnobio.* Ibid. *cap.* 114. σὲ δὲ πρὸς ἐμὴν ἀφικέσθαι λαύραν χρή. καὶ τὰ μὲν κελλία τῶν ἀδελφῶν, ἐκ βάθρων αὐτῶν καθελεῖν, κοινόβιον δὲ ἀνοικοδομῆσαι, ἐν ᾧ τὸ ἐμὸν ᾠκοδόμησας κοιμητήριον· οὐδὲ γὰρ λαύραν, ἀλλὰ κοινόβιον μᾶλλον εἶναι τὸν τόπον, τῷ θεῷ δοκεῖ, *Te autem oportet venire ad meam Lauram, & Fratrum quidem cellas diruere ab ipsis fundamentis, Cœnobium vero readificare illic, ubi meum ædificasti cœmiterium. Locum enim Deo placet non Lauram esse, sed Cœnobium.* Ibid. *cap.* 117. *Descendit in Lauram, cumque ædificasset cœnobium, septoque & muro in orbem esset complexus.*

Suis etiam nominibus Lauræ interdum distinctæ. Cassian. *collat.* 6. *cap.* 1. *Morabatur in Cellis, qui locus inter Nitriam ac Scithin situs, & a monasteriis quidem Nitriæ quinque millibus distans, octoginta millium solitudine ab eremo Scithi.* Sozom. 6. *hist. cap.* 31. Ἕτερος ἐστὶ τόπος, καὶ σχεδὸν ἑβδομήκοντα σταδίοις διεστὼς, ὄνομα Κελλία· ἐν τούτῳ δὲ σποράδην ἐστὶ μοναχικὰ οἰκήματα πολλὰ, καθὸ καὶ τοιαύτης ἔλαχε προσηγορίας. *Alius est locus distans* (nempe a Nitria) *stadia fere septuaginta, cui nomen Cellia: in quo sunt cellæ monachorum permultæ, sparsim positæ, unde & hoc nomen habuit.* In Nitria diversis cellulis habitabant circiter quinque millia. Rufin. Aquilejens. *de vit. Patr. cap.* 15. 17. 22. & 219. Erant & in Raithu, in Scithi &c. Raithu locus, qui ἀπεῖχεν distabat a monte Sina, ἡμερῶν δύο διάστημα, ἐν τοῖς παραθαλασσίοις τόποις κείμενος, ubi illud Elim, cujus mentio in sacris literis, ubi fontes duodecim &

 palmæ

palmæ ſeptuaginta. Ammonius monachus *de SS. monachis Sinaitis.* Rufin. Aquilejenſ. *de vit. Patr. cap.* 26. Coteler. 1. *monum. eccleſ. Græc. p.* 802. Meurſ. ad Pallad. περὶ μακαρίε. Valeſ. ad Evagr. 1. *hiſt. cap.* 21. Ariſtophani *laura* eſt latrina, ſimetum. Ariſtoph. *in Pace*: ἀπὸ τε κοπρῶνας καὶ τὰς λαύρας, *latrinas & fimeta.* Add. ib. Scholiaſt. A λαύρα, λαυρῆται, qui lauram habitant, eremitæ. Jo. Moſchus *de vit. Patr. cap.* 4. ὅτι μετὰ τὸ διωχθῆναι ἀπὸ νέες λαυρῆτας ἐκ τῆς νέας λαύρας, *poſtquam in fugam acti juniores monachi, eremitæ &c.* Vid. Meurſ. *gloſſar.* Alteſerr. 9. *aſcetic.* 1. Tenuis eorum victus. Centies durior monachali. Vita S. Euthymii *cap.* 90. *Adeo autem erant curis vacui, & a negotiis humanis omnino liberi, ut nihil haberent præter indumenta, nec ſecundus iis eſſet amictus. Stratum vero quid aliud, quam ſtorea, queque ſolent appellare centonium & embrymium? Item vas fictile ad aquam, quod ſimul ſufficiebat ad potum & ad palmas irrigandas.* Abſtinentia, temperantia, contemptus opum & hujus mundi, contemptus gloriæ & dignitatum, tam ingens & tam mirabilis, ut ſupra hominum naturam macerantes ſe precibus, vigiliis, inedia, crederentur e terris animi propoſito jam ſubvecti ad Deum. Joan. Damaſcen. *de vita SS. Barlaam & Joſaphat: Quidam eorum integram hebdomadam per inediam tranſigentes Dominico demum die cibum admittebant. Quidam bis tantum hebdomada quaque ipſius meminerant: alii alternis diebus ſub veſperam edebant, ſic ut cibum duntaxat deguſtarent, precibus & vigiliis propemodum cum Angelis quoque certantes, atque auri & argenti poſſeſſione, emptionibusque & venditionibus prorſus valere juſſis inter homines omnino ſe eſſe obliviſcebantur.* Virginis meminit Palladius *hiſt. Lauſiac.* περὶ τῆς παύλου τῆς ἐν τῇ Φέρμῃ, quæ faciebat quotidie εὐχὰς ἑπτακοσίας, *ſeptingentas orationes*, jejunans quinquies hebdomadatim. Faciebat Paulus trecentas, & id ἔργον αὐτοῦ τῆς ἀσκήσεως τὸ ἀδιαλείπτως προσεύχεσθαι. Pallad. *ibid.* Quingentas Dodo de Haſcha. Vetus Auctor de ejus vita apud Henſchen. *to.* 3. *Mart.* *Quinque centenas genuflexiones ſingulis diebus & noctibus, & ſæpius plures faciebat. Genua ejus ad modum cameli indurata fuerunt.*

In Anglia etiam monachi ea primum ſanctitate, ut verbo Dei occupati tantum & divinis intenti, non prædiis, poſſeſſionibus, aut divitiis comparandis. Beda *lib.* 3. *hiſt. eccleſ. cap.* 26. Sozom. 6. *hiſt.* 21. Nec in Anglia tantum. Etiam alibi. Et multa de eo poſſent dici, ni longius ea res ab incœpto nos traheret. Puto interim ſatis conſtat, quod

quod non alio fine aut proposito veteres olim monachi, qui & probatissimi, in cœnobia congregati, quam ut a strepitu & seculi curis semoti frænare carnem, compescere, & compositis moribus, abstinentia, quæ virtus longe omnium pulcherrima est, liberius se exercere, atque hac via ceu adminiculo ad ampliorem fructum mysteriorum fidei capessendum eluctari contra mundum, contra vitia hujus seculi, contra Sathanam, satellites, & præstigias ejus possent, sic ut re ipsa tum cœnobia nihil aliud quam animorum soli Deo vacantium, & quotidianis laboribus victum corporis quærentium gymnasia quædam ac velut scholæ. Ingenium in illis nemo, juxta dictum Sallustii, sine corpore exercebat. Etiam monachi laborabant. Non ut proprium quid haberent, sed juxta Apostoli præceptum: *Non laborans nec edet.* Laborabant in commune, in usum monasterii, ne vagandi occasio, nequid ad victum aut vestitum deesset, *nov.*113. *cap. ult.* Vita S. Sturmionis: *Post autem non longum tempus cogitans, qualiter adimpleri potuisset, quod sancta Regula præfatur, ut artes diversæ intra monasterium continerentur, ne forte propter aliquam necessitatem foris vagandi Fratribus opus fieret &c.* Decretum sibi Bonifacius ait scribens ad Zachariam Papam monachos constituere in medio nationum, quas Euangelii luce collustrabat, viros strictæ abstinentiæ, absque carne & vino, absque sicera & servis, *proprio manuum suarum labore contentos.* Monasterii meminit in Anglia in septem partes divisi Beda *lib.* 2. *hist. eccles. cap.* 2. Trecenti homines in singulis. Qui omnes, inquit, *de labore manuum suarum vivere solebant.* Texere & scribere antiquissimum eorum opus. Vita S. Pachomii Abbatis Tabennensis *cap.* 7. *Texebant quoque cilicia, & laborabant manibus suis, juxta beatum Apostolum, non tantum pro sua refectione, vel requie, sed ut haberent, unde tribuerent necessitatem patientibus.* Ibid. *cap.* 43. *Inveniens fratrem, qui coquinæ praerat, psiathos, id est, tegetes, operantem, quas* mattas *vulgus appellat.* Ibid. *cap.* 47. *Tum ingressus monasterium venit ad fratres, qui psiathos operabantur, sedensque cum eis cœpit & ipse texere.* Concordia Regularum *cap.* 55. §. 17. *Propriis autem temporibus oportet operari monachum, & propriis orationi lectionique incumbere.* & §. 20. *Qui agriculturam exercere non valet, legere, scribere, quod est præcipuum opus, piscium etiam providere capturam, retexere, calciamenta fratribus præparare, vel reliqua, quæ similia sunt, facere atque implere potest.* Hieronym. *in epist. ad Rusticum monachum*, quod ad formam vivendi ei suadet, ut scribat. *Scribantur libri*, inquit, *ut & manus operentur cibum, & animus lectione saturetur.* Certæ erant horæ, quæ somno, quæ operis, quæ psalmis & cantibus, quæ sacræ lectioni & scripturarum cognitioni, quæ

quæ orationi dabantur, paucissimæ autem, quæ victui, nimirum modico, nec ad saginam, sed ad naturæ necessitatem. Add. Pallad. *hist. Lausiac. cap.* 86. S. Audoën. *in vit. S. Eligii apud d'Achery to.* 5. *Spicil. cap.* 16. Trithem. *de laud. scriptur. manual. cap.* 5.

Sed sensim virtus hæc refrixit & descivit ἀσκητικὴ ab illo vetere instituto. In laudes tamen nimias verborum multo ornatu, sed procul utique a vero, præsertim sua ætate, cellas subvehit in cœlum Bernardus *epist. ad fratres Carthusianos de monte Dei.* Et quis certe non miretur tam audacter dicentem? *Secundum formam propositi vestri habitantes in cœlis potius quam in cellis, excluso a vobis toto seculo, totos vos inclusistis cum Deo. Cellæ siquidem & cœli habitatio cognatæ sunt, quia sicut cœlum & cella ad invicem videntur aliquem habere cognationem nominis, sic & pietatis. A cœlando enim* cœlum *&* cella *nomen habere videntur, & quod cœlatur in cœlis, hoc & in cellis. Audeo dicere : Sancti Angeli Dei cellas habent pro cœlis, & æque delectantur in cellis ac in cœlis.* Idem *serm. de verbo Domini: Vere claustrum, fratres mei, vere Religio est Paradisus.* Add. Luc. d'Achery ad Guibert. *in fin.*

Quanto verius quod Trithemius in Chronico Hirsaugiensi : *Veteres olim monachi cellas quidem, ecclesias, & alias mansiones habebant tenebrosas, sed corda eorum erant lucida valde in timore Dei omnipotentis, & in scientia divinarum Scripturarum. Nostri autem ecclesias, cellas, domosque, & omnes mansiones jam lucidissimas fabricant, sed corda eorum vitiis & desidia plena, tenebrosa sunt; quoniam nec Deum, sicut debuerant, diligunt, nec lectionibus Scripturarum animum intendunt.* Nec mirum, quod Trithemius. Apud Joan. Moschum de vitis Patrum *cap.* 52. Elias Abbas solitarius, *Diebus,* inquit, *patrum nostrorum tres istæ virtutes in amore & studio apud monachos erant, nuditas rerum omnium, mansuetudo, & continentia; nunc autem avaritia, gula, & audacia.* Unde & Petrus Cellensis *lib.* 7. *epist.* 14. *Mundus plenus,* inquit, *est cucullatis, & pene vacuus monachis.* Certe & plura jam cœnobia non aliud quam conditoria in quæ vivi homines inferuntur, sepulti otio & inertia, & sic seculo, sic mundo mortui. Sunt quæ jactant sic religionem, ut dicantur non hominum, non precum, aut orationis, sed Dei ipsius domus, & ab iis tamen, quæ Dei sunt, sic aversa & aliena, ut qui mancipati iis mundo renuntiarunt, nihil magis quam quæ mundi sunt profiteantur & colant. Add. Jacob. a Vitriaco. *hist. Occid. cap.* 7. Vadian. 1. *rer. Alamann. p.* 16.

Olim

Olim tamen tam insignis passim de cuculla opinio, ut vulgo σχῆμα ἀγγελικὸν, item μέγα &c. Nam μικρὸν novitiorum erat. Rosweyd. *ad lib. 2. Rufin. Aquilejens. de vit. Patrum.* Unde & monachi μικρόσχημοι, μεγαλόσχημοι. Collectio canonum apud Coteler. *cap.* 177. *& seq.* Titulus collectionis : περὶ μοναχῶν μεγαλοσχήμων, καὶ ἄλλων μοναχῶν &c.

Certe & temporum ea cæcitas, ut cœlicolis adscripti, & adscriptos existimarent se monasterium ingressi. Vita S. Benedicti Anianensis: *Nec moram in deponendo comam fieri passus est, quin potius die natalis Apostolorum Petri & Pauli auro textis depositis vestibus Christicolarum induit habitum, seseque Cœlicolarum adsciscì numero congaudet.* Imo tanti tum cuculla, ut adscripta ei, sed prorsus impie eadem vis, quæ Baptismo. Baptismum vocat Nilus Junior, μακάριον, θεῖον βάπτισμα, expresse. Vid. *ejus vit. p.* 95. Joann. Subdiaconus *lib.* 1. *de contempl. n.* 9. *Affirmabat hic dicens : Quia virtutem quam vidi stare super Baptisma, vidi etiam super vestimentum monachi, quando accipit habitum spiritualem.* S. Bernard. *lib. de præcept. & dispens. in fin. Audire*, inquit, *& hoc vultis a me, unde præter cætera pænitentia instituta, monasterialis disciplina meruerit hanc prærogativam, ut secundum Baptisma nuncupetur, Arbitror ob perfectam mundi renuntiationem, ac singularem excellentiam vitæ spiritualis, qua præeminens universis humanæ vitæ generibus hujusmodi conversatio professores & amatores suos Angelis similes, dissimiles hominibus facit &c.* Δεύτερον βάπτισμα Ioan. Antiochenus vocat τῆ πρώτῃ ἀνακαινιστικὸν orat. apud Coteler. 1. *monum. cap.* 4. ἐν ἀποταγαῖς καὶ συνταγαῖς κατὰ πολὺ ἐργωδεστέραις, καὶ φοβερωτέραις συγκειμένη, *in renuntiationibus & confessionibus longe difficilioribus magisque formidabilibus consistens.*

Et quid nunc habent hæretici ait Rosweydus ad *Vit. Patrum p.* 55. postquam plures adduxit, qui de vita monastica idem ajunt quod Bernardus, Annales etiam Francisci de Christophoro religioso & Angeli responso, Quid nunc habent, inquit, quod tantorum Patrum auctoritati, quod testatissimis historiis, quod Scholasticorum receptissimæ doctrinæ opponant. Scilicet : Nihil habent. Mendaciis, fabulis non credunt. Silente Christo in Euangelio, silente Petro & Apostolis silent etiam ipsi. Et certe id puto tutius. Sed his omissis pergamus.

CAPUT XXVII.

Urbibus in diœcesi an merum imperium. An Chomarchis ad Leccam. Exul apud nos an civitatem amittat. An in usu adhuc hodie deportatio quæ olim. An jam olim Ultrajecto & patibulum & rota. An jus membris mutilandi. An jus vivos exurendi. An jus reum proscribendi diœcesi universa. An jus confiscandi. Supplicium ubi sumptum. Toga carnificis.

Dixi, ex Toparchis olim nulli jus gladii nisi tantum Præposito S. Iohannis. Idem non nisi serius nonnullis aliis concessum. Sed id quantum ad Toparchas. Nam ab omni memoria habuerunt etiam urbes, & Advocatus ecclesiæ. Carolo V. a quo erecta, debet Curia Provincialis. Debent etiam Chomarchi. Caroli V. constitutio Ann. 1537. art. 7. *Ende sullen kennisse nemen ende wysen in allen saecken opten Dyck vallende, het zy van dieste van hout, Rys aldaer gestolen, ofte andere berovingen aldaer gebeurende, van injurien, vechten, dootslagen, ofte anderen mesusen, die daer hangende de Schouwe ofte Leger daghen gebeuren mochten.* Loquitur Imp. de Chomarchis ad Leccam, & quod concedit diserte ad certos casus restringit. Sed nunquam casus adhuc extitit, quo quid ultimo supplicio vindicandum occurreret. Unde & nullum adhuc exemplum, quo usi in reum gladio. Quod ad Urbes res certa est, nec probatu difficilis. Vid. Costuymen *van Utrecht tit.* 34. *& seqq.* Costuymen *van Amersfoort* p. 5. *& p.* 55. *& seq.* Costuymen *van Rhenen art.* 1. *&* 3. *art.* 113. 186. 188. *&* 195. Hortens. *lib.* 3. *hist. Ad ea incunctanter Senatus Amorfortius. Tot verbis quibus ad exules pellendos hortaris, nondum nobis liquet, quos velis. Si nominatim perstringantur, ut de reis certum iudicium sit (quando nec ferrum nec rota nobis desunt) possent extremo humanorum supplicio multari.* De

Dor-

Dorstado etiam constat. Ex literis ineditis magistratus Ultrajectini ad Principem Auriacum Ann. 1621. *overslaende om gelycke impertinentie het XII. XIII. en XIV. art. ende de missive tot dien eynde onder de Letter G. by de requiranten geproduceert. Want het begeeren ende oversenden van de gevangene daer in gementioneert, alleenlyck raken het point van jurisdictie over criminele saecken. Dat de drie cleyne Steden in den haren so wel mogen exerceren als de Gerequireerdens &c.*

Montfurtum tantum excipitur. Nec unquam ei concessum id. Nec pinguius unquam jus, quam in cujus potestate, & quo invito nihil potuit, Burggravio olim fuit. Nihil etiam de delictis, nihil de reis criminum in Statutis, quæ prostant. Et hinc in specie & nominatim, *de drie cleyne Steden.* Ex charta Ann. 1387. Arnoldi van Hoern: *Seggen ende pronuncieren mit desen jegenwoordigen brieve, in allen manieren, als hier nae beschreven is, In den eersten, want die Borchgrave van Montfoerde ende syn Voervaders geen hooge gerechte noch heerlickheyt gehadt en hebben in den Gestichte van Utrecht, ende oick noch en hebben, Soo sal hy bekennen, dat hy daer geen Hooge gerecht noch Hooge Heerlickheyt en heeft, ende die Bisschop van Utrecht ende zyn nacomelingen sullen vrylick gebruycken tot euwigen dagen toe den clockeslach, zyn panders te ryden, ende van allen maechgelde te richten, ende alle saken te berichten, die de hooge Heerlickheyt toe behooren in den kerspel van Montfoerde, ende alre wegen, daer die Borchgrave gerichten heeft in den Gestichte van Utrecht, Sonder argelist, Item want die Borchgrave geene Hooge Heerlickheyt en heeft, alse voersz is &c.* Vid. *infr. Append.* Supremam jurisdictionem Burggravio quidem vendidit Fredericus Badensis quatuor millibus florenorum, & quidem Ordinum consensu, ut scribit Pont. Heuterus *lib. 5. rer. Austriac. cap. 7. in fin.* Sed nec quicquam id ad urbem, nec id diu obtinuit. Nam & pactum adjectum de retrovendendo, ut & idem ibi addit.

Quantum ad Ultrajectum, nemo hominum umquam extitit, qui id traxit in controversiam. Habuit merum imperium, & omnes ejus partes. Vid. *d. tit. 34. & seqq.* Jus virgis cædendi habuit. Jus deportandi, relegandi. Jus membris etiam mutilandi, comburendi &c. Deportandi cum dico, abutor nonnihil verbo. Nam proprie deportatio, ut Romanis usitata, jam ab usu recessit. Exilium quod Ultrajecti in usu olim duplex. Adempta interdum civitas. Interdum non item. Adempta autem nunquam, nisi id diserte & nomi-

nominatim expressum. Ex Actis Ann. MCCCCXIII. *des Dynsdages voor St. Jans dach* nativitas.

Wert Iohan Knyf, Roelof Block Iansen, Gheryt van den Velde, Iacob van den Bossche, H. Iacobs van Lichtenberch, *elcken een jaer de Stat verboden, ende een mile van der Stat te wesen om wonderlicke vergaderinge ende onsedicheyt, die sy bedreven hebben,* Marten Bruninx *soen,* Willem de Witte Andries Witten *soen drie jaer de Stat, ende een mile van der Stat, ende men neemt hem syn Borgerschap om scherpe woirden, die hy geseyt heeft, die tot tweedrachten in onse Stat droegen.*

Ex actis ejusdem Anni *op S. Benedictus dach in de Somer.*

Syn de Rade out ende nywe overdragen, dat Beernt Proeys, Ionge Beernt Proeys, Ian van Lichtenbergh, Henric Holle *geheten* Hollekyn, *en* Willem Borre Woutersen, *uyt onser Stat wesen sullen ter tyt toe, dat die Raet out ende nye eens anders te Rade worden, om dat sy onredelicke vergaderinge gemaeckt hebben, die tot tweedrachten in onser Stat, ende tegens onse Rade droegen.*

Want Ian van Lichtenbergh, Ian van Clarenborch, *en* Wouter Grawert *buyten oirlove ons Raets uyt onser Stat getogen syn, daerom en sellen sy niet weder binnen onser Stat komen, ter tyt toe dat onse Raet out ende nywe eens anders geraden worde.*

Want Iacob Sloyer Henrixsoen *onredelicke woirde gesproken heeft, ende vergaderinge gemaeckt heeft, die tot tweedrachten in onser Stat droegen, daerom verbietmen hem de Stadt een jaer lanck. End een mile van der Stat te wesen, Ende daerenteuds en sellen* Iacob Sloyer *voersz* Ian Knyf *en* Roelof Block *voersz niet weder binnen onser Stads komen, ten sy by den Rade out ende nye.*

Die Raet van der Stat out ende nye verbiet allen den genen, die voirsz staen, niemant van onsen Borgheren ofte ondersaten te misdoen aen haren live ofte goede, Ende ymant van hem die dit verbrake, die en soude syn Borgerscap geen stade doen, Ende daer toe wout die Rait out ende nye houden aen haren live ende goede.

Ex actis ejusdem Anni, *op St. Jacobs avont.*

Want Peter van der Wyel *van den Raide aengesproken is, ende daer op gheeet is van saken, die hi wist, die hi sinen ede voersaken heeft, Ende de Rait daerna die ter waerheyt gevonden heeft, dat hy die saken wel wist, ende hem die bekennede te weten voer goede lude, Daerom kundicht die Rait* Peter van der Wyel *voirsz meenedich, ende men neemt hem syn Borgerschap, Ende men verbiet hem die Stat hondert jaer lanck, end een mile van der Stadt te wesen op syn lyf.* Add. Hed. *hist. Ultraj. p.* 252.

Nec tamen propterea hæc deportatio, cum expressum. Nec procedit, si dicam: Civitas est adempta, ergo est deportatio. Civitas potest adimi etiam citra exilium. Adimitur, ut satis constat, siquis alibi domicilium rerumque ac fortunarum suarum summam constituat. Si transeat alio habitatum. Si alterius civitatis fiat civis &c. Domicilii mutatione olim civitas non amissa. A Romanis retenta hæc, quamdiu alia non adscita. Nec quisquam olim civis duarum civitatum, nisi vel Principis vel Senatus permissu. Cicer. *pro Corn. Balb. Duarum civitatum civis esse nostro jure civili nemo potest: non esse hujus civitatis civis, qui se alii civitati, dicarit potest.* Ibid. *Atqui ceteræ civitates non dubitarent nostros omnes in suas recipere civitates, si idem nos juris haberemus, quod ceteri, sed nos non possumus & hujus esse civitatis, & cujusvis præterea.* Plin 10. *epist* 22. *Admonitus sum debuisse me ante ei Alexandrinam civitatem impetrare, deinde Romanam, quoniam esset Ægyptius &c. Rogo itaque ut beneficio tuo legitime frui possim, tribuas ei & Alexandrinam civitatem & Romanam.* Hodie apud nos sufficit, siquis alio habitatum eat. Ex Actis Ann. MCCCXC. *Ende so wie after onser Vrouwen dach te Lichtmisse Borgerschappe wonne, ende weder uter Stat voer, ende jaer ende dach buten der Stadt bleve mitter woone, die waer synre Borgescappe quyt.* Ex Actis Ann. MCCCXLII. *Waer ymant van onsen Borgeren, die ergens anders waer Borgerscap, ofte Poerterscap gewonnen hadde, of noch wonne, ter Stat wederwille, die waer syne Borgerschap quyt, also verre alse hi dat gedaen hadde, ende nemmermeer syn Borgerschap weder te vercrighen, ten waer dat gedaen hadde, ofte noch dede bi oorlove der Stat.* Sed an quæso hæc deportatio? Imo adimi potest civitas, etsi nec commercio nec urbe interdicatur. Nemo autem tam stultus, ut id deportationem dicat. Ex Actis Ann. MCCCCXIII.

Marten Bruhinx soen, Willem de Witte Andries Witten soen *drie jaer de Stat end een mile van der Stat, end men neemt hem syn Borgerschap om scherpe woirden die hy geseyt heeft, &c.*

Jan Bolle *neemtmen syn Burgherscap om der selver sake.*

Ghisebrecht Hoet, Ghisebrecht Alfers soens soen *is hoer borgerscap genomen, om dat sy geboden waren opt Vleyshuys te gaen, ende daer niet op gegaen en syn.*

Ex Actis Ann. 1385. *des Woensdachs na Remigii.*

Want Willem van Rodenborch *geboden was in der Stat slot te gaen binnen* VIII. *daghe, de omme ghecomen syn, ende daer nyet in ghecomen en is, daeromme hietmen hem noch, dat hi in der Stat slot ga, tusschen hier ende Sinte Simon en Juden dach by zynre borgerscap.* Item

Des Vridaghes na Sinte Simon Juden dach.

Want Willem van Rodenborch *voortyts ter klocken gheboden was in der Stadt slot te gaen binnen eenre tyt of de Raet woude hoer beraet daer op hebben, ende na anderwerven gheboden was ter klocken in der Stadt slot te gaen by zynre borgherscap binnen eenre tyt, de beyde omme ghecomen syn, ende der Stat hier inne overhorich geworden is, daeromme neemtmen hem zine borgherschap.*

Deportati olim conclusi insula. Deducti in eam vincti a publico satellitio. Bonis confiscatis pulsi urbe in perpetuum, *l. 18. §. 1. ff. de interd. & rel. l. 2. C. de bon. proscr.* Tacit. *lib. 4. annal. Gallus Asinius Gyaro aut Donusa claudendum censuerat. Id quoque Tiberius aspernatus est, egenam aqua utramque insulam referens, dandosque vitæ usus, cui vita concederetur.* Zosim. *lib. 5. hist.* Τιμάσιος δὲ τῇ Ὀάσεως οἰκήσει παραδοθεὶς ἀπελαύνετο, φυλακῆς αὐτὸν δημοσίας παραπεμπούσης, *Timasius autem ad inhabitandam Oasim damnatus expellitur, huc eum deducente satellitio publico.* Vett. jur. Gloss. Δεπορτάτος, ὁ ἐν νήσῳ περικεκλεισμένος. Item: Δεπορτάτης, ὁ διηνεκῶς ἐξόριστος. Pancirol. 1. *var. lect.* 41.

Per

Per se puto, satis patet, quod hujusmodi deportatio jam ab usu recessit. Sed exilium, quo jam utimur, an dicatur exilium, an relegatio, nihil refert. Nam exilium est multiplex, *l. 5. ff. de interd. & rel.* Nec tam stricte id jam accipitur, ut in versu Ovidii:

Ipse relegatus non exul dicor ab illo.

Id interim singulare est, quod relegatus apud nos non semper retinet civitatem, ut apud Romanos olim, *l. 7. §. 3. l. 14. §. 1. ff. de interd. & rel.* Si visum id judicanti, etiam adimi ei potest. Potest etiam, ut olim, vel in perpetuum relegari, vel ad tempus, ad biennium, triennium, quinquennium &c. Ad mensem etiam, ad bimestre, ad trimestre &c. Ex Actis Ann. MCCCLXXXVI. *Opten* XIII. *dach. Desen verbietmen de Stat om dat si gedobbelt, ende sellen een maent lang uter Stat wesen, Andries Gheryd de wyncoepers soen, Duytsch de Pyure, Gheryd Aernts soen, Willam Mol de Brabanter, Goswyn de Wollewever, Droghe Jan de Linnewever, Claes Aernts soen, Jan van Haerlem, Wouter van Heyns.*

Ex Actis Ann. MCCCXXXII.

Int jaer ons Heeren 1382. des Woensdachs na S. Pauwels dach in den afterwinter, Overdroeg die Rait van der Stat out ende nye, Waer ymant die in der Stat oft in der Stat Vryhede woenachtich waer, die dobbelde binnen der Stat oft op ene myle na der Stat, die sal ene maent lang uter Stat wesen, oft ter Stat geven te beteringe V.m. *steens, ende die weert in wes herberge datmen dobbelde, die sel twee maenden uter Stat wesen, oft geven der Stat* X.m. *steens.*

Ex Actis Ann. MCCCLXXI.

Int jaer ons Heeren MCCCLXXI. *des Dynsdachs na St. Mathaus dach, Overdroech die Raet out ende nywe, so wien dat 50. jaer oft daerenboven de Stat verboden is, die en mach mit geenen Bisscop in comen.*

Si dicas: pulsus in perpetuum, imo ad biennium, triennium &c. necesse est, ut eo ipso civitatem amittat. Nam qui annum & diem alio transtulit domicilium, civitatem amittit, dicam, verum id, siquis transtulit id ultro & volens, non autem si coactus, si invitus &c. Ex plebiscitis Ann. 1389. *Voert gebiet de Raet van der Stat al onsen borgheren, dat si uter*

uter Stat niet en varen voer onser Vrouwen dach te Lichtmisse naestcomende &c. Ende enich borgher de in der Stat Rade na der Stat wilkoer sitten mach, die uter Stat waer, ende niet in der Stat en quame voer onser Vrouwen lichtmisse voorsz. die verboerde den voersz koer, ten ware dat die Raet van der Stat na waerheyt vonde, dat hi van kenliken nootsaken van sinen live, ofte van weder in der Stat niet comen en mochte. Diserte hic, ut vides, *van kenliken nootsaken van sinen live &c.*

Pulsi urbe obærati, & sæpe in perpetuum, quamdiu scilicet non solvendo. Sed civitas non adempta. Ex plebiscitis Ann. 1386. *op onser Vrouwen dach nativitas: Ende des gelycx bietmen al onsen borgheren, de uter Stat geluit syn van scoude, dat zi binnen de voersz. tyt binnen der Stat comen bi hore borgerschap, ende of zi den ghenen, dien zi schuldich niet en voldeden.*

Nec omnes Ultrajecti, qui civitate donati. Etiam alibi habitabant civitatis permissu. Ut non dicam de legatis, de iis qui peregre ad procurandam rem publicam. Ex Actis Ann. 1448. *des Donredachs op sunte Benedictus dach translatio: Overdroegen die Raet out ende nye, ende hebben gegont Claes Kerskyns, dat hi sine borgerscap vri gebruken sell buten onser Stadt, ende die niet mogen verwoenen, so lange hi diē slusen in der Vechten van 't gemeene Lants wegen bewaert.* Satis notum, ni fallor, quod qui Ordinum Assessor, qui Curiæ Provincialis aut Supremæ Senator, etsi Hagæ domicilium habet, civitatem, unde ortus, propterea non amittat. Ut nec amittit Professor, nec verbi divini præco, si ruri rusticos doceat, nec Studiosus, nec miles, qui studiorum, aut militiæ causa alio se contulit, *l. 28. pr. ff. ex qu. cau. maj. l. 13. C. de dign. l. ult. C. de incol. l. 14. ff. ad municip.* Zanger. *de except. part. 2. cap. 1. n. 34.* Non ubi quis domicilium habet, ibi statim & civis est, *arg. l. 29. ff. ad municip.* Professor Leydæ domicilium habet, sed civis nequaquam est. Studiosus similiter, etsi Leydam forsan transtulit rerum suarum summam. Vid. *Statut. Acad. art. 39.* Sic civis Amstelodamensis Advocatus discedit Hagam ad discendam ibi praxin, an amittit civitatem? Nequaquam, ut puto.

Sed quo civitas ergo exuli, si exilium perpetuum? Respondeo liberis ejus prodest, quos dum exul est, procreat, *arg. l. 2. §. 7. ff. de decur. l. 26. ff. de pœn.* Pœna interim satis gravis, plerumque addita pœna capitis, siquis ausus reverti. Reverti scilicet vel in urbem, si ei urbe interdictum, vel intra

intra id territorium, aut intra ea miliaria, quibus jussus excedere. Jussus interdum uno, interdum quatuor aut quinque, interdum & diœcesi, & vel superiori, vel inferiori, imo & universa, prout verbis sententiæ diserte id expressum. Nihil si expressum, proscripto simpliciter nec intra miliare ad urbem licuit accedere. Præclarum Urbis privilegium, quo & citra controversiam Urbs jam olim usa.

Ex Actis Ann. 1344. *Voert want een out wilcoer is, end der Stat boec bout, wien de Stat verboden wort, dat hi ene mile van der Stat wesen sal, dat dicke verbroken is, so is out Raet ende nywe overdragen mit gemeenre morgensprake van allen gilden, so wien de Stat verboden is, ofte noch verboden worde, ende binnen synre tyt binnen der milen quame, buten oerlove des Raets van der Stat, die waer ontborgert, ende men sonde hem ter clocken ewelic de Stat verbieden op syn lyf.*

Ex Actis Ann. 1522. *des Manendachs na Sunt Jacobs dach: Sleten Scepene, Raide, ende Oudermanne, dat* Hendric Aertsen van Culenborch, *ende* Jan Henricsen van Woensel *by den Bosch vry affgaen, ende uter Stadt ende Gestichte wesen ende bliven sellen zess jaer lanck op hoer lyff, ende daer op oervede doen sellen in brieven.*

Ex Actis ejusdem Anni, *s'Vrydags na sunte Kathrynen dach: Want* Ermgaert van Zwol *die bekelster mede in varenden velde is geweest, doe die commotie was op Sinte Margrieten dach lestleden, Soe sleten Scepene, Raide, ende Oudermans, dat zy gelyck andere te voren uter Stat wesen, ende vyf milen dair aff bliven zal ewelick by t'verboerd van haer lyff, ende men selse terstont uytleyden, ende zy zel mede oervede doen op haer lyff.*

Ex Actis Ann. 1523. *des Vrydachs op verscheydinge der Apostelen dach den 15. Jul. Want* Jan van Hoern *hem binnen onser Stadt onmanierlicke ende ondoechtlick gehadt ende gewandelt heeft, Soe sleten Scepene, Raide, ende Oudermans, dat hy uter Stadt ende t'Nedersticht van Utrecht wesen sel ewelyck op syn lyff. Ende zel behoerlicke oervede doen in brieven &c.*

Ex plebiscitis Ann. 1385. *des Donredaghs na Victoris:* Gisebrecht van Sculenborch Gerifaes soen *heeft doet geslagen Gheryd Heyen Johannes Heyen soen onsen borgher, des verbietmen hem de Stadt C. jaer ende enen dach op syn lyff.*

Sed nec pœna hæc ſemper addita, nec exilium ſemper idem. Exemplum apud Romanos, quo quis exul in patria. Exemplum item Ultrajecti, quo quis exul in Urbe. Appian. Alexandr. *lib.* 4. *de bell. civ. cap.* 315. *Sittium Caleni civem ſuum, & in ipſos pro amplis facultatibus munificum, cuſtodiverunt armati, ſervos minis cohibendo, milites arcendo a mœnibus, donec deferveſcente malo, per legatos impetrarunt a triumviris, ut in patria manens exularet a reliqua Italia.* Σίττιος μὲν δὴ πρῶτος ἢ μόνος ἀνδρῶν ὅδε τῆς ξένης ἐφυγαδεύετο ἐν τῇ πατρίδι. *Ita*, inquit, *Sittius primus & ſolus mortalium exulavit in patria.* Ex Actis Ann. 1530. *des Woensdachs na St. Jans dach decollationis den leſten dach Auguſti:*

Want Michiel Egbertſen *die Backer hem ontgaen ende miſdaen heeft tegens ſynen eedt die hy int leſt incomen in deſe Stadt mit meer ballingen gedaen heeft die Keyſerl. Majeſt. ende oock den Electt ende confirmeert van Utrecht, ende voert tegen t'beveel hem van Keyſerl. Majeſt. wegen gedaen by ſijnen eede, dat hy niemant geeſtelicke noch weerlicke mit woorden ofte wercken in geenre wys miſdoen en ſonde, twelck hy aen Reyer Janſſen onlangsleden misbruyckt heeft, als genoch beweſen is. Waer op hy by den Scout van Keyſerl. Majeſt. wegen beſproken ende te recht voor Borgemeyſters ende Scepenen geſtelt is worden, Soe ſleten ende weſen Borgemeyſters ende Scepenen by advyſe van myn Heere die Stadhouder van Keyſerl. Majeſt. wegen voor recht, datmen Michiel voerſz. optie vierſcaer voert Scepenhuys ſyn twee voorſte vingeren int anderde lit an zyn rechterhant afhouden zel, Condemneren hem voert in de ſomme van* 300. *Cal. gulden, daer van die twe deelen komen ſellen tot profyt van Keyſerl. Majeſt. ende dat derdendeel tot reparatie van de Wittevrouwen poert, Ende bannen oock den ſelven Michiel voorſz drie jaer lanck binnen der Stadt van Utrechts poerten ende mueren te blyven opt verboeren van zyn lyff. Actum ten dage voorſz int poerthuysgen op de brugh van Vredenborch aen de Zuytſyde.*

Exemplum etiam, quo coactus quis jurato promittere ad certum aliquod tempus exceſſarum ſe diœceſi. Perjuro ſub pœna capitis æternum non diœceſi ſed urbe interdictum. Ex Actis Ann. MCCCCLXXX. *Op ſunte Peters dach primo Auguſti: Want Gysbert Arnt Gysbertsſen ondeuchdelike mit zynre moeder ommegegaen, ende hoer van hoeren bedde by nacht geweltliken gelicht, ende te ſlaen gedreycht heeft, Darromme hebben Scepene, Raide, ende Ondermans geſleten, dat hy den Raide vergifniſſe bidden zel, ende wilkoren, loven, ende ſekeren in brieven vier jaer langh uyt den Geſtichte van Utrecht te we-*

te wesen, ende ene bedevaert te doen to Romen, Ende waert sake, dat hy binnen den vier jaren binnen den Gestichte van Utrecht quame, ende die Rait dat ter waerheyt vername, alsdan sel hy uyt der Stat wesen, ende ene mile van der Stat bliven ewelyck op zyn lyff, Ende thende den vier jaer sel hy bethoen brengen, dat hy die voersz bedevaert to Romen gedaen sel hebben, Ende mede sel hy syne koeren betalen, eer hy weder binnen de Stadt komen sell.

Poterant, puto, sufficere hæc, sed ut formulas majorum, quibus usi in judicando, plenius noscamus, addam adhuc quæ sequuntur.

Ex Actis Ann. 1516. *des Woensdachs na sunt Jacobs dach: Want* Maerten van Reckelikhuysen *op sint Jacobs dach lestleden van Yselsteyn te paerde is comen ryden bynnen onse Stadt, ende enen anderen man om te slaen onmanierliken na gereden, ende in een huys nagejaegt heeft, Soo sleten Scepene, Raide, ende Oudermanne, dat hy komen sel in syn binnen klederen, bloots hoefts, ende barvoets mit een bloot sweert in syn hant voer der Stat klocken, bekennende syn lyf verboert te hebben, biddende om gratie ende genade. Ende zel uter Stadt wesen, ende twe milen weeghes rontomme daer van bliven ewelic op zyn lyff &c.*

Ex Actis Ann. 1519. *des Vrydags na Egidii: Want* Pauwels Aertsen *beleden heeft dieverye gedaen te hebben, Soo sleten Scepene, Raide, ende Oudermanne, datmen dat rechten zel mitter lynden aen zyn lyff.*

Want Jan Splintersen *beleden heeft sekere saeck bedreven te hebben, die mitten brande hoert gestraft te worden, Soe sleten Scepene, Raede ende Oudermanne datmen dat rechten zel mitten brande an zyn lyff.*

Ex Actis Ann. 1564. *Een Borger, die enen anderen Borger doet sloege, waer hy wyf of man, Gryptmen hem, daer en is niet te nemen voer zyn lyff, Ontquame hi, so soude hi ballinge wesen uter Stat, ende een mile van der Stat C. jaer ende enen dach &c.*

Ex Actis Ann. 1455. *des Vridags op sinte Bertelmeus avont: Want Jan Bollewambays van Mechelen, ende Gysbert Dircsen, diemen Crepel Gise heet, tot vele steden, dat onreyne werck, dat tegens de natuer is mit malcanderen ende andere manspersonen gedaen ende volbracht hebben, Hieromme syn*

Scepene, Raide, ende Oudermans overdragen dat te rechten aen een stake mit den brande aen hoer live.

Quod ad membris mutilandi jus, quamvis frustra de eo dubites, exemplum tamen addam: Ex Actis Ann. 1448. *des Woensdachs den 17. dach in April. Sleten Scepene, Raide, ende Oudermans, datmen Lyse Koenen, diemen grote Lyse heet optie Kake setten sel, den steen doen dragen, een oer afsniden, en dat oer an die Kaeck spikeren om des wille, dat sy dieflic goet willens ende wetens gebruuct heeft, ende des groetlic genoten, ende men sel hoer ewelic die Stat, ende een myl van der Stadt te wesen verbieden mitter clocken op hoer lyff.*

Nec id tantum olim jus. Jus faciem etiam inscribendi, prout passim tum usitatum. Ex Actis Ann. 1480. *des Woensdachs na Letare:* * *Want Wouter Marcelyssen enen Koopman t'syne mit valscheyden afhendich gemaeckt, ende ontferret heeft, daerom hebben Scepene, Raide, ende Oudermans gesleten, dat hy twe uren op den Kaick staen sel, ende men sel hem enen penningh in syne wangen bernen, ende hy zel wilkoeren in brieven om deser saken wille niemant te misdoen &c. ende tien milen na der Stat niet te komen ewelicke op zyn lyff.* Charta apud Brouwer. 3. *antiq. Fuldens. cap.* 15. *Illi, qui hujus facti dux & princeps fuerit, tollatur corium, & capilli, & utraque maxilla ferro candenti comburatur.*

De nummo non mirum. Clavem etiam inurebant. Ex Actis Ann. 1459. *op sint Jans avont Decollatio: Sleten ende Overdroegen Scepene, Raede, ende Oudermans, datmen Grieten om hare dieverie will op ten Kaec setten sell, een oir off snyden, ende een slotel in der wange drucken, ende sy sel den steen dragen, ende ewelic uter Stat wesen op hoer lyff, end een mile van der Stat.*

Etiam oculos eruebant. Ex Actis Ann. 1480. *des woensdachs na Remigii: Sleten Scepene, Raide, ende Oudermans, datmen Egbert van Roeden beyde zyne ogen uytsteken sel, om deswillen, dat hy goet den Gelreschen toebehorende in den Gestichte van Utrecht verspyet gehadt heeft enighen Ruteren, die dat aengetast hadden, mer dat worde hem weder ontdragen.*

Nec

* Johannes II. Archiepiscopus Lugdunensis apud Mabillon. 3. *analect. in fin. Unde & in Dominica qua cantatur Letare Jerusalem, expleta sollemni processione, in qua rosam auream idem summus Pontifex circumportat &c.*

Nec frustra hæc adjecta, *op zyn lyff, op hoer lyff.* Ex Actis Ann. 1448. *des Woensdachs na Petri en Pauli: Sleten Scepene, Raide, ende Oudermans, datmen Jan Willemsen van der Krieve, diemen Bouwekyn heet, rechten sel mitten sweerde an zyn lyff, want hi in tiden voerleden oervede gedaen heeft op zyn lyff, dat hi binnen ses jaren in den Gestichte niet comen en soude, ende daerenboven weder in den Gestichte gecomen is, ende den luden t'hoer genomen ende afgedwongen heeft.*

Jam olim ergo Urbi & patibulum & rota. Jam olim ei carnifex, qui & nulli quam Urbi ipsi solemne præstitit juramentum. Ex Actis Ann. 1523. *'s Vrydags na sunt Jan Baptisten dach: Sleten Scepene, Rade, ende Oudermans, datmen Comen Dirck overleveren sel den Scout gefroent, als een die met opset gecomen is mit een gespannen boghe, bedect onder zyn cleder, voer Willem Goertssens huys tot Honswyck, ende hem geweech-laecht, ende mit verradelicke woorden gesproken heeft, seggende op Willem Goertssen, U bye swerm, Ende Willem voersz daer-en-boven so verradelycken door syn lyff gestoten heeft, Ende die Scepene sellen recht wysen in sulcken scyne, datment rechten zel mitten sweerde an zyn lyff, ende zyn lichaem voert op een Rat leggen als een wreetlick moordadich feyt.*

Ex Actis Ann. 1517. *des Manendaghs opten XIII. avont: Meyster Henrick Jacobssen van Antwerpen is huyden aengenomen tot enen scerprechter, ende heeft zynen eedt gedaen, ende sel hebben dat Meyster Jan had ter Stat wederseggen, En die Rait heeft hem Remissie en quytscheldinge gedaen van alsulcke misdaden, als hy te kennen gaff, ende in schrift over-leveren soude.*

Ex Actis Ann. 1520. *des Saturdags opten beloken Paesch avont: Frans Aryaenssen is op huyden aengenomen tot enen Scherprechter, ende heeft zynen eed gedaen der Stat ende gemeene Borgheren hout ende trou te wesen &c.*

Toga ei gratuita, ut & ceteris viatoribus, sed rubra partim, partim alba. Ex Actis Ann. 1522. *des Vrydags na Invocavit: Beliest by den Raide, datmen den Scherprechter enen tabbert van root ende wit van der Stat wegen geven sell.*

Supplicium sumptum non pro Curia, sed plerumque etiam alibi, ut ad S. Servatii. Ex Actis Ann. 1521. *des Dynsdachs na Sint Agnieten dach: Overcomen ende beliest by den Rade out ende nye, datmen voertan die misdadige* ver-

verwysde luden, t'sy Borgeren, uytheemsche, ofte andere, die mitten sweerde aen hoere liven verwesen of veroerdeelt sullen werden, rechten ende justicieren sell voer den toern op sinte Servaes beek, ende aldaer een bequaem plaetse, die-men besluyten sell mogen, toemaken sell, om veel periculen voertan te mogen vermyden.

Nec, quod præterea notandum, circumscriptum jus gladii, ut supra in Toparchis. De quovis crimine Urbs cognovit. Etiam de atroci. De majestatis &c. Confiscavit perduelles, seditiosos, hæreticos. Et hinc supra de proscriptis ex Actis Ann. 1413. *Ende ymant van hem die dit verbrake, die en soude syn Borgerscap geen stade doen, Ende daer toe wout die Raet out ende nye houden aen haren live ende goede.* Hæresis crimen olim atrox. Crimen majestatis. Præsertim divinæ, *l. 4. §. 1. C. de haret.* Ex Actis Ann. 1545. *des Saturdachs den 26. Junii.*

Also Hermen Dircks *geboren uyt den Achter-sloot by den Schout deser Stadt van Utrecht van wegen der Keyserl. Maj^t geapprehendeert, ende daerna in presentie van de Burgemeesters ende Schepenen deser Stadt voorsz geexamineert is, Aldaer hy sonder eenige pyn ende buyten banden van ysere opentlyck beleden ende bekent heeft, dat hy verdoopt is, ende die adherenten van de gereprobeerde secte van Batenborch, ende oock David Joris, contrarie onsen Heyligen Christelycken geloove, wetelycken gelogeert ende geherbercht heeft, Alle 'twelcke contrarie is die placaten van de Keyserlicke Majesteyt daer op gemaict, Waeromme die Schout voorsz van Keyserl. Maj^ts wegen hem voor Borgemeesteren ende Schepenen te recht gestelt heeft, ende geconcludeert, datmen hem om t'gunt voorsz is behoorden te richten mitten sweerde aen zyn lyff, ende noch daerenboven zyn goeden geconfisqueert te worden tot des Keyserl. Maj^ts behouff anderen ten exempel, Hebben daeromme Burgermeesteren ende Schepenen voorsz van Keyserl. Maj^ts wegen, als Hertoghe van Brabant, Grave van Hollant ende Erffheere van der Stadt, Steden, ende Landen van Utrecht vermaent wesende, gewesen, ende wysen mits desen voor recht, Datmen Hermen Dircks voirsz omme t'gunt voirsz is richten sal mitten sweerde aen zyn lyff, ende zyn goeden geconfisqueert te sijn tot behouff van Keyserl. Majesteyt, anderen ten exempel, achtervolgende Keysel. Maj^ts mandementen.*

CAPUT XXVIII.

De Advocatis ecclesiæ. An res olim ecclesiasticas administrarint episcopi. Quodnam proprium ipsorum munus. Soli an olim Verbum Dei prædicarint. Ubi habita ab iis concio. An stantes concionati. A sedentibus an auditi. In ecclesia primitiva an iidem Presbyteri, episcopi, Parochi. Parochia idem quod diœcesis. Plausus in concionibus. Pugillares. Notarii. Matroneum quid. Quid capsum. Quid altarium. Quid Βῆμα. Matricularii. Canonica. Cura pauperum, viduarum. Circada. Procuratio. Circuitio. Comestio. Luxus, fastus episcoporum. Paparum fastus quam ingens. Papa Petri successor. Papa Petrus etiam ipse. Papa Deus in terris. Solus orbis monarcha. Denarius S. Petri. Quot ecclesiæ olim partes. Monachi an pars cleri.

Quantum ad Advocatum ecclesiæ, quem dixi, de eo etiam satis constat, quod penes eum summa judiciorum capitalium, præsertim ruri & extra urbem. Operæ pretium videtur, ut paucis hic exponam, quis proprie hic Advocatus, & quæ ejus potestas.

Primi olim episcopi, & primi, qui Ultrajecti, ut Willebrordus, Bonifacius, Gregorius &c. cum aliud non curarent quam peccatorum salutem, quam Christum & ejus crucem, in Verbi prædicationem, in conversionem gentium, in mores hominum efformandos, neglecta re familiari incumbebant assidui, munere episcopali functi strenue & diligenter. Proprium enim episcopi & præcipuum ejus munus est Verbum Dei prædicare, fundendis ad Deum precibus, lectioni & orationi totos dies insistere, & inprimis Dominicos, *can. episcopus dist.* 88. Sexta Synodus in Trullo Ann. 707. Constantinopoli habita *can.* 19.

Ὅτι

Ὅτι δεῖ τοὺς τῶν ἐκκλησιῶν προεστῶτας ἐν πάσῃ μὲν ἡμέρᾳ, ἐξαιρέτως δὲ ταῖς κυριακαῖς πάντα τὸν κλῆρον καὶ τὸν λαὸν ἐκδιδάσκειν τοὺς τῆς εὐσεβείας λόγους, ἐκ τῆς θείας γραφῆς ἀναλεγομένους τὰ τῆς ἀληθείας νοήματά τε καὶ κρίματα. *Oportet ecclesiæ Præsides cum omni die tum præsertim Dominico, clerum omnem & populum docere, quæ ad pietatem spectant, ex divina scriptura colligentes veritatis sententias.* Concilium Arelatense sextum Ann. 813. Carolo Magno imperante *can.* 3. *Ut unusquisque illorum in propria parochia perfecte studioseque presbyteros, & universum populum docere, & instruere non negligat, quia ignorantia mater cunctorum est errorum, & maxime in Sacerdotibus Dei vitanda est, qui docendi officium in populis susceperunt &c. Sciant igitur Sacerdotes scripturas sanctas, & canones, ut omne opus eorum in prædicatione & doctrina consistat.* Turonense tertium eodem anno celebratum *can* IV. *Sollicite studeat unusquisque episcopus gregem sibi commissum sacra prædicatione quid agere, quidve vitare debeat, informare.* Cabillonense tertium eodem anno *can.* I. *Ut episcopi assidui sint in lectione, & scrutentur mysteria verborum Dei, quibus in ecclesia doctrina fulgore splendeant, & verborum Dei alimentis animas sibi subditas satiare non cessent.* In formula Præcepti, quo Francorum reges alicui episcopatum concedebant, expresse etiam hoc est; *ut juxta canonicam institutionem plebem vobis commissam assiduis prædicationum sermonibus expolire studeatis.* Excommunicatur qui id insuper habet, & si deses non resipiscat, ut indignus deponitur, *can. Apostol.* LVII. Unde episcopi Gallieno in edicto apud Eusebium *lib.* 7. *hist. cap.* 13. quo persecutioni indixit justitium, προεστῶτες τοῦ λόγου. Singulis Dominicis Ambrosium se audisse affirmat ipse Augustinus *lib.* 6. *Confess. cap.* 13. *Et eum quidem in populo verbum veritatis recte tractantem omni die Dominico audiebam.* Idem in Joannem *tract.* 47. *Fratres quæramus hoc paulo attentius. Non nos artat hora, quæ solet. Die Dominico vacat nobis. Hoc lucrentur, qui ad Verbum Dei etiam die hodierna conveniunt.* Add. Nomocan. apud Coteler. *to.* I. *monum. can.* 26. Dion. Petav. I. *diss.* 8.

Et ita olim moris. Pro gradibus altaris faciebant verbum e suggestu cum aliis diebus, tum inprimis Dominicis. Suggestus intra Cancellos, qui inter clerum & plebem. Idem Augustin. 22. *de Civit. Dei cap.* 8. *Quod cum ex dominico Paschæ die tertio fieret in gradibus exedræ, in qua de superiore loquebar loco, feci stare ambos fratres.* Socrat. 6. hist. eccles. cap. 5. καθεσθεὶς ἐπὶ τοῦ ἄμβωνος, ὅθεν εἰώθει καὶ πρότερον ὁμιλεῖν χάριν τοῦ ἐξακούεσθαι,

καθεσθεὶς, *Sedens in ambone unde etiam antea concionari solebat, quo facilius exaudiretur.* Childeberti regis constitutio apud Sirmond. *to.* 1. *Concil. Gall. p.*500. *Verba de altario faciente Sacerdote quæcunque de Evangelio &c.* Dico *intra cancellos.* Nam ut hoc etiam addam: Plebs capsum occupabat. Altarium erat cleri. Et cancellis distincta hæc. Altarium pars ecclesiæ altare etiam continens. Nam & proprie hæc distincta, quamvis alibi confundantur. Capsum media pars templi. Quæ a formæ structura etiam *Navis*, *Mediana.* Gregor. Turonens. *lib.* 6. *hist. cap.* 11. *Dum diversa inter se super altarium conferunt, recedentes ab altario Salutatorium ingrediuntur.* Idem 2. *hist. cap.* 14. *Ostia octo: tria in altario, quinque in capso.* Idem *de miracul. B. Mart. lib.* 1. *cap.* 5. *Factum est autem, ut illa dominica Prophetica lectione jam lecta, ante altarium stante, qui lectionem B. Pauli proferret, Beatissimus Antistes Ambrosius super sanctum altare obdormiret.* Add. eund. 7. *hist.* 22. & 8. *hist.* 21. & Altesere. ad eund. 7. *hist.* 71. Aimoin. 2. *hist.* 28. Adon. Viennens. ad Ann. 4271.

Græci in tres partes ecclesiam partiti. Prima *βῆμα*, *ἱερατεῖον*, ubi duo altaria, & majus, & minus. Minus *πρόθεσιν* vocabant, in quo quæ sacrificio necessaria reponebant. Majus, quod in medio, *τράπεζαν τὴν ἁγίαν*, *τὸ θυσιαστήριον* &c. Codinus: *τὴν μὲν ἐν τῷ μέλλει συνήθεια* &c. *εἰσερχέσθαι τὸν βασιλέα εἰς τὸ ἅγιον βῆμα καὶ θυμιᾶν τὴν ἁγίαν τράπεζαν.* Vinc. Riccard. *ad Procl. orat.* 18. Meurs. *ad Constant. de adm. imp. cap.* 12. Unde & *τὸ θυσιαστήριον* interdum idem quod *βῆμα*. Quod enim Chrysostomus in Liturgia, *εἰσέρχεται αὖθις εἰς τὸ ἅγιον βῆμα*, Dionys. Areopagita *cap.* 3. *de eccles. Hierarch.* *ἐπὶ τὸ θεῖον θυσιαστήριον* dicit. Et locus hic Sacerdotum. *Βῆμα*, quod editior adinstar tribunalis. Altera *ναὸς*, templum. Templi navis Latinis, in quo populus universus. Seorsim tamen mulieres a viris per tabulatum, in quo sacra, quæ fiebant, per clatros prospiciebant. In cujus superiori parte prope *βῆμα* aut *ἱερατεῖον* erat chorus Cantorum. Psaltas vocabant ipsi. Tertia erat *πρόναος*, templi vestibulum, in quo publici pœnitentes. Quorum quatuor erant species, *προσκλαίοντες*, *ἀκροώμενοι*, *ὑποπίπτοντες*, *συνεστῶτες*, Deflentes, Audientes, Succumbentes, Consistentes. Matthæus Blastares: *καὶ προσκλαίοντες μὲν εἰσιν, οἱ ἔξω τῆς θύρας τοῦ ναοῦ ἑστάμενοι, καὶ παρὰ τῶν εἰσιόντων τε καὶ ἐξιόντων πιστῶν εὐχὴν τε αἰτούμενοι, καὶ τῆς ἁμαρ-*

τίας συγχώρησιν, † *Et deflentes quidem sunt, qui extra portam oratorii stant, & a fidelibus introeuntibus & exeuntibus supplicant, ut pro illis Deo preces effundant ad veniam peccatorum impetrandam.* Scholiastes Harmenopuli *in epit. can. sect.* 5. *tit.* 3. προσκλαίων, ἤγουν ἔξω τῆς ἐκκλησίας ἱστάμενος, καὶ τῶν εἰσιόντων δεόμενος ὑπὲρ αὐτοῦ εὔχεσθαι, *Plorans, hoc est, stans extra ecclesiam, & ingredientes orans, ut pro se preces fundant.* Deflentium pessima conditio, Paulo melior audientium. Gregor. Thaumaturg. *can.* 11. ἡ ἀκρόασις ἔνδοθι τῆς πύλης ἐν τῷ νάρθηκι, ἔνθα ἑστάναι χρὴ τὸν ἡμαρτηκότα, ἕως τῶν κατηχουμένων, καὶ ἐντεῦθεν ἐξέρχεσθαι, ἀκούων γάρ, φησί, τῶν γραφῶν, καὶ τῆς διδασκαλίας ἐκβαλλέσθω, καὶ μὴ ἀξιούσθω προσευχῆς, *Auditio est intra portam in Narthece, ubi oportet eum qui peccavit, stare usque ad Catechumenos, & illinc egredi: audiens enim, inquit, scripturas & doctrinam, ejiciatur, & precatione indignus censeatur.* Matthæus Blastares: Ἀκροώμενοι δὲ οἱ ἔνδοθεν τῆς θύρας ἱστάμενοι ἐν τῷ λεγομένῳ νάρθηκι, καὶ τῶν θείων γραφῶν, καὶ τῆς κοινῆς ἐπακούοντες διδασκαλίας, εἶθ' οὕτω μετὰ τῶν κατηχουμένων, ἐξερχόμενοι, *Audientes vero sunt, qui intra portas stant in loco, qui dicitur Narthex, & divinas scripturas, & communem doctrinam audiunt, & tum demum cum Catechumenis exeunt.* Succumbentes cum reliquis etiam templum ingressi, sed genu flexo prostrati, necdum tamen sacri sacramenti participes. Nec magnum inter eos & Consistentes discrimen. Balsamon ad *can.* 11. *Concil. Nicæn.* ὑποπίπτειν, ἤτοι ἵστασθαι ἐντὸς τῆς ἐκκλησίας, ὄπισθεν μέντοι τοῦ ἄμβωνος, καὶ ἐξέρχεσθαι μετὰ τῶν κατηχουμένων, *Substerni, sive intra ecclesiam stare, sed post ambonem, & cum* ‡ *Catechumenis exire.* Stantes, quod non necesse, ut expurganti se submitterent, genu flecterent &c. A tremendis mysteriis tamen seclusi etiam ipsi. *Pronaus* idem quod *narthex.* Nec est quod Allatius

† An & hi in Pronao? Balsamon ad can. 2. Dionys. Alexandr. Καὶ ἐν αὐτῷ τῷ προνάῳ οὐδὲ ἀνδράσιν ἐφεῖται ἵστασθαι ἐπιτιμηθεῖσι μὴ ἐκκλησιάζειν ἀλλὰ ἔξωθεν αὐτοῦ προσκλαίειν, *Et in ipso Pronao ne viris quidem stare permittitur, quibus imposita est pœna, ne in ecclesia versentur, sed extra ipsum flere.* Puto loci consuetudinem, & delictum, & tempus distinguas necesse est. Tertull. *lib. de præscript. temp. advers. hæret. cap.* 41. *Quis catechumenus, quis fidelis, incertum est, pariter adeunt, pariter audiunt, pariter orant.* In propylæis, in porticu, in προπυλαίοις alioquin. Balsam. *ibid.* οὐ γὰρ εἰσὶν οἱ πρόναοι κοινοί, ὡς τὰ τῶν ἐκκλησιῶν προπύλαια. Vid. Allat. *de narth. vet. eccles. pr. & vers.* προσκλαίοντες.

‡ Nam & hi in Pronao. Vid. Allat. *d. loc. vers. Prima itaque & vers. Nos etiam.* Et aut Audientes aut Competentes. Audientes, qui verbum Dei audiebant, baptismo nondum digni. Competentes, veterani, qui jam in fide instituti, & propediem baptizandi.

latius toto eo tractatu de *narthece veteris ecclesiæ* tantopere se torqueat, ut qui narthecem collocant intra templum cum iis redigat in concordiam, qui in alia eunt omnia. Nec semper, nec ubique templi eadem structura. Et quidni certo respectu & intra & extra? Extra scilicet ecclesiam, id est, ecclesiæ eam partem, quam occupabant fideles, τῶν ἁγίων μυστηρίων, & sacrorum participes.

Βῆμα locus editior, dixi, ἱερατεῖον &c. Maximus Monachus *in exposit. Liturg. cap. 3. Dividitur ecclesia & in locum solis Sacerdotibus & ministris attributum, nempe ἱερατεῖον, sacrarium, & eum ad quem patet aditus omnibus fidelibus, quem vocant ναόν, templum.* Synod. in Trull. *can. 67.* Μὴ ἐξέστω τινὶ τῶν ἁπάντων ἐν λαϊκοῖς τελοῦντι ἔνδον ἱεροῦ εἰσιέναι θυσιαστηρίου. *Nulli* [†] *hominum, qui sit in laicorum numero liceat intra sacrum altare ingredi.* Quocirca & Sacerdotes, οἱ περὶ τὸ βῆμα. Gregor. Nazianzen. *orat. 19.* Τοὺς ἱερέας τούς τε ἄλλους, καὶ ὅσοι τοῦ βήματος, *Sacerdotes cum alios, tum qui sacri altaris sunt.* Et τάξις τοῦ βήματος, *clerus, sacer ordo* Greg. Nazianzen. *orat. 20.* Οὐκ ἀπαξιώσας τὴν τάξιν τοῦ βήματος, *Nec sacerdotii gradu indignos ducens.* Cœli formam habebat βῆμα, si laquear considerares, pavimentum autem terræ, ut late probat Maximus *d. exposit. cap. 3. & 4.* Tribunalis tamen instar. Vitruv. *lib. 5. cap. 1. Tribunal est in ea æde hemicycli schematis, minore curvatura formatum. Ejus autem hemicycli in fronte est intervallum pedum quadraginta sex, introrsus curvatura pedum quindecim.*

Pronaus idem quod narthex, in quo, ut dixi pœnitentes. Allat. *de narthec. vet. eccles. vers. Et has quidem & vers. Et ne in tanta.* Certe & πάντη tum κατὰ τάξιν. A viris fœminæ distinctæ. A monachis monachæ. Chrysostom. *in Matth. homil. 74.* ἐχρῆν μὲν ἂν ἔνδον ἔχειν τὸ τεῖχος τὸ διεῖργον ὑμᾶς τῶν γυναικῶν. *Oportebat quidem interiore pariete a mulieribus separari.* Ambros. *ad Virgin. lapsam cap. 6. Nonne vel illum locum tabulis separatum, in quo in ecclesia stabas recordari debuisti, ad quem religiosæ matronæ & nobiles certatim currebant tua oscula petentes, quæ sanctiores & meliores te erant.* Diversæ etiam portæ per quas sexus uterque

† Exceptus tantum Princeps. Vid. Meurs. *ad Constantin. de adm. imp. p. 25.* Allat. *de recent. Græc. templ. vers. Finito.*

que in ecclesiam ingressus. Anastas. Bibliothec. *de vit. Pontific. in Leon. III. Fecit imaginem ipsius Apostolorum Principis in porta virorum ex auro purissimo.* Locus ubi fœminæ Matroneum eidem in Gregor. IV. *Cui ex septentrionali plaga lapidibus circa septum matronarum adposuit &c.* Idem in Symmacho: *Et cameram fecit & matroneum & super confessionem imaginem argenteam cum Salvatore.*

Nec a monachis tantum monachæ. Clerici etiam a monachis. Tertium genus olim monachi. Nec laici, nec clerici. Ivo *epist.* 36. *Clericorum autem ordini publicam infertis injuriam, qui monachorum ordinem ad tam ruinosam superbiam erigitis, ut clericos eis subjugare studeatis, quorum tanta debet esse excellentia, ut secundum beatum Augustinum vix etiam bonus monachus bonum clericum faciat. Sed quia clericus ista dixit de clericis, audiamus monachum dicentem de monachis.* Locum extra cancellos tenebant medium in ecclesia inter vulgum & clerum. Dionys. Areopagit. *epist.* 8. *ad Demophilum.* Altesert. 5. *ascetic.* 6. *& de Ducib. & Comit. lib.* 1. *cap.* 17. Post adsciti in clerum. Et primum quidem a Syricio, *can. monachos* 16. *qu.* 1. Functi postquam adsciti & Sacerdotum officio, & in suis ipsi tum ecclesiis sacræ communionis effecti participes. Unde & passim in cœnobiis tum templa, ecclesiæ. Et ipsa etiam cœnobia ecclesiæ tum dicta.

Priusquam signa adhuc ærea, tabula lignea, ut & tuba, ciebant populum ad sacra. Et passim usus tum tubæ. Etiam in exequiis, in funere &c. Tertullian. *de coron. milit. cap.* 11. *Mortuus etiam tuba inquietabitur aneatoris, qui excitari a tuba Angeli expectat.* Synod. Nicæn. 2. *act.* 4. Miracula Anastas. Martyr. *pr.* Souchet. *ad vit. S. Bernardi Abbatis de Tironio cap.* 8. *& cap.* 43.

Campanis serius paulo usi, ut Leo Allatius ostendit *tr. de recentioribus Græcorum templis pr.* Hodie qui sub Turcis degunt sinistra lignum habent dedolatum, non rimosum, non fissum, duos digitos, ut ait, crassum, quatuor autem latum, dextra malleum ex eodem ligno, quo percutiunt id, verberant, & ictum edunt nunc plenum, nunc acutum, nunc gravem, nunc extensum, aut suavem. Et id Musicum velut signum, quo populus in ecclesiam, in concionem, & sacra coit. Σήμαντρον vocant, χειροσήμαντρον, κρύστρα etiam, item σύμβολον, lignum autem σφενδάμνιον. Versus sunt quantivis pretii, qui id satis significant:

Πόθεν

Πόθεν πέφυκας ὦ ξύλον

Ξύλον οἶδα με ἐν μέσῳ τοῦ δρυμῶνος,

Ἄρτι κόπτομαι καὶ ξίφει δαπανῶμαι

Νῦν δὲ κρέμομαι ἐν τῷ ναῷ κυρίου,

Χεῖρες με κρατοῦν εὐλαβῶς διακόνων,

Καὶ σφυροκοποῦσί με, φωνὰς ἐκπέμπω,

Ἵνα πάντες ἔλθωσιν ἐν τῷ ναῷ κυρίου,

Ἵνα λύσιν εὕρωσιν ἁμαρτημάτων.

Unde es, o lignum? lignum scito me in medio sylva: postea scindor & dolabra absumor; nunc pendeo in domo Domini: manus tractant me piorum Diaconorum, & malleo me percutientibus voces emitto, ut omnes in templum Domini conveniant, ut remissionem inveniant peccatorum. Usus interim vetustissimus, præsertim in monasteriis. Pulsabant tabulam, si incidisset quid, quod majoris momenti, ut si aut sacra synaxis, aut mors fratris &c. Si psallendum, si orandum, si cœnandum &c. Cæsarius *de miracul. lib.* 11. *cap.* 6. *Nocte beati Stephani, quæ proxima est natali Domini, pulsata est tabula defunctorum pro eo, & surgentes festinanter advenerunt fratres orationibus munientes fratris exitum.* Idem *cap.* 8. *ejusd. lib. Dum in extremis ageret frater Hildebrandus, tabula pulsata Conventus accurrit.* Vita S. Theodosii Archimandritæ apud Theodorum Petreorum episcopum: Οὕτως εἰς τὸν τῶν ἀοράτων ἐχθρῶν πόλεμον τοὺς τοῦ Χριστοῦ στρατιώτας ἡ ἱερὰ τοῦ ξύλου προσκαλεῖται ἠχή, *Sic ad invisibilium Christi inimicorum pugnam Christi milites sacer ligni concitat sonus.* Nicephorus Blemmides in vita S. Pauli Latrensis: μέχρις ὅτου καὶ τὸ ξύλον σημαίνει τὴν τῶν μοναχῶν ἀθροίσιν, *Donec lignum pulsarit monachorum collectionem.* Theodorus Studita in Carminibus: σάλπιζε καιρῷ τὸ ξύλον καθὼς δέει, *Veluti tuba percute lignum tempore suo, ut opus est.* Et, τοίνυν ἐπειδὰν σαλπίσῃ τις τὸ ξύλον. *Igitur cum quispiam lignum veluti tubam pulsaverit.* Alteserr. 5. *ascetic.* 22.

Passim porro populi in concionibus plausus. Notarii passim & pugillares scripto verba excipientium. Greg. Nazianz. *orat.* 32. Χαίρετε τῶν ἡμῶν λόγων ἐρασταὶ καὶ δρόμοι, καὶ συνδρομαὶ, καὶ γραφίδες φανεραὶ, καὶ λανθάνου-

σαι, καὶ βιαζομένη κιγκλὶς αὕτη τοῖς περὶ τὸ λόγον ὠθιζομένοις, *Valete sermonum meorum amatores, & cursus, & concursiones, & calami tam perspicui, quam occulti, atque hujus suggesti cancelli, a multitudine compressi hominum audiendi studio sese mutuo protrudentium.* Chrysostom. *orat.* 34. οὐ γὰρ πρὸς ἐπίδειξιν οὐδὲ κρότους λέγομεν νῦν, ἀλλὰ πρὸς θεραπείαν τῶν ὑμετέρων ψυχῶν, *Non enim ad ostentationem, neque propter applausum nunc dicimus, sed ad medelam animarum vestrarum.* Augustin. *lib.* 4. *de doctrin. Christian. cap.* 24. de concione a se habita apud Cæsaream Mauritaniæ: *Non tamen egisse aliquid me putavi, cum eos audirem acclamantes, sed cum flentes viderem, acclamationibus quippe se doceri & delectari, flecti autem lacbrymis indicabant.* Add. eund. *ad Psalm.* 51.

Verbum faciens sedebat. Sedebat saltem plerumque. Socrat. 6. *hist.* 5. καθεσθεὶς ἐπὶ τοῦ ἄμβωνος, ὅθεν εἰώθει καὶ πρότερον ὁμιλεῖν &c. ubi Vales. Sedentem stantes audiebant. Idem *in Joannem tract.* 112. *Quomodo autem inter se omnes Euangelistæ conveniant, quisquis nosse desiderat, non in his sermonibus, sed in aliis laboriosis litteris quærat, nec stando & audiendo, sed potius sedendo & legendo.* Idem, vel quisquis alius, *serm.* LII. ad fratres in Eremo: *Ut ego vos non diu teneam, præsertim quia ego sedens loquor, vos stando laboratis.* Ziegler. *de diacon. cap.* 10. *n.* 17. Allat. *de libr. eccles. Græcor. diss.* 1. *p.* 55.

Suas quidem conciones habebant etiam Presbyteri, ut ad populum Antiochenum Chrysostomus habuit adhuc Presbyter, & quidem admodum elegantes. Trigesima sexta est inter eas, in qua convertens se ad episcopum, quem auditorem tum hadebat, αἰδοῦμαι, inquit, καὶ τοῦ πατρὸς τὴν παρουσίαν, αἰδοῦμαι καὶ τὴν ὑμετέραν προθυμίαν, *Vereor & patris præsentiam, & vestram revereor promptitudinem.* Sed id episcopos non levabat. Pares saltem hactenus Presbyteri & Episcopi. Hieronym. ad Nepotianum: *Pessimæ considerationis est in quibusdam ecclesiis tacere Presbyteros, & præsentibus episcopis non loqui, quasi aut invideant, aut non dignentur audire.*

Alius præter eos ad prædicandum admissus vix, *c. audire dist.* 25. *can. adjicimus* 16. *qu.* 1. *cap. excommunicamus §. quia vero ext. de heretic.* In Oriente sub tempora Chalcedonensis Concilii cum turbas darent monachi, & sibi etiam arrogarent prædicandi licentiam diserte id iis vetuit Leo Papa I. *epist.* LXIII. *Adjicimus,* inquit, *illud etiam, quod nobis propter improbitatem quorundam*

rundam monachorum religionis vestra verbo mandastis per Vicarios vestros, & hoc specialiter statuentes, ut prater Domini Sacerdotes nullus audeat pradicare, sive monachus, sive laicus ille sit, qui cujuslibet scientia nomine glorietur. Dicit enim beatus Hieronymus, ait Ivo *epist.* 41. *Monachus non habet officium docentis, sed plangentis, qui se & mundum lugeat.* In casu necessitatis tantum, ob episcopi valetudinem, ob crebras occupationes, ob linguæ ignorantiam, ob defectum scientiæ, electi etiam aliunde, etiam ex Diaconis, qui prædicarent idonei, *cap. inter catera ext. de offic. jud. ord.* Etiam dico ex Diaconis. Nam alioquin ne hi quidem officio eo functi. Inter Bezam & Saraviam acris olim de eo quæstio, de qua etiam Ziegler. *tr. de Diaconis cap.* 8. *pr. & §.* 1. *& seqq.* Aliter autem disceptantes vix componas, quam dixi. Concilium Ancyranum *can.*25. loquens de Diaconis: πεπαῦσθαι δὲ αὐτοὺς πάσης τῆς ἱερᾶς λειτουργίας, τοῦ τε τὸν ἄρτον ἢ ποτήριον ἀναφέρειν, ἢ κηρύσσειν· εἰ μέντοι τινὲς τῶν ἐπισκόπων τούτοις συνειδεῖεν κάματόν τινα ἢ ταπείνωσιν πρᾳότητος, καὶ ἐθέλοιεν πλεῖόν τι διδόναι, ἐπ' αὐτοῖς εἶναι τὴν ἐξουσίαν, *Ipsos vero cessare ab omni sacro ministerio sive panem vel calicem offerendi, vel predicandi. Sed si quidam episcopi conscii sint laboris ipsorum, & humilitatis & mansuetudinis, & voluerint eis aliquid amplius tribuere, in eorum potestate id esse.* Vid. Iustell. *canon. eccles. univers.* Alteserr. *ad d. cap. inter cetera.*

Nec tantum ubi thronus, ubi sedes & domicilium, prædicabant episcopi. Lustrabant etiam diœcesin. Doctrina plebem instruebant, visitabant, monebant. *can. decrevimus can. episcopum* 10. *qu.* 1. Synodus Suessionensis. *Quando jure canonico episcopus circumit parochiam ad confirmandum populum, Abbates, vel Presbyteri parati sint ad suscipiendum episcopum in adjutorium necessitatis.* Socrates *lib.* 4. *hist. cap.* 19. Γρηγόριος δὲ τῆς Ναζιανζοῦ πόλεως ὀ-πλοῦς ἐν Καππαδοκίᾳ κατὰ τὸ αὐτὸ τῷ Βασιλείῳ διεπράττετο· περιϊὼν γὰρ καὶ αὐτὸς τὰς πόλεις τοὺς ῥαθυμοῦντας περὶ τὴν πίστιν ἐῤῥώννυε, *Gregorius autem Nazianzi urbis perexigua episcopus, idem quod Basilius prastitit, urbes quippe perlustrans languentes in fide confirmavit.* Augustin. *epist.* 15. *in append. Sed quoniam visitandarum ecclesiarum ad meam pertinentium curam necessitate profectus sum, nec per me ipse debitum continue reddere potui.* Sidon. Apollinaris Arvernorum episcopus *lib.* 4. *epist.* 13. *Nuper rogatu Germanici spectabilis viri Cantillensem ecclesiam inspexi.* Et id proprie ἐπισκοπεῖν. Girberti Papæ Sermo apud Mabillon. *lib.* 2. *analect. in fin. Nomen, quo censeris*

feris, te ipsum arguit. Episcopus enim a cunctis indubitanter vocaris: & quid aliud episcopus quam Superinspector exponitur. Alteserr. 2. *diss.* 9.

Certe hoc sensu etiam Cicero scripsit se a Pompejo episcopum designatum, ut Campaniæ oram maritimam specularetur, inspiceret. Eodem etiam Arcadius, qui pani præsunt & ceteris, quæ venum publice proponuntur, appellat episcopos *l. ult. §. 7. ff. de mun. & hon.* Vox emphatica est, & ob emphasin translata ad Pastores etiam gregis Christiani. Ab inspectione, a docendi fide, a cura, & vigilantia, quam ecclesiis debent, episcopi. Iidem etiam Presbyteri, ut non tantum in sacris literis, sed & apud Hieronymum in *epist. ad Oceanum*, & diserte apud Gratianum *c. legimus dist.* 93. *Audio quendam in tantam erupisse vecordiam, ut diaconos presbyteris, id est, episcopis anteferret.* In Actis Apostolorum *cap.* 20. *v.* 17. Mileto Paulus Ephesum mittens vocavit Seniores, id est, presbyteros ecclesiæ, μετεκαλέσατο τοὺς πρεσβυτέρους τῆς ἐκκλησίας. Et eosdem tamen mox etiam vocat episcopos *vers.* 28. Προσέχετε οὖν ἑαυτοῖς, καὶ παντὶ τῷ ποιμνίῳ, ἐν ᾧ ὑμᾶς τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον ἔθετο ἐπισκόπους ποιμαίνειν τὴν ἐκκλησίαν τοῦ Θεοῦ, *Attendite vobis, & universo gregi, in quo vos Spiritus sanctus posuit episcopos, regere ecclesiam Dei.* Theodoreti etiam sententia hæc ad caput secundum *epistolæ ad Philippenses.* Idem ad tertium *prioris ad Timotheum:* Ἀλλ' ὅπερ ἔφην, ait, τοὺς αὐτοὺς ἐκάλουν ποτὲ πρεσβυτέρους καὶ ἐπισκόπους· τοὺς δὲ νῦν καλουμένους ἐπισκόπους, Ἀποστόλους ὠνόμαζον. *Verum quod jam dixi, eosdem olim Presbyteros appellabant & episcopos. Quos autem episcopos hodie nominant, Apostolos vocabant.* Parochi etiam alibi. Et *Parochia* diœcesis. *c. nullus c. Lugdunensis* 9. *qu.* 2. Agobardus, qui olim Lugdunensis Archiepiscopus, de *cavend. convict. & societ. Iudæ. Sciat itaque paternitatis vestræ reverenda canities me anno præsenti, dum parochia nostra populos debita sollicitudine circumirem.* Hincmarus apud Flodoard. *lib.* 3. *hist. eccles. Remens. cap.* 21. *Semper fuit Remensis provincia municipium, sicut hodieque alia municipia in Remensi parochia, quæ in subjectionis loco ac nomine permanent.* Flodoard. *eod. lib. cap.* 23. *Pro quibusdam qui homicidium perpetraverant in Remensi parochia.* Chron. Casinens. *lib.* 4. *cap.* 70. *Pari etiam modo litteras Ottoni Archiepiscopo Capuano direxit, ut interdictionis & excommunicationis sententiam per suam parochiam nuntiari, & teneri faceret.* Archiepiscopi Cantuariensis parochia tota Britannia. Archiepiscopus parochus. Parochiani inter ceteros etiam Rex & Regina. Eadmer. *lib.* 6. *hist. pr. Comprobatum ab aliis est magis ad Archiepiscopum Cantuariensem id pertinere, ea ratione, quod Rex & Regina speciales ac dome-*

domestici Parochiani sunt ipsius, nec diœcesem cujusvis episcopi ei posse præcipere, quod sui juris dinoscitur esse, cum tota terra, lege primatus Cantuariæ, parochia sua sit, & omnes episcopi totius insulæ Parochias, quas habent, non nisi ab ipso & per ipsum habeant. Add. Lanfranc. *epist.* 23. *in fin.* Evagr. 4. *hist.* 20. Vales. *ad Euseb. hist. eccles. lib.* 1. *cap.* 4. Vulgo alioquin Parochia Sacerdotis, Presbyteri. Idem quod *παροικία*, quod titulus, quod plebs, quod singularis ecclesia. Juret. *ad Symmach. auctar. epist.* 23.

Sed id serius inductum, ut sui singulis ecclesiis Sacerdotes, parochi. Cum iidem adhuc Presbyteri, Sacerdotes, episcopi, plures etiam ejusmodi in eadem ecclesia. Nec alter alteri prælatus. Communis administratio. Æqualis vis & auctoritas. Uno recedente sequens ei succedebat, ut Ambrosius ad Ephes. ait *cap.* 4. Chrysostomus ad Philippenses redditurus rationem *homil.* 1. cur Paulus scribens ad *Philippenses* epistolam suam inscribat *συνεπισκόποις καὶ διακόνοις*, omissis Presbyteris, *τί τοῦτο*, inquit, *μιᾶς πόλεως πολλοὶ ἐπίσκοποι ἦσαν; Quid hoc rei est? An unius civitatis plures erant episcopi?* Mox autem respondens, *οὐδαμῶς*, ait, *ἀλλὰ τοὺς πρεσβυτέρους οὕτως ἐκάλεσεν· τότε γὰρ τέως ἐκοινώνουν τοῖς ὀνόμασι, καὶ διάκονος ὁ ἐπίσκοπος ἐλέγετο*, *Nullo modo*, inquit, *verum Presbyteros vocavit sic. Tunc enim nomina invicem communicabant: & Diaconus dicebatur episcopus.* Et paulo post rursum: *ὅπερ οὖν ἔφην, καὶ οἱ πρεσβύτεροι τὸ παλαιὸν ἐκαλοῦντο ἐπίσκοποι, καὶ διάκονοι τοῦ Χριστοῦ, καὶ οἱ ἐπίσκοποι πρεσβύτεροι. ὅθεν καὶ νῦν πολλοὶ συμπρεσβυτέρῳ ἐπίσκοποι γράφουσι, καὶ συνδιακόνῳ. Quod igitur jam dixi; etiam presbyteri olim appellabantur episcopi, & diaconi Christi, & episcopi presbyteri. Unde nunc etiam multi compresbytero & condiacono scribunt episcopi.* Hieronymus scribens ad *eand. epist. Hic*, inquit, *episcopos, presbyteros intelligimus. Non enim in una urbe plures episcopi esse potuissent.*

Sed id cum deinceps videretur incommodum, & sequentes Presbyteri interdum indigni *ad tenendos*, ut Ambrosius ait, *per vices primatus*, & partim etiam ut tolleretur dissensionum materia, ne unusquisque ad se trahens ecclesiam eam scinderet, tandem unus ex Presbyteris, qui præesset rerum summæ, rem gereret & administraret ex cæterorum consilio, & solus nomen episcopi ferret, electus & constitutus. Hieronym. ad Evagrium *epist.* 85. *Quod autem postea unus electus est, qui ceteris præponeretur, in schismatis remedium factum est, ne unusquisque ad se trahens Christi ecclesiam rumperet. Nam & Alexandriæ a Marco Evangelista, usque ad Heraclam, & Dionysium episcopos, presbyteri*

byteri semper unum ex se electum, in excelsiori gradu collocatum, episcopum nominabant. quomodo si exercitus Imperatorem faciat, aut Diaconi eligant de se, quem industrium noverint, & Archidiaconum vocent. Quid enim facit excepta ordinatione episcopus, quod presbyter non facit? Et hoc est, quod idem alibi in *epistol. ad Titum* : *Noverint episcopi consuetudine se magis quam Dominicæ dispositionis veritate Presbyteris esse majores.* Præerat, qui constitutus, non ut habens imperium, ut tyrannus, ut dominus. Non sonat nomen episcopi, ut Bernardus ad Eugenium ait, *dominium, sed servitutem.* Præerat ordine, & dignitate, & προεδρίᾳ in consessu. Augustin. *epist.* 19. *Secundum honoris vocabula, quæ jam ecclesiæ usus obtinuit, episcopatus major est presbyterio.* Præibat ceteris exemplo, vigilantia, pietate, justitia, & continentia. *Quatuor sunt*, ut egregie inquit Abbas Wolkuinus, *in quibus episcopus tenetur subditis: exemplum bonæ conversationis, pabulum sanctæ prædicationis & temporalis sustentationis, & diligens executio officii, & suffragium devotæ orationis.* Hieronymus *epist.* 100 alloquens episcopum, *Domus tua conversatio*, ait, *constituta est in gratia publicæ disciplinæ : quicquid feceris, omnes faciendum esse putant. Cave igitur, ne malum committas, quoniam qui reprehendere volunt repudiantur, si delinquentes fore videantur*; & mox: *Subvenire pauperibus, visitare languentes, gaudere cum gaudentibus debes.*

Subvenire, inquit, *pauperibus.* Nam & id incumbebat ei. Hieronym. ad Nepotianum : *Gloria episcopi est pauperum opibus providere.* In quem finem in ecclesiis, præsertim cathedralibus, album seu matricula continens eorum nomina, qui sumptu ecclesiæ sustentandi, alendi. Unde & *Matricularii.* Gregor. Turonens. *lib* 7. *hist. cap.* 29. *Nonnulli etiam matriculariorum, & reliquorum pauperum pro scelere commisso tectum cellulæ conantur evertere.* Idem *lib.* 1. *de miracul. S. Martin. cap.* 97. *Celebratisque vigiliis mane, pauperibus, qui ad matriculam illam erant, cibum, potumque prætulit.* Idem *lib.* 2. *de mirac. Cum ad matriculam illam, quam Sanctus suo beneficio devotorum eleemosinis pascit, quotidie a fidelibus necessaria tribuantur.* Add. Flodoard. *hist. Remens lib.* 3. *cap.* 6. Sed præter hos & multi alii. Augustin. *sermon. de commun. vit. cleric. Enthecam nobis habere non licet, non enim episcopi est servare aurum, & a se revocare mendicantis manum, quotidie tam multi petunt, tam multi gemunt, tam multi inopes nos interpellant, ut plures tristes relinquamus, quia quod possimus dare omnibus, non habemus, non habeamus ergo enthecam, can nolo* 12. *qu.* 1. *Entheca* hic pecunia thesauri seu gazæ instar seposita. Pro loco alioquin accipiunt, ubi nummi vel fruges, quæ de sumptu supersunt, subsidii causa deponuntur *can. nobis* 12. *qu.* 2. Altesert.

serr. 4. *diss.* 1. Canonica etiam, seu præbenda, in nonnullis ecclesiis in alimoniam pauperum. *Canonica* idem quod præbenda. De qua restituenda Gregorius Papa VII. Rainerio Aurelianensi episcopo scribit 3. *epist.* 17. *Præcipimus etiam, ut Canonicam concessam alimonia pauperum, quam ab eo usu substractam diceris vendidisse, ad eundem usum restituas.*

Etiam viduæ inter inopes, quarum cura gravari se, quod genus id semper querulum, semper sit inexplebile, non negat Chrysostomus *lib.* 3. *de Sacerdot. cap.* 16. Ex testamento Benagii Archiepiscopi Remensis apud Flodoardum *lib.* 1. *cap.* 9. *Sanctimonialibus & viduis in matricula positis solidos tres.* Scio in Archidiaconos interdum rejecta hæc, ut Concil. Carthag. IV. *can.* 17. *Episcopus gubernationem viduarum, & pupillorum ac peregrinorum, non per se ipsum, sed per Archipresbyterum, aut per Archidiaconum agat.* In se tamen passim suscipiebant episcopi. Inquirebant etiam in hæreticos *cap. excommunicamus §. adjicimus ext. de hæret.* Metu etiam pœnæ & damno episcopatus ad eos oppugnandos interdum coacti, *cap. in causis ext. de elect.*

Sed cum sensim descīscerent a vetere illa gloria, cum dominationem, cum imperium, cum tyrannidem cogitarent, cum opes crescerent, cum luxus, cum immanis ambitio,

Protinus irrupit vena pejoris in ævum
Omne nefas, fugere pudor, verumque, fidesque
In quorum subiere locum fraudesque dolique,
Insidiaque & vis & amor sceleratus habendi.

Desidia, mollitie & voluptatum blandimentis mersi ipsi & obsessi miserunt alios in suggestum, qui populo prædicarent. Altesers. 2. *diss. jur. can.* 14. Cura pauperum abjecta in id unum intenti tantum, ne deesset quod faceret ad explendam luxuriam, ad instruendam, ad promovendam eorum vim & potentiam. Idem 3. *diss.* 10. Qui veteres æmulati, cachinnis, risu, excepti. Paulatim eo res erupit. Sic verum id quod Horatius:

Ætas parentum pejor avis tulit
Nos nequiores, mox daturos
Progeniem vitiosiorem.

Et certe ea oratione qua Gregorius Nazianzenus dimissionem petit Constantinopoli illius urbis Archiepiscopus queritur exprobratum sibi, *quod nec mensa lauta & opipara, nec veste magnifica sit usus, nec splendide in publicum prodierit, nec ad eos, a quibus conveniebatur, gravitatem & fastum adhibuerit.*

Nec mirum. Præibat pessimo exemplo, qui se Petri successorem, qui se Christi vicarium cervice tam tumida tam impotenter jactabat ab episcopis Africanis non semel graviter objurgatus. *Nolite*, ajunt Cælestino, *concedere, ne fumosum typhum seculi in ecclesiam Christi, quæ lucem simplicitatis & humilitatis diem, Deum videre cupientibus præfert, videamur inducere. Propter hunc*, inquit Gregorius Nazianzenus in oratione quam habuit post suum in Urbem reditum, *res omnes nostræ jactantur & concutiuntur. Propter hunc fines orbis terræ versantur in suspicione, & bello, eoque surdo, & ne nomen quidem habente. Propter hunc periculum est, ne ab hominibus esse censeamur, qui a Deo sumus, & ne magnum illud & novum (nempe episcopi) nomen amittamus. O si nec præsidentia esset, nec loci prælatio, nec violenta præeminentia, ut ex sola virtute agnosceremur. Nunc enim dextrum hoc latus, & sinistrum, & medium, & sublimior & inferior sedes, & illa præeundi, vel eodem gradu incedendi consuetudo, multas nobis clades nequicquam intulerunt, & multos in foveam impulerunt; atque ad hircorum locum adduxerunt, non ex inferioribus tantum, sed jam etiam ex Pastoribus, qui quum essent magistri Israelis hæc ignorarunt.* Passim Patres sic questi. Ne Exarchi quidem nomen, ne primi quidem episcopi, a Patribus Africanis ut superbius admissum. Vid. Concil. Carthagin. III. *can.* 26. *&* 42. & ex eo *c. primæ sedis dist.* 99. *c. multi c. quicunque dist.* 4. Sed incassum & frustra. Susque deque id habuit Papa. Non Exarchus tantum Papa. Papa Deus in terris. Solus orbis Imp. Monarcha absolutus. Et cui ipse Imp. etiam fasces submittit. *cap. inter corporalia ext. de translat. episc. cap. quod sicut ext. de elect. & el. pot.* Sic sane existimabat Nicolaus Papa I. Nec obscure id affectabat ad Michaelem Imp. verbis usus ejusmodi, quæ ut sacri aliquid a Gratiano relata in Decretum volentibus ita Papis acceperunt vim legis *can. satis dist.* 63. *Satis*, inquit, *evidenter ostenditur a seculari potestate nec ligari prorsus nec solvi posse Pontificem, quem constat a pio Principe Constantino Deum appellatum, nec posse Deum ab hominibus judicari certum est.* Ea Papæ impudentia. Ea animi impotentia. Papa, cui jus & creandi Imperatorem & eundem rursum deponendi. Nec bruto tantum fulmine de throno eum depellendi, sed armis etiam invadendi, vi, ferro, & tormentis, &

mican-

micantibus gladiis. Quam immane illud scelus? Quam insignis perfidia Gregorii Papæ IX. qui magnanimo Imperatori Friderico II. cruce signato & in Syriam profecto regnum Neapolitanum magno exercitu conscripto ablaturus oppressit, de morte Imp. etiam sparso rumore. Quo adeo Apuli consternati, ut urbes non paucæ, quæ summa in eum fide, & constantia antea, defecerint, Germanosque ad succurrendum e Syria reduces trucidarint, & quidem vario mortis genere, sic ut merito Abbas Uspergensis exclamarit in Chronico: *Quis talia facta considerans non deploret & detestetur, quæ indicium videntur, & quoddam portentum, & prodigium ruentis ecclesiæ?* De Hildebrando quid dicam, qui eo odio insectatus Henricum Quartum Imp. clarissimum Principem, ut palam sit minitatus aut se humanis excessurum, aut regnum ei & animam ablaturum in totum? Vadian. 2. *rer. Alamann. in fin.* Sed nihil Cæsar ad Papam. Cæsar Papæ vasallus. Et versiculus satis notus:

Post homo fit Papa sumit quo dante coronam.

Nec superior tantum Papa. Superior imo & major quanto major Sol Luna est, *cap. omnes principes cap. solitæ ext. de major & obed.* Magn. Chronic. Belgic. *p.* 312. de Urbano V. *Habebaturque sicut erat semi-Deus in terris.* Et sic vulgo Canonistæ. Bald. *ad l. ult. C. sent. rescind. n. poss.* Dec. ad *cap.* 1. *ext. de constit.* Felin. *ad cap. ego ext. de jurej.* Sic Tuscus Cardinalis: *Papa,* inquit, *in temporalibus ecclesiæ Romanæ est Imp. & supra imperium.* Siquis non credat detrudendus in infernum ut infamis hæreticus. Gobelin. Persona Cosmodrom. *ætat.* 6. *cap.* 60. *Eo tempore quo Fridericus coronam suscepit imperii quidam Schismaticus in urbe fuit, qui dixit regnum sacerdotio præferendum. Quare ab exercitu comprehensus Papæ præsentatur, & post audientiam igni sententialiter adjudicatus flammis consumitur, & cinis projectus est.*

Sic vi etiam Papa, flammis, ferro grassatur, & ne necesse, ut unquam cedat vel potentissimo Principi, etiam Papa coronatur. Coronam auream cum gemmis habet a Clodoveo transmissam, quæ & *Regnum* appellatur. Flodoard. *hist. Remens. lib.* 1. *cap.* 15. *Regnum, hoc est, coronam cum gemmis pretiosis auream, donum B. Petro Apostolo misit.* Sigebert. ad Ann. DL. *Ipse vero Rex misit Romam S. Petro coronam auream cum gemmis, quæ Regnum appellari solet.* Et in signum imperii Regno utitur cum vult, mitra autem, cum non vult, in signum Pontificii. Innocentius Papa III. *serm.* 1. *in festo S. Sylvestri: Romanus itaque Pontifex in signum Imperii utitur Regno, & in signum Pontificii utitur mitra: sed mitra semper utitur & ubique, Re-*

gno vero nec ubique nec semper. Quia pontificalis authoritas & prior est & dignior, & diffusior quam imperialis. Idem *serm. 3. de coronat. Pontif. Ecclesia sponsa in signum spiritualium contulit mihi mitram, in signum temporalium dedit mihi coronam, mitram pro sacerdotio, coronam pro regno, illius me constituens Vicarium, qui habet in vestimento & femore suo scriptum: Rex Regum & Dominus dominantium.* Nec per lusum, per jocum, dicta hæc nequis erret. Jam olim dignitas sacerdotalis credita Imperatoriæ non tantum par & æqualis, sed in sacris superior etiam. Sozom. 2. *hist. eccles. cap. ult.* οὐ μὴν ἀλλὰ καὶ ἐπίσκοποι, ὡς καὶ τῆς ἱερωσύνης ὁμοτίμου τῆς βασιλείας οὔσης, μᾶλλον μὲν οὖν ἐν τοῖς ἱεροῖς τόποις καὶ τὰ πρῶτα ἐχούσης &c. *Quippe*, inquit, *cum sacerdotalis dignitas imperatoriæ par, imo vero in sacris locis etiam superior sit.* Non mirum ergo de Papa. Papæ etiam majestas. Joan. Saresberiens. *epist.* 29. scribens ad Adrianum Papam, *Majestati vestræ*, inquit, *quanta possum devotione, tanta mente pedibus vestris prostratus supplico &c.* Add. *epist. seq. & passim.* Reges ei vectigales, & in fidem, in protectionem recepti sub censu annuo. Vid. Innocent. III. *lib. 3. epist. 24. & seq.* Ad eum etiam ut cum effectu demonstraret se orbis Principem, delatus census, tributum, ex toto terrarum orbe. *Romscot* [1] appellabant, Denarium S. Petri, S. Petri eleemosynam, Anglosaxones *Rom-feoh.* Matth. Paris in vita Offæ II. Merciorum regis: *Ab Apostolica consuetudine, & reditu, qui Romscot dicitur Anglice, denarius S. Petri Latine.* Matth. Westmonasteriens. ad Ann. DCCXXVII. *Statutum est generali decreto per totum regnum Occidentalium Saxonum, in quo prædictus Ina regnabat, ut singulis annis de singulis familiis denarius unus, qui Anglice Romescot appellatur, beato Petro & ecclesiæ Romanæ mitteretur.* De singulis familiis dicit. In singula ergo tecta. Idem quod vulgo *Huysgelt.* Nec otiose id additum, *beato Petro.* Sic astu captus terrarum orbis. Sic ad dandum, ad submittendum, ad dedendum se illectus, dum omnes quicquid Papæ revera Petro putant datum, qui regni cœlorum claviger, & cujus Papa se successorem jactat, eandem habens potestatem ligandi, solvendi, claudendi, aperiendi. Effusæ in Papam terrarum opes, ut per Papam ad Petrum expeditum haberent iter, & Petrus donis inescatus extinctis flammis Purgatorii cœlum facilis aperiret. Et an mirum hinc quod Papa tot congestis divitiis, tot passim Regum obsequiis, fastu turget tam immani, ut orbis jactet se monarcham, terrarum Deum gentiumque, cui par nihil est & nihil secundum? Quod imperia transferre possit, de throno Reges dejicere, detrudere in monasterium, in infernum &c? *Duo gladii sunt Papæ, tam materialis, quam spiritualis, & hoc negare hæresis est.* Di-

serte

1 Tributum Romanum. Nam Scot est tributum. Alteserr. 3. *diss.* 12.

ferte ita Baronius ad Ann. 1053. Papa Petri successor. Et quid dico successor. Petrus potius non Papa. Petrus facit quod facit Papa. Idem Papa quod Petrus. Nec erubescit sic scribere ad Francorum reges Stephanus Papa a Longobardis obsessus : *Petrus vocatus Apostolus a Jesu Christo Dei vivi filio &c viris excellentissimis Pippino, Carolo, & Carolomanno tribus Regibus &c.* & mox : *Ego Petrus Apostolus, dum a Christo, Dei vivi filio, vocatus sum superna clementia arbitrio &c.* Vid. Francisc. du Chesne *tom. 3. hist. p. 705. & seqq.*

Quid miramur ergo? Quid quærimus, unde immanis hic Paparum tumor? Papa Petri successor. Papa Petrus etiam ipse. Petro autem Servator, & per eum Papæ, ut ajunt, dixit : *Simon Bar-Jona, Pasce oves meas*, id est, ut Baronius ait, *supremum in ecclesia dominium tibi assere*, aut ut placet Bellarmino, *regio more impera*, ac si vellet hic Cardinalis voci Servatoris nostri contradicere ex professo; *Reges gentium dominantur iis, vos autem non sic.* Nec summum tantum imperium propter unicum illud *Pasce*, sed & *ἀναμαρτησίαν*, & quod errare in fide non possit, Papæ adscribunt Baronius, Bellarminus aliique.

Nec mirum, quod ceteri paulatim fastum hunc imitati. Opes spiritum addiderunt. Addiderunt parasiti, & fusci ipsorum asseclæ. Regem quemlibet episcopum esse, & ut in Regno cujusvis Regis plus possit quam Rex ipse, æquum putat Baronius. Vid. Casaub. *prolegom. ad Baron. lit. g 3. & seqq.* † Quod ad opes, ad apparatum, ad instrumenta luxuriæ, plena omnia monumenta sunt. De Ludovico Pio Helmoldus loquens 1. *Chron.* 4. *Amplissimas*, inquit, *regni divitias ad decorem & gloriam ecclesiarum intorquens in tantum, ut episcopos, qui propter animarum regimen Principes sunt cœli, ipse eosdem efficeret nihilominus Principes regni.* Ivo de se ipse *epist* 22. *Quoniam præcedente divina gratia de stercore pauper usque ad solium principum per manum vestram elevatus sum, fateor me post Deum pro posse meo cuncta vobis debere*

† Ecclesiam putant a Christo & regiam accepisse & sacerdotalem dignitatem. Regiam, quod ipse esset e tribu Juda. Sacerdotalem, quod summus Pontifex, ἀρχιερεὺς. Traditum id ab Epiphanio in quadam disputatione contra Nazaræos. A multis perperam acceptum. A fastosis tractum in argumentum. Hinc monarchæ etiam episcopi, & *monarchia* episcopatus. Hilarus Papa Rom. ad Leontium episcopum. *Dilectissimo fratri Leontio Hilarus. Miramur fraternitatem tuam ita legis Catholicæ immemorem esse, ut quæque iniqua & contra Patrum nostrorum statuta, in provincia quæ ad monarchiam tuam pertinet, si ipse aut non vis, aut non potes, etiam nec nos silentii tui taciturnitate permittas corrigere.*

debere &c Sulpit. Sever. *dial.* I. *cap.* 14. *Siquis clericus fuerit effectus, dilatat continuo fimbrias suas, gaudet salutationibus, inflatur occursionibus, ipse etiam ubique discurrit. Et qui ante pedibus aut asello ire consueverat, spumante equo superbus invehitur: parva prius ac vili cellula contentus habitare, erigit celsa laquearia, construit multa conclavia, sculpit ostia, pingit armaria, vestem respuit grossiorem, indumentum molle desiderat &c.* Episcoporum is fastus, ut, quo major veneratio esset, gestati etiam a Diaconis, reliquiis Sanctorum appensis collo, in sellis. Concilium Bracarense *III. can.* 6. *Agnovimus quosdam de episcopis, quod in solennitatibus Martyrum ad ecclesiam progressuri, reliquias collo suo imponant, & ut majoris fastus apud homines gloria intumescant, quasi ipsi sint reliquiarum arca, Levitæ albis induti, in sellulis eos deportent. Quæ detestanda præsumtio &c.* Sed audiamus Budæum etiam Francisci I. Consiliarium olim & libellorum supplicum magistrum *lib.* 5. *de Asse: Age*, inquit, *recitentur expensarum nomina, proh superi immortales, in cupedias, in delicias popinales, in luxum mensarum, in equitium numerosum & elegans, in instrumentum lautum Episcopii, in supellectilem, in vasa argentea, in vestem stragulam & peripetasmata, in stipendium cohortis honoraria sericatorum & calamistratorum, in aviarium venaticum, & accipitrarios, in venationis ministerium, instrumentumque, in ferculorum structores, in scurras, in ludios, in acroamata, in thymelicos, in eos, quos a cavillis habent, & a voluptatibus, in deliciarum mille nomina, ut vix decima pars in erogationes pias & in rem dominicam supersit &c.* Add. Ziegler. *de dot. eccles. cap.* 8. *n.* 30. *& de diacon. cap.* 10. *n.* 23.

Sic luxu corruptis moribus, ambitione, & superbia pro sua quisque potentia religionem simulantes continenter dum certant, paupertas probro dum habetur, dum hebescit virtus, pietas, diœcesin quidem quotannis lustrabant adhuc, circumibant, sed non tam ad gregem peccantem & aberrantem reducendum in viam, ad imbuendum cœlestium præceptorum doctrinis, quam ad pompam, ad fastum, ad corradendam pecuniam, ad gregem emungendum obtentu procurationis, quæ lustranti debebatur. Non benigni aut salutares, sed graves, infesti, & acerbi ecclesiis. Guilielm. Neubrigensis *lib.* 4. *cap.* 14. de Eliensi Episcopo: *Procedebat cum mille equis, & plerumque etiam numerosius, legationis suæ nomine hospitia a cunctis per Angliam exegit monasteriis, & a minoribus quidem, quæ pondus hospitii ferre non poterant, certa, id est, octo vel quinque marcarum summa redimi hospitia censuit; majoribus vero incumbebat velut locusta.* Legatus Papæ hic de quo loquitur. Sed a Papa quod factum, a ceteris etiam factum. Per substitutos

tos, per alios. Qui & περιοδευταὶ, circuitores &c. Etiam suffraganei. *Circare* est circumire. Tibull. *lib.1.eleg.3.*

Tantalus est illic & circat stagna.

† Suffraganei non a suffragio, de quo in *l. un. C. de suffrag.* sed ab ope & auxilio, quod ferebant episcopis. Nam eorum adjutores, ut & supra jam dictum. Ivo *epist.* 200. *Quod si per vos id perficere non sufficitis, adhibete vobiscum duos aut tres ex suffraganeis episcopis, quorum consilio & auxilio scandalum hoc sedare studeatis.*

Procuratio annona, pensio, & episcopo exhibenda, & universo ejus comitatui, jumentis etiam & equis *cap. conquerente ext. de offic. ordin. cap. cum Apostolus, cap. sopita, cap. cum Venerabilis ext. de censib.* Vox quæ significatu hoc & apud veteres usitata. Virgil. 9. *Æneid.*

Quod superest, læti bene gestis corpora rebus
Procurate viri.

Vid. Biblioth. Sebus. *lib.* 1. *cap.* 47. *&* 69. Strauch. 2. *amæn.* 9. *cap.* 4. Circada etiam, *circatus*, circuitio, comestio. *cap. ad audientiam ext. de præscript. cap. præterea ext. de jur. patron.* Libellus de gestis Abbat. Gemblacens. *to.* 9. *Spicil.* 524. *Sed his quandoque factis timent circuitionis obsonia ab ecclesia antiqua exigenda esse ab episcopis futuris &c.* & mox: *scilicet ut ab ecclesia Gemblacensi &c. servitutem requirant circuitionis nullam.* Altelerr. *ad d. cap. ad audientiam.* Ziegler. *de diacon. cap.* 17. *n.* 12. *& seqq.*

† Sui & episcopis & Archiepiscopis suffraganei. Sed Archiepiscopis episcopi quotquot in diœcesi. Vid. *cap.* 8. *supr.* Primas Magnæ Britanniæ Archiepiscopus Cantuariensis Suffraganei ejus episcopi, quotquot per regnum sunt. Sic ipsi diserte apud Eadmer. *lib.* 1. *hist. Primas est non modo istius Regni, sed & Scotiæ & Hiberniæ, nec ne adjacentium insularum. Nosque Suffraganei ejus.* Idem 2 *hist. Sacravit eos Lundonia in sede episcopali ad Pontificatus honorem, ministrantibus sibi in hoc quatuor de Suffraganeis suis, Thoma videlicet Archiepiscopo Eboracensi, Mauricio episcopo Londoniensi &c.* Ivo *epist.* 157. *Graviter redargui solo caritatis intuitu Rotomagensem Archiepiscopum &c. Hoc idem feci aliis episcopis ejusdem metropolitani suffraganeis.*

byteri semper unum ex se electum, in excelsiori gradu collocatum, episcopum nominabant. quomodo si exercitus Imperatorem faciat, aut Diaconi eligant de se, quem industrium noverint, & Archidiaconum vocent. Quid enim facit excepta ordinatione episcopus, quod presbyter non facit? Et hoc est, quod idem alibi in *epistol. ad Titum* : *Noverint episcopi consuetudine se magis quam Dominicæ dispositionis veritate Presbyteris esse majores.* Præerat, qui constitutus, non ut habens imperium, ut tyrannus, ut dominus. Non sonat nomen episcopi, ut Bernardus ad Eugenium ait, *dominium, sed servitutem.* Præerat ordine, & dignitate, & προεδρίᾳ in consessu. Augustin. *epist.* 19. *Secundum honoris vocabula, quæ jam ecclesiæ usus obtinuit, episcopatus major est presbyterio.* Præibat ceteris exemplo, vigilantia, pietate, justitia, & continentia. *Quatuor sunt*, ut egregie inquit Abbas Wolkuinus, *in quibus episcopus tenetur subditis: exemplum bonæ conversationis, pabulum sanctæ prædicationis & temporalis sustentationis, & diligens executio officii, & suffragium devotæ orationis.* Hieronymus *epist.* 100. alloquens episcopum, *Domus tua conversatio*, ait, *constituta est in gratia publicæ disciplinæ : quicquid feceris, omnes faciendum esse putant. Cave igitur, ne malum committas, quoniam qui reprehendere volunt repudiantur, si delinquentes fore videantur*; & mox: *Subvenire pauperibus, visitare languentes, gaudere cum gaudentibus debes.*

Subvenire, inquit, *pauperibus.* Nam & id incumbebat ei. Hieronym. ad Nepotianum : *Gloria episcopi est pauperum opibus providere.* In quem finem in ecclesiis, præsertim cathedralibus, album seu matricula continens eorum nomina, qui sumptu ecclesiæ sustentandi, alendi. Unde & *Matricularii.* Gregor. Turonens. *lib* 7. *hist. cap.* 29. *Nonnulli etiam matriculariorum, & reliquorum pauperum pro scelere commisso tectum cellulæ conantur evertere.* Idem *lib.* 1. *de miracul. S. Martin. cap.* 97. *Celebratisque vigiliis mane, pauperibus, qui ad matriculam illam erant, cibum, potumque prætulit.* Idem *lib.* 2. *de mirac. Cum ad matriculam illam, quam Sanctus suo beneficio devotorum eleemosinis pascit, quotidie a fidelibus necessaria tribuantur.* Add. Flodoard. *hist. Remens. lib.* 3. *cap.* 6. Sed præter hos & multi alii. Augustin. *sermon. de commun. vit. cleric. Enthecam nobis habere non licet, non enim episcopi est servare aurum, & a se revocare mendicantis manum, quotidie tam multi petunt, tam multi gemunt, tam multi inopes nos interpellant, ut plures tristes relinquamus, quia quod possimus dare omnibus, non habemus, non habeamus ergo enthecam*, *can nolo* 12. *qu.* 1. *Entheca* hic pecunia thesauri seu gazæ instar seposita. Pro loco alioquin accipiunt, ubi nummi vel fruges, quæ de sumptu supersunt, subsidii causa deponuntur *can. nobis* 12. *qu.* 2. Alteserr.

ſert. 4. *diſſ.* 1. Canonica etiam, ſeu præbenda, in nonnullis eccleſiis in alimoniam pauperum. *Canonica* idem quod præbenda. De qua reſtituenda Gregorius Papa VII. Rainerio Aurelianenſi epiſcopo ſcribit 3. *epiſt.* 17. *Præcipimus etiam, ut Canonicam conceſſam alimoniæ pauperum, quam ab eo uſu ſubſtractam diceris vendidiſſe, ad eundem uſum reſtituas.*

Etiam viduæ inter inopes, quarum cura gravari ſe, quod genus id ſemper querulum, ſemper ſit inexplebile, non negat Chryſoſtomus *lib.* 3. *de Sacerdot. cap.* 16. Ex teſtamento Benagii Archiepiſcopi Remenſis apud Flodoardum *lib.* 1. *cap.* 9. *Sanctimonialibus & viduis in matricula poſitis ſolidos tres.* Scio in Archidiaconos interdum rejecta hæc, ut Concil. Carthag. IV. *can.* 17. *Epiſcopus gubernationem viduarum, & pupillorum ac peregrinorum, non per ſe ipſum, ſed per Archipresbyterum, aut per Archidiaconum agat.* In ſe tamen paſſim ſuſcipiebant epiſcopi. Inquirebant etiam in hæreticos *cap. excommunicamus §. adjicimus ext. de hæret.* Metu etiam pœnæ & damno epiſcopatus ad eos oppugnandos interdum coacti, *cap. in cauſis ext. de elect.*

Sed cum ſenſim deſciſcerent a vetere illa gloria, cum dominationem, cum imperium, cum tyrannidem cogitarent, cum opes creſcerent, cum luxus, cum immanis ambitio,

Protinus irrupit venæ pejoris in ævum
Omne nefas, fugere pudor, verumque, fideſque
In quorum ſubiere locum fraudeſque dolique,
Inſidiæque & vis & amor ſceleratus habendi.

Deſidia, mollitie & voluptatum blandimentis merſi ipſi & obſeſsi miſerunt alios in ſuggeſtum, qui populo prædicarent. Alteſerr. 2. *diſſ. jur. can.* 14. Cura pauperum abjecta in id unum intenti tantum, ne deeſſet quod faceret ad explendam luxuriam, ad inſtruendam, ad promovendam eorum vim & potentiam. Idem 3. *diſſ.* 10. Qui veteres æmulati, cachinnis, riſu, excepti. Paulatim eo res erupit. Sic verum id quod Horatius:

Ætas parentum pejor avis tulit
Nos nequiores, mox daturos
Progeniem vitioſiorem.

micantibus gladiis. Quam immane illud scelus? Quam insignis perfidia Gregorii Papæ IX. qui magnanimo Imperatori Friderico II. cruce signato & in Syriam profecto regnum Neapolitanum magno exercitu conscripto ablaturus oppressit, de morte Imp. etiam sparso rumore. Quo adeo Apuli consternati, ut urbes non paucæ, quæ summa in eum fide, & constanti antea, defecerint, Germanosque ad succurrendum e Syria reduces trucidarint, & quidem vario mortis genere, sic ut merito Abbas Uspergensis exclamarit in Chronico: *Quis talia facta considerans non deploret & detestetur, quæ indicium videntur, & quoddam portentum, & prodigium ruentis ecclesiæ?* De Hildebrando quid dicam, qui eo odio insectatus Henricum Quartum Imp. clarissimum Principem, ut palam sit minitatus aut se humanis excessurum, aut regnum ei & animam ablaturum in totum? Vadian. 2. *rer. Alamann. in fin.* Sed nihil Cæsar ad Papam. Cæsar Papæ vasallus. Et versiculus satis notus:

Post homo fit Papa sumit quo dante coronam.

Nec superior tantum Papa. Superior imo & major quanto major Sol Luna est, *cap. omnes principes cap. solitæ ext. de major & obed.* Magn. Chronic. Belgic. *p.* 312. de Urbano V. *Habebaturque sicut erat semi-Deus in terris.* Et sic vulgo Canonistæ. Bald. *ad l. ult. C. sent. rescind. n. poss.* Dec. ad *cap.* 1. *ext. de constit.* Felin. *ad cap. ego ext. de jurej.* Sic Tuscus Cardinalis: *Papa,* inquit, *in temporalibus ecclesia Romana est Imp. & supra imperium.* Siquis non credat detrudendus in infernum ut infamis hæreticus. Gobelin. Persona Cosmodrom. *ætat.* 6. *cap.* 60. *Eo tempore quo Fridericus coronam suscepit imperii quidam Schismaticus in urbe fuit, qui dixit regnum sacerdotio præferendum. Quare ab exercitu comprehensus Papæ præsentatur, & post audientiam igni sententialiter adjudicatus flammis consumitur, & cinis projectus est.*

Sic vi etiam Papa, flammis, ferro grassatur, & ne necesse, ut unquam cedat vel potentissimo Principi, etiam Papa coronatur. Coronam auream cum gemmis habet a Clodoveo transmissam, quæ & *Regnum* appellatur. Flodoard. *hist. Remens. lib.* 1. *cap.* 15. *Regnum, hoc est, coronam cum gemmis pretiosis auream, donum B. Petro Apostolo misit.* Sigebert. ad Ann. DL. *Ipse vero Rex misit Romam S. Petro coronam auream cum gemmis, quæ Regnum appellari solet.* Et in signum imperii Regno utitur cum vult, mitra autem, cum non vult, in signum Pontificii. Innocentius Papa III. *serm.* 1. *in festo S. Sylvestri: Romanus itaque Pontifex in signum Imperii utitur Regno, & in signum Pontificii utitur mitra: sed mitra semper utitur & ubique, Regno*

ferte ita Baronius ad Ann. 1053. Papa Petri successor. Et quid dico successor. Petrus potius non Papa. Petrus facit quod facit Papa. Idem Papa quod Petrus. Nec erubescit sic scribere ad Francorum reges Stephanus Papa a Longobardis obsessus: *Petrus vocatus Apostolus a Jesu Christo Dei vivi filio &c viris excellentissimis Pippino, Carolo, & Carolomanno tribus Regibus &c.* & mox: *Ego Petrus Apostolus, dum a Christo, Dei vivi filio, vocatus sum superna clementia arbitrio &c.* Vid. Francisc. du Chesne *tom.* 3. *hist. p.* 705. *& seqq.*

Quid miramur ergo? Quid quærimus, unde immanis hic Paparum tumor? Papa Petri successor. Papa Petrus etiam ipse. Petro autem Servator, & per eum Papæ, ut ajunt, dixit: *Simon Bar-Jona, Pasce oves meas*, id est, ut Baronius ait, *supremum in ecclesia dominium tibi assere*, aut ut placet Bellarmino, *regio more impera*, ac si vellet hic Cardinalis voci Servatoris nostri contradicere ex professo; *Reges gentium dominantur iis, vos autem non sic.* Nec summum tantum imperium propter unicum illud *Pasce*, sed & *ἀναμαρτησίαν*, & quod errare in fide non posit, Papæ adscribunt Baronius, Bellarminus aliique.

Nec mirum, quod ceteri paulatim fastum hunc imitati. Opes spiritum addiderunt. Addiderunt parasiti, & fusci ipsorum asseclæ. Regem quemlibet episcopum esse, & ut in Regno cujusvis Regis plus possit quam Rex ipse, æquum putat Baronius. Vid. Casaub. *prolegom. ad Baron. lit. g* 3. *& seqq.* † Quod ad opes, ad apparatum, ad instrumenta luxuriæ, plena omnia monumenta sunt. De Ludovico Pio Helmoldus loquens 1. *Chron.* 4. *Amplissimas*, inquit, *regni divitias ad decorem & gloriam ecclesiarum intorquens in tantum, ut episcopos, qui propter animarum regimen Principes sunt cœli, ipse eosdem efficeret nihilominus Principes regni.* Ivo de se ipse *epist* 22. *Quoniam præcedente divina gratia de stercore pauper usque ad solium principum per manum vestram elevatus sum, fateor me post Deum pro posse meo cuncta vobis* debere

† Ecclesiam putant a Christo & regiam accepisse & sacerdotalem dignitatem. Regiam, quod ipse esset e tribu Juda. Sacerdotalem, quod summus Pontifex, ἀρχιερεύς. Traditum id ab Epiphanio in quadam disputatione contra Nazaræos. A multis perperam acceptum. A fastosis tractum in argumentum. Hinc monarchæ etiam episcopi, & *monarchia* episcopatus. Hilarus Papa Rom. ad Leontium episcopum. *Dilectissimo fratri Leontio Hilarus. Miramur fraternitatem tuam ita legis Catholicæ immemorem esse, ut quæque iniqua & contra Patrum nostrorum statuta, in provincia quæ ad monarchiam tuam pertinet, si ipse aut non vis, aut non potes, etiam nec nos silentii tui taciturnitate permittas corrigere.*

debere &c Sulpit. Sever. *dial.* 1. *cap.* 14. *Siquis clericus fuerit effectus, dilatat continuo fimbrias suas, gaudet salutationibus, inflatur occursionibus, ipse etiam ubique discurrit. Et qui ante pedibus aut asello ire consueverat, spumante equo superbus invehitur: parva prius ac vili cellula contentus habitare, erigit celsa laquearia, construit multa conclavia, sculpit ostia, pingit armaria, vestem respuit grossiorem, indumentum molle desiderat &c.* Episcoporum is fastus, ut, quo major veneratio esset, gestati etiam a Diaconis, reliquiis Sanctorum appensis collo, in sellis. Concilium Bracarense III. *can.* 6. *Agnovimus quosdam de episcopis, quod in solennitatibus Martyrum ad ecclesiam progressuri, reliquias collo suo imponant, & ut majoris fastus apud homines gloria intumescant, quasi ipsi sint reliquiarum arca, Levitæ albis induti, in sellulis eos deportent. Quæ detestanda præsumtio &c.* Sed audiamus Budæum etiam Francisci I. Consiliarium olim & libellorum supplicum magistrum *lib.* 5. *de Asse: Age,* inquit, *recitentur expensarum nomina, proh superi immortales, in cupedias, in delicias popinales, in luxum mensarum, in equitium numerosum & elegans, in instrumentum lautum Episcopii, in supellectilem, in vasa argentea, in vestem stragulam & peripetasmata, in stipendium cohortis honorariæ sericatorum & calamistratorum, in aviarium venaticum, & accipitrarios, in venationis ministerium, instrumentumque, in ferculorum structores, in scurras, in ludios, in acroamata, in thymelicos, in eos, quos a cavillis habent, & a voluptatibus, in deliciarum mille nomina, ut vix decima pars in erogationes pias & in rem dominicam supersit &c.* Add. Ziegler. *de dot. eccles. cap.* 8. *n.* 30. *& de diacon. cap.* 10. *n.* 23.

Sic luxu corruptis moribus, ambitione, & superbia pro sua quisque potentia religionem simulantes continenter dum certant, paupertas probro dum habetur, dum hebescit virtus, pietas, diœcesin quidem quotannis lustrabant adhuc, circumibant, sed non tam ad gregem peccantem & aberrantem reducendum in viam, ad imbuendum cœlestium præceptorum doctrinis, quam ad pompam, ad fastum, ad corradendam pecuniam, ad gregem emungendum obtentu procurationis, quæ lustranti debebatur. Non benigni aut salutares, sed graves, infesti, & acerbi ecclesiis. Guilielm. Neubrigensis *lib.* 4. *cap.* 14. de Eliensi Episcopo: *Procedebat cum mille equis, & plerumque etiam numerosius, legationis suæ nomine hospitia a cunctis per Angliam exegit monasteriis, & a minoribus quidem, quæ pondus hospitii ferre non poterant, certa, id est, octo vel quinque marcarum summa redimi hospitia censuit; majoribus vero incumbebat velut locusta.* Legatus Papæ hic de quo loquitur. Sed a Papa quod factum, a ceteris etiam factum. Per substitu-

tos

tos, per alios. Qui & περιοδευταὶ, circuitores &c. Etiam suffraganei. *Circare* est circumire. Tibull. *lib.* 1. *eleg.* 3.

Tantalus est illic & circat stagna.

† Suffraganei non a suffragio, de quo in *l. un.* C. *de suffrag.* sed ab ope & auxilio, quod ferebant episcopis. Nam eorum adjutores, ut & supra jam dictum. Ivo *epist.* 200. *Quod si per vos id perficere non sufficitis, adhibete vobiscum duos aut tres ex suffraganeis episcopis, quorum consilio & auxilio scandalum hoc sedare studeatis.*

Procuratio annona, pensio, & episcopo exhibenda, & universo ejus comitatui, jumentis etiam & equis *cap. conquerente ext. de offic. ordin. cap. cum Apostolus, cap. sopitæ, cap. cum Venerabilis ext. de censib.* Vox quæ significatu hoc & apud veteres usitata. Virgil. 9. *Æneid.*

Quod superest læti bene gestis corpora rebus
Procurate viri.

Vid. Biblioth. Sebus. *lib.* 1. *cap.* 47. & 69. Strauch. 2. *amœn.* 9. *cap.* 4. Circada etiam, *circatus*, circuitio, comestio. *cap. ad audientiam ext. de præscript. cap. præterea ext. de jur. patron.* Libellus de gestis Abbat. Gemblacens. *to.* 9. *Spicil.* 524. *Sed bis quandoque factis timent circuitionis obsonia ab ecclesia antiqua exigenda esse ab episcopis futuris &c.* & mox: *scilicet ut ab ecclesia Gemblacensi &c. servitutem requirant circuitionis nullam.* Alteserr. *ad d. cap. ad audientiam.* Ziegler. *de diacon. cap.* 17. *n.* 12. & *seqq.*

† Sui & episcopis & Archiepiscopis suffraganei. Sed Archiepiscopis episcopi quotquot in diœcesi. Vid. *cap.* 8. *supr.* Primas Magnæ Britanniæ Archiepiscopus Cantuariensis Suffraganei ejus episcopi, quotquot per regnum sunt. Sic ipsi diserte apud Eadmer. *lib.* 1. *hist. Primas est non modo istius Regni, sed & Scotiæ & Hiberniæ, nec ne adjacentium insularum. Nosque Suffraganei ejus.* Idem 2. *hist. Sacravit eos Lundoniæ in sede episcopali ad Pontificatus honorem, ministrantibus sibi in hoc quatuor de Suffraganeis suis, Thoma videlicet Archiepiscopo Eboracensi, Mauricio episcopo Londoniensi &c.* Ivo *epist.* 157. *Graviter redargui solo caritatis intuitu Rotomagensem Archiepiscopum &c. Hoc idem feci aliis episcopis ejusdem metropolitani suffraganeis.*

CAPUT XXIX.

Advocatis ecclesiæ quæ olim potestas. Quæ ipsorum origo. An distincti ab Oeconomis. Qui Vitrici ecclesiæ. Advocati etiam Vicedomini, Castellani, Causidici, ἔκδικοι, ἔκδικοι σχολαστικοί. An jus gladii iis datum. An belli gerendi jus. An rerum administratio ad ecclesiam pertinentium. Eorum munus an personale. An perpetuum. An ad vitam. An substituendi potestas. Vel nati, vel dati. Quinam dati & a quo. An & Reges & Principes. Advocati majores, Principales, legales, Subadvocati &c. Ambachtsheer an Advocatus. An cujusvis rector territorii. Singulis olim prædiis an & singuli Advocati. Ambacht, Ambachts-heerlickheyt.

Olim autem cum, ut dixi, Verbi prædicationi operam Præsules tantum darent, lucrandis tantum animis dies totos intenti, qui curam haberent rerum, qui dispensarent in usus congruos, constituti œconomi. Nefas si secularibus se immisceret tum Præsul. Severe id interdictum ei Chalcedonensis Concilii *can.* 3. Canon Apostolorum, qui dicitur, VII. *Episcopus, aut presbyter, aut diaconus nequaquam seculares curas adsumat, sin aliter dejiciatur.* Chalcedonensis Concilii LXXXI. *Diximus, quod non oporteat episcopum aut presbyterum publicis se administrationibus immiscere, sed vacare & commodum se exhibere usibus ecclesiasticis. Animum igitur inducito hoc non facere, aut deponitor. Nemo enim potest duobus dominis servire juxta dominicum præceptum.* Bernard. *lib.* I. *ad Eugenium: Memento Salvatorem Judam œconomum habuisse. Quid episcopo turpius, quam incumbere supellectili, & substantiolæ sua omnia scíscitari, de singulis monere, suspicionibus moveri ad quaque*

queque deperdita. Oeconomi ergo adhibiti. Et hi primum ex Clero. Deinde etiam aliunde. Alteserr. 2. *diss. cap.* 3. Velser. ad *vit. S. Udalric. cap.* 26. *in marg.* Sed cum hi non sufficerent ad bona defendenda a potentiorum injuriis viri Principes assumpti, præpotentes, illustres. Hi autem non œconomi, sed defensores ecclesiæ, Advocati, Causidici. Martini V. epistola apud du Chesne *to.* 5. *hist. p.* 891. *in fin. Quoniam cum Advocatus ecclesiæ idem intelligi debeat quod defensor &c.* Concessa iis potestas administrandi non tantum & ab injustis possessoribus vindicandi, asserendi res, verum etiam judicandi, in maleficos inquirendi, fures item & latrones prehendendi, puniendi. Si potentiori, si Principi lis incideret cum ecclesia, causam ejus agebant ipsi. Et hinc etiam Causidici. Flodoard. *hist. Remens. lib.* 3. *cap.* 10. *Res quoque nonnullas juraque ecclesiæ ac mancipia legibus per Advocatos evindicata recepisse reperitur.* Et id studium Advocati.

Nam & primum cum creati non tam ipsi judicabant, quam causam ut actores in judicium deducebant. Insigne est exemplum, quod in S. Benigni Divionensis Chronico occurrit apud d'Achery *to.* 1. *Spicil. p.* 414. *Residens*, ait Auctor, *Isaac episcopus & Odo Comes, vel cæteri Missi Dominici in Luco villa in mallo publico ad res audiendas vel judicandas, venit Alcandus Advocatus sancti Mammetis sanctique Benigni, & sancti Stephani, vel ipsius Domni Isaac episcopi, mallavit quendam Hildebrannum, quod ipse & sui Franci, suique servi in fine Saciacensi, Bruciacensi, & Conliacensi in terra vel in sylva sancti Benigni quercum unum truncassent: & quia tunc res non fuit definita, in sequenti anno, in ipso mallo, & eodem loco, iterum prædictus Advocatus eundem hominem repetiit, eandem querimoniam ingerendo. In tertio vero anno in curte Arnonis ipso Domno Isaac episcopo, Odone Comite, Hildeberto Abbate, Bertranno atque cæteris missis Dominicis mallum gerentibus, iterum Alcaudus interpellavit prædictum Hildebernum, quod res sancti Benigni, prædictam scilicet Saciacum villam cum appenditiis suis injuste retineret. Tunc judicatum est a prædictis Scabineis, ut aut legem de male perpetratis faceret & revadiaret, aut quod injuste tenebat legaliter redderet.* Sed potestas sensim crevit. Henrici II. charta apud Brouwer. 3. *antiq. Fuldens.* 15. *Si autem advocatus aut mercede conductus, aut misericordia amicorum motus, aliqua calliditate hoc decretum facere noluerit, advocatione careat, & gratiam regni amittat, nisi hoc juramento probaverit, quod invasorem invenire non possit, & quam citissime repererit, judicium & justitiam ecclesiæ faciat.* Guibert. Abbas *de laude B. Mariæ cap.* 10. *Ad pretorium Iberti Vicedomini Laudunensis rem referunt. Is quantum in re militari vivacior,*

cior, tantum extitit in Episcopii publica procuratione ferocior, & mox: *Porro dum ipse idem causidicus cognationis ejus aliquos eidem nota subigeret &c.*

Tractu temporis, ut hinc patet, Vicedomini etiam dicti. Dicti etiam ἔκδικοι, Defensores ecclesiæ, ἔκδικοι σχολαστικοὶ, ut in Cod. *canon. eccles. Afric. can.* 97. Vicedominus Advocatus, ob vim & potestatem, ut ibi apud Guibert. & in veteri membrana in *Biblioth. Floriacens. to.* 1. *p.* 516. *Theophilus olim Vicedominus cujusdam episcopi Ciliciorum.* Guilelm. de Nangis de Gestis Philippi Tertii apud du Chesne *to.* 5. *hist. p.* 532. *Erant tunc duo pseudo-prophetæ in Francia Vicedominus Laudunensis ecclesiæ, & quidam Sarabata pessimus &c. Flodoard. hist. Remens. lib.* 1. *c.* 17. *Quoniam Vicedominum ecclesiæ Remensis in eadem villa necarunt &c.* Etiam Major domus. Lamb. Schafnaburgens. *Erat tum temporis Major domus ecclesiæ Trevirorum Diedericus Comes.* Etiam Castellanus. Guibert. Abbas *lib.* 3. *de vita sua cap.* 5. *Quidam de proceribus urbis monasterii puellarum Castellanus &c.* & mox: *Erat autem Barisiacus cum appendicibus villis sub advocatia ejus &c.*

Quod ad administrationem; ecclesiæ administrator certo tantum respectu, κατ᾽ ἐξοχὴν, per excellentiam. Quatenus eam defendebat, ejus prædia & possessiones, adversus vim & injuriam. Nam res aut ipsi administrabant Abbates, episcopi. *can. episcopus* 12. *qu.* 1. *can. noverint* 10. *qu.* 1. aut qui eas administrarent constituti Oeconomi, Provisores, Jurati, *can. quia in dist.* 89. *can. quoniam* 16. *qu.* 7. Inscriptio quæ Hamburgi: *Anno Domini* MCCCXLII. *inceptum est fundamentum hujus turris. Orate pro Juratis.* Alia ibid. *Ann.* MCCCCLVII. *ante festum Pascha hæ novæ domus sunt inceptæ, & in profesto Pascha sunt completæ: Orate pro Provisoribus templi.* Canon Chalcedonensis Oecumenici Concilii XXVI. *Quoniam in quibusdam ecclesiis, ut rumore comperimus, citra œconomos episcopi facultates ecclesiasticas tractant, placuit omnem ecclesiam habentem episcopum habere œconomum de clero proprio, qui dispenset res ecclesiasticas &c.* Chron. Montis-Sereni ad Ann. 1223. *n.* 175. *& seq.* Lambec. *lib.* 2. *rer. Hamburg. n.* 43. *& seqq. & n.* 553. *&c.* Vitrici etiam alibi. In veteri Marchia Stendalii:

JESUS MARIA

Anno a Nativitate Domini Millesimo, quingentesimo, vicesimo quinto renovata, & restaurata fuit acies turris ecclesiæ Sancti Nicolai Stendaliens. versus

sus meridiem situata, propter Statuam, super quam nodus firmatus, & supra positus erat, vetustate consumtam, procurantibus & disponentibus circumspectis & providis viris, Casparo Buckholten, Joachimo Otten, & Joachimo Schulten, prædictæ ecclesiæ S. Nicolai Vitricis & Provisoribus.

Sed cur ita miretur quis. Haud dubie quod non semel in bonis grassati licenter vixerint & solute in ecclesiam iniqui. Erudita de iis dissertatio est Conradi Schutzfleisch Wittenbergæ edita Anno 1677. ubi & diploma, quod primus publicavit, Wenceslai Saxoniæ ducis Ann. 1378. cujus, quæ huc facit, pars est, ut sequitur: *In nomine sanctæ & individuæ Trinitatis feliciter Amen. Wenceslaus Dei gratia Angriæ, Westphaliæ, Saxoniæ, & Luneburgi Dux, Comes Palatinus Saxoniæ, Comes Brenensis, Burggravius Magdeburgensis, ac sacri Rom. Imperii Archimareschallus, notum facimus tenore præsentium universis Christi fidelibus tam præsentibus quam futuris, quia illustris Rudolphus piæ recordationis quondam Saxoniæ Dux, Pater meus, olim dum viveret, unam sexagenam cum dimidia in villa deserta Cosvick, prope oppidum nostrum Prittin sita, ad reverentiam & honorem Dei omnipotentis, suaque matris virginis benedictæ, ob memoriæ celebris inclitorum progenitorum, & suæ & successorum suorum animarum felix remedium ad ecclesiam parochialem ejusdem oppidi nostri Prittin appropriavit, talique ordinatione disposuit, expressit, & ordinavit, ita videlicet quod Vitrici Dominicæ ecclesiæ parochialis, qui pro tempore fuerint, ecclesiis infra scriptis, videlicet in Zwete, Dobrichaw, in oblatis & vino ad consecrationem & constitutionem corporis & sanguinis Domini nostri Jesu Christi annis singulis quando & quotiescunque per nuncios Dominicarum ecclesiarum requisiti fuerint, providere teneantur, & debebunt, considerantes insuper, quod Vitrici prædictæ ecclesiæ vina & oblatas prædictis ecclesiis cum una sexagena & dimidia, ut præmittitur, sufficienter præstare nequeant, nec poterunt ministrare, Nos igitur divini flaminis moti ardore cultum divinum magis augeri quam minui cupientes &c.* Add *ibid.* Rudolphi chartam, cujus mentio hic, *n.* 7.

Et distincta hæc officia Advocati, Oeconomi. Distinxit expresse hæc Fridericus Barbarossa in privilegio quod dedit Goslariensi ecclesiæ Ann. MCLXXXVIII. *Perlata*, inquit, *ad nos importunitate, quam in bona ecclesiæ nostræ Goslariensis aliquando exercere præsumpserint Advocati, vel villicationes ejus locando, quod nihil ad eos, vel hereditates litonum ecclesiæ sibi usurpando, vel etiam mansos ecclesiæ novis collocando colonis: nos hæc illicita de cætero fieri authentico prohibentes edicto, nullam permittimus Advocatis ad talia perpetranda potestatem. Cum enim de jure Advocatorum*

torum coram nobis in palatio Goslariensi quæstio moveretur, de communi Principum consilio sententiatum fuit, quod in bonis ecclesiarum Advocati nihil juris haberent, nisi tantum in tribus casibus, in furto videlicet, in pugna, & in raptu, & omnes aliæ quæstiones essent ad Oeconomum seu villicum ecclesiæ referendæ. Oeconomi tamen non ubique, ut nec ubique advocati. Idem sæpe & administrator & Defensor ecclesiæ. Et hic certum quod in manu Abbatis, episcopi. Nam de proprio ejus clero, *d. can. quia in d. can. quoniam.* Sigebert. ad Ann. 532. *Theophilus Vicedominus tam prudenter & utiliter secundas partes ecclesiasticæ dispensationis sub episcopo agebat, ut mortuo episcopo omnium ore dignus episcopatu esse acclamaretur.* Constantinopoli apud Græcos etiam Magnus Oeconomus, λαμβάνων τὰ εἰσόδους, καὶ ἐξόδους, καὶ λογαριασμοὺς ἐν τῇ ἐπισκοπῇ, *rationem habens censuum, expensarum, & ratiociniorum in episcopatu.* In monasteriis cellarius, qui curam habebat rerum, quæ ad victum pertinebant, qui cellæ præerat penariæ, Κελλαρίτης, ut Græci dicunt, Coteler. 1. *monum. p.* 414. Vid. Chronic. Montis-Sereni ad Ann. 1212. & quæ supra jam dixi *cap.* 25.

A cella cellarii. Cellerarii etiam alibi. Et sub his quem vocabant magister coquinæ. Herbert. 3. *de miracul. cap.* 7. *Cellerarius noster modo huc adveniens, & de immoderata jejunatione me arguens.* Chronic. Montis-Sereni ad Ann. MCCXXXV. *At frater ille coquinæ magister a loco, ad quem discesserat, negotio pendente redire pertimuit, nec etiam postmodum reversus satis securus fuit &c. Unde factum est, ut per plures dies nec jussione Præpositi, nec hortatu cellerarii ad suum posset officium revocari.* Add. Menard. *ad Concord. Regul. cap.* 4. §. 1.

Coquinæ qui præerat, foco præerat, ut & cocis, & qui circa rem culinariam occupati ministris. Chron. Montis-Sereni ad Ann. 1235. *In hoc quoque negotio frater ille coquinæ præpositus malæ voluntatis his aliquid ostendere non negligebat, modo videlicet ad hæc necessaria denegando, modo cocos a præparatione rerum ad eos pertinentium prohibendo &c.* Cellerario dicto audiens. Cellerarius Oeconomo. Oeconomus in manu Abbatis, episcopi. Et his jus coërcendi eum, si fraudulenter rem gereret. Idem jus Advocato.

Advocati cognitio etiam, præsertim majoris, si Abbas perperam administraret, si is doli suspectus. Chronic. Montis-Sereni ad Ann. MCCX. *Marchio audiens jus ecclesiasticum veloci intellectu conjecit, quod erat verum,*

eos

eos aliquid causa criminalis objectare velle; & respondit se confessionis audiendae officium non habere, nec de peccatis sibi judicium usurpare, sed si de dispendio rerum suarum aliquid haberent dicere, ut hoc ad emendationem veniret se modis omnibus cooperaturum. Marchio hic cujus meminit Marchio Misnensis, ecclesiæ Montis-Sereni quæ in Misnia Advocatus, & quidem major aut Principalis. Abbas dum administrat grassatus pessime in re ecclesiæ dissipaverat facultates. Queruntur multum monachi seu Canonici Regulares. Abbas contra defendit se. De eo Marchio cognoscit.

Proprie ergo ad Advocatum administratio non spectabat. Non rerum œconomia, dispensatio, locatio. Rationibus non obnoxius. Censum non colligebat, non vectigal, non canonem. Rerum tamen habebat curam, & summo studio providebat, ne a quoquam ecclesia quicquam caperet detrimenti. Piarum donationum acceptatio penes ipsum. Rerum etiam immobilium vetita alienatio citra ejus consensum. Ekkeard. *de casib. monast. S. Gall. cap.* 1. *Ille vero quicquid inibi regii fisci erat totum in manum advocati super aram ejus tradiderat, & sigillo suo roboraverat.* Charta apud Lambec. *orig. Hamburg. lib.* 1. *p.* 147. *Aderat Comes F. advocatus ecclesiæ, qui chirothecam traditionis sacris reliquiis impositam, ut mos est, abstulit, & ab ipso Gerhardo per digitorum extensionem promissionem confirmationis accepit.* Charta apud Brouwer. 3. *antiq. Fuldens. cap.* 16. *Isti sunt testes ejusdem traditionis: Gerlah advocatus, qui & hanc vestituram suscepit.* Add. chart. apud Miræum *notit. eccles. Belg. cap.* 74. & 118. *in fin.* & 127. & *diplom. Belg. cap.* 64. Vett. Monumenta edita a Tengmælio *p.* 448. Vit. S. Udalrici *cap.* 28. *in fin.* Necessaria ejus auctoritas, si permutatio facienda, si precaria, præstaria, si servi manumissio, ut in charta Alamannica apud Vadian. *lib.* 2. *rer. Alamann. Complacuit ex utraque parte, ut nos illi traderemus praedictam Paldsindam, & nos contra in concambium reciperemus ancillam proprii juris ipsius nomine Adalhiltam. Quod nos cum consensu fratrum nostrorum, & cum manu Advocati nostri Witonis firmavimus atque peregimus.* In alia *ibid. Idcirco ego in Dei nomine Engildruda quondam ancilla Dei cum manu Advocati mei Richolfi, quendam meum famulum nomine Sigimarum &c. ab omni vinculo servitutis dimitto.* Sic si transactio. Si locatio. Vid. exempla aliquot *ibid. p.* 83. & *seqq.* Urstis. *hist. Basiliens. epit. cap.* 10. Lindeborn. *notit. episc. Davent. cap.* 6. §. 8. *in fin.* Etiam siqua esset lis inter clericum & episcopum ipsius jurisdictio erat, *can. pervenit* 11. *qu.* 1. Gregor. 7. *epist.* 39. *Et siqui episcoporum, quos commissi tibi patrimonii finis in-*

includit, cum mulieribus degunt, hos omnino compescat. Add. 9. *epist.* 32. Nec sine ipso quicquam actum, quod majoris momenti. Bernard. *epist.* 284. *Betuniensis Decanus*, inquit, *voluntate episcopi & assensu advocati bonam rem pro ecclesia sua in ecclesia eadem constituit, bonum est, ut vestra auctoritate firmetur.* Add. Alteserr. 2. *ascetic.* 17.

Etiam ei jus gladii. Belli etiam gerendi jus. Ei saltem, qui ecclesiæ, qui cœnobii Advocatus. Vid. Guibert. *d. loc.* Miræ. *Cod. piar. don. cap.* 32. Jo. a Leidis *hist. lib.* 21. *cap.* 11. Alteserr. *lib.* 2. *diss. cap.* 4. Ex charta Ottonis I. apud Meibom. *in append. ad Witichind. ut nullus judex &c. eos capitis banno ob capitis furtum vel quocunque banno constringat vel aliquam justitiam facere cogat, nisi Advocatus Archiepiscopi &c.* Add. ejusdem Ottonis *chart. apud Lambec. orig. Hamburg. lib.* 1. *p.* 141. Ex Henrici Ducis Bavariæ in Chron. Reichersp. ad Ann. 1162. *Ad nostram vel successoris nostri personam referre debebit, qui ex officio ducatus pariterque Advocatiæ non sine causa gladium portamus.* Ex charta Regis Dagoberti apud Hed. *hist. Ultraj. p.* 15. *Ad rebelles illos ministeriales constringendos Abbas Advocatum invitet.*

Non mirum ergo, quod Vicedominus, quod vir illustris, ac præpotens, quod magna ejus olim vis. Alioquin Vicedominus quorumvis etiam procerum, & utriusque quidem sexus. Etiam civitatum. Cassiod. 5. *var.* 14. *Domestici Comitis Gothorum, nec non & Vicedomini, aliqua dicuntur provincialibus continuatis terroribus abstulisse.* Guill. Tyrius lib. 13. cap. 25. *Hic ejusdem civitatis ante conversionem suam in equestri ordine, & habitu fuerat Vicedominus.* Gregorius Papa I 9. *epist.* 36. *Petrus vir clarissimus, Vicedominus gloriosæ filiæ nostræ Rusticianæ Patriciæ suis nobis epistolis questus est.* Etiam alius ecclesiæ. Alius Papæ, episcopi. Adam. Bremens. *lib.* 5. *hist. cap.* 20. *Et tunc quidem Vicedominus noster quasi fidelis dispensator & prudens ad custodiendas pauperum eleemosynas deputabatur.* Advocatus similiter. Non tantum ecclesiæ *can. salvator* 1. *qu.* 3. *c. volumus & seq. dist.* 89. Etiam laicorum. Etiam provinciarum, civitatum &c. Annal. Colmariens. ad Ann. 1283. *Rex Rudolfus emit jus seu advocatiam Dominorum de Liechtenberg, quam habebant super civitatem Argentinensem.* Iidem ad Ann. 1299. *Advocatus regis Romanorum super terram Alsatiæ.* & mox: *Advocatus terræ Alsatiæ &c.* De Friderico Barbarossa Abbas Ursporgensis: *Mortuo Adelgozo de Suabegge sine hærede, qui fuit advocatus Augustæ, ipse imperator tam advocatiam quam alia prædia ipsius sibi vendicavit.* Anonymus

nymus apud Pistor. de Landgraviis Thuringiæ *cap.* 94. *Cui Comes de Katzenelbogen debebat venire in adjutorium, & per advocatos Marchionis captus est cum omnibus.* Idem *cap.* 107. *Advocatos vero Ruteni tractus tantus terror invasit & timor, quod castra dederunt salva vita, qua habuerunt sub cura sua.* Idem *cap.* 114. *Et Marchio advocatos suos ibi posuit, villasque circumquaque igne & ferro destruxit.* Sic Advocatus Brabantiæ in charta apud Lipsium *Lovan. lib.* 1. *cap.* 13. *Ego Henricus Comes & Advocatus Bracbantinensis patriæ.* Et in alia ibid. Ann. 1086. *Henricus divina propitiante clementia Bracbatensis patriæ Comes & Advocatus.* Add. Arnold. Lubecens. *lib.* 9. *cap.* 14. Chronic. Montis-Sereni ad Ann. 1235.

Et hinc idem Advocatus, quod Præfectus, quod villicus. Eique & officiales, viatores &c. Erici Daniæ regis charta apud Lambec. *lib.* 2. *rer. Hamburg. n.* 457. *Unde per gratiam nostram districte prohibemus, nequis Advocatorum nostrorum, vel eorundem officialium, qui ibidem pro loco & tempore fuerint, &c. ipsos cives &c. præsumat aliquatenus molestare &c.* Sic Præfectus Hamburgi diserte Advocatus, præpositus in sessionibus & prælatus Consulibus & universo Senatui. *Ein Stadt und Gerichtvogt.* Unde & alibi etiam judex. Charta apud Lambec. *lib.* 2. *rer. Hamburg. n.* 308. *Byrgerus Dei gratia Dux Sweorum viris providis Advocato, consilio, & communi Hamburgensi salutem in Virginis filio Jesu Christo.* Alia apud eund. *n.* 400. *Si vero clericus laicum pro debito pecuniario, vel hereditate ad jus oppidi pertinente, vel pro causa seculari incusaverit, coram Advocato & Consulibus procedent.* Alia item *ibid. Quicquid lucri seu compositionis, inde pervenerit, tertia pars judici, duæ vero cedant civitati.* Præfectus Lubecæ etiam in charta *ibid. n.* 68. *Advocatus, Consules, & Burgenses Lubecenses omnibus hoc scriptum inspecturis salutem in perpetuum.* Etiam Aquisgrani. De quo ita Divæus *lib.* 12. *rer. Brabantic. Guilelmus Comes Juliaci cum tribus filiis & 464. nobilibus, & non exiguo armatorum numero, Aquasgrani (cujus urbis Advocatiam veteri jure suam repetebat) sub vesperum intravit: quo comperto cives arreptis tumultuarie armis in forum compulsum cum omnibus suis summa crudelitate trucidarunt. Sunt qui id factione Ducis nostri factum asserunt, quorum Brando addit, cum in ultionem cæsi Comitis Comes Limburgi copias opido admovisset Brabantinum, pulso eo, ab Aquensibus receptum, & opidi Advocatum creatum.* Etiam Brunsvici. De quo Gerhardus Præpositus Stederburgensis, & Meibomius *in not.* Bethuniensis etiam oppidi, de quo Ferrius Locrius in Chron. Belgic. ad Ann. 1226. Anonymus apud Canisium *to.* 1. *antiq. lect.* de Guelfis Principibus: *Præfecerunt etiam familiæ suæ tam majori quam minori unum de majoribus*

Curia, quem nominabant Advocatum, qui vice sua pro omnibus suis staret coram Regibus, seu Ducibus, vel aliis Judicibus, & in quacunque causa vel querimonia pro eis responderet. Add. Souchet. ad vit. S. Bernard. *cap.* 41.

Et generaliter Advocatus cujusvis rector territorii, quorumvis etiam prædiorum. Nam & sæpe id factitatum, ut quo securior ecclesia singuli Advocati darentur singulis prædiis. Charta Eberhardi Saltzburgensis Archiepiscopi in Chron. Reicherſperg. ad Ann. 1160. *Quia principalis illic Advocatia sic est angusta, ut vix contineat mansos* XII. *cultilis terra, aut paulo plus. Quia reliqua ipsius cœnobii prædia in segregatis, ut est prætaxatum, advocatis comprehensa sunt, quoniam aliter ab impugnantibus defendi non potuerunt. Unde etiam volumus, & statuimus, ut propter futuras cautelas prædia, quæ Deo miserante in posterum loco accesserint, assignentur advocatis talibus, a quibus in placitis judicialibus proloquii defensionem possint e vicino habere, ne longinquos Advocatos advocandi vel impossibilitas vel difficultas in detrimentum veniat, & absente legitimo prolocutore prædia, quæ impugnantur, ecclesia perdat. Ne longinquos*, inquit: ut plerique erant qui impositi toti ecclesiæ. Idem ad Ann 1162. *Idem prædium per legitimum concambium mutuatum fuerat ad ecclesiam Reicherspergensem &c. & ad Ducem Bavariæ & Saxoniæ Heinricum Advocatum ipsius prædii.* Ejusdem Ducis charta *ibid. ad Ann.* 1162. *Ego Heinricus Dux Bavariæ simulque Saxoniæ a venerabili Archiepiscopo Saltzburgensi vocatus in Advocatiam prædii, quod dicitur Munstuer, mutuati ab ecclesia Babenbergensi &c.* Add. Hed. *hist. Ultraj. p.* 194. *occasione Advocati eorundem bonorum &c.*

Cujusvis dixi territorii. Anonymus apud Pistor. *de Landgrav. Thuring. cap.* 84. *Orta est magna discordia inter Fredericum Lantgravium &c. ex eo quod cives multas jurisdictiones & advocatias in villis circumquaque adjacentibus civitati comparaverant ab Alberto patre suo &c.* Et hic qui Belgice etiam *Ambachts-heer.* Nam *Ambacht* idem quod territorium. Et quod jam *Ambachtsheerlickheyt* etiam *Advocatia* olim. Ex charta de bonis Canonicorum in Sciplede & Delf Ann. 1291. *Justitia temporalis, sive Advocatia, quod est Ambocht.* Ex charta jam dicta Henrici Ducis Bavariæ: *Ut hac ipsa, quam suscepi, Advocatia semper ab iniquis gravaminibus libera permaneat, nullus ibi vel ex parte mea vel mihi succedentium statuat vel exigat sibi a colonis tribuendum, vel quoquo modo in usus suos redigendum, præter tertios bannos &c.* & mox: *Siquis malefactorum in prædio sub hac Advocatia comprehenso damnum fecerit &c.* Quamvis cui jam *Ambachtsheerlickheyt* civilis tantum jurisdictio. Contra cui Advocatia olim etiam criminalis. Vid. Lambec.

bec. *orig. Hamburg. lib.* 1. *p.* 91. Petr. Bort *tr. van Hooge en Ambachtsheerlickheyt cap.* 4.

Toparchis in diœcesi sua olim jurisdictio. Sed civilis, quotidiana, non autem criminalis. Criminalis jus gladii est, jus membris mutilandi, deportandi &c. Nam jus virgis cædendi plerumque habet apud nos etiam cui civilis. Et hic *Ambachtsheer* vulgo, ut latius paulo infra. Ex tertio Curiæ Memoriali: *Also Peter Reyersen Secretaris in der tyt van de Dorpen van Cockengen ende Spengen, wesende die gerechten van Heer Dirck van Zuylen van der Haer Ritter, den Hove by requeste vertoont hadde, dat deselve Gerechten tot noch toe sonder eenige behoorlycke ordinantie gehouden waren geweest tot grooter verachtinge ende inobedientie der justitie, ende oock tot achterdeele van partyen, Om waerinne te remedieren ende voorsien, t'voorsz. Hoff gehoort hebbende den voorñ. Ambachtsheere ende anderen notabelsten van den voorsz. Dorpen, ende gesien heurlieder schriftelyck advis &c.*

Dixi quod Advocatus vir illustris & præpotens. Plerumque autem qui ecclesiæ fundator & Advocatus. Vid. *vit. S. Bernard. Abbatis de Tironio cap.* 41. Sibi Advocatiam suis filiis & successoribus plerumque is reservabat. Aut si suæ is potestatis non haberet fiduciam, virum aliquem potentem ad defendendam ecclesiam aut constituebat ipse, aut petebat a Principe. Vid. Capitul. *lib.* 3. *cap.* 62. *lib.* 5. *cap.* 31. *& lib.* 7. *cap.* 303. Chart. fundationis monasterii Gozecensis *p.* 210. Chart. Paschalis Papæ in Chron. Pegavienf. ad Ann. 1106. Miræ. *Cod. piar. don. cap.* 32. *& notit. eccles. Belg. cap.* 83. Constituebat ipse, ut in charta apud Miræum *notit. eccles. Belg. cap.* 135. *in fin. Advocatiam vero ipsius prædii liberam reliquit in manu Leodiensis episcopi, ut ei soli &c. & ut nunquam eandem Advocatiam in beneficium det alicui. Nam in pretium redemptionis animæ suæ ipsum alodium Deo & S. Laurentio obtulit, & ideo Leodiensem episcopum Advocatum ibi esse voluit &c.* Et certo ritu constituebat, ut in vita S. Udalrici, *cap.* 7. *Consecrationeque peracta doteque contradita comprobato illic presbytero altaris procurationem commendavit & ecclesiæ advocationem firmiter legitimo heredi panno imposito commendavit.*

Nec semper munus id personale. Transmissum etiam ad heredes. Unde & Comiti Erlafrido concessa advocatia cœnobii Hirsaugiensis, nominatim adjectum, & tanquam aliquid singulare, ne in ea filius esset patris successor. Vid. Trithem. in *Chron. Hirsaug.* Bosquet. ad Innocent. 2. *epist.* 122. Luc. d'Achery ad Guibert. *in not. p.* 647. Contra Montis Sereni fundator Marchio Misnen-

Misnensis *filiorum vel heredum quemlibet suorum seniorem post se Advocatum loci* statuit *ordinarium*, & *ut tam filii quam ministeriales ipsorum sepulturam ibi haberent*, jussit. Vid. Chron. Montis-Seren. ad Ann. MCLVI. *Me vero*, inquit, *dum vixero, & post me seniorem de filiis meis, vel quemlibet heredem meum seniorem Advocatum habeant &c.* Add. & *d. Chron. ad Ann.* MCXXVIII. Casu autem, quo non transmissum, defuncto alius successit vir potens, vir illustris, aut a Principe constitutus, aut suffectus ab ecclesia, ab episcopo, ab Abbate, aut pro rei circumstantiis, si monasterium v. gr. B. Petri alodium, communi monachorum & Abbatis suffragio. Charta apud Conring. *censf. diplom. Ludov. cap.* 9. *Liceat autem vobis communi consilio Advocatum (quem ad defensionem ejusdem monasterii utilem esse cognoveritis) libere eligere, ipsumque, si inutilis apparuerit, removere.* Capitulare Lotharii Ann. DCCCXXIV. *cap.* 9. *Volumus ut episcopi una cum Comite suo Advocatos eligant.* Car. Magn. Capitul. *lib.* 5. *cap.* 31. *Defensores ecclesiarum adversus potentias secularium ab Imperatore sunt poscendi.* Add. *lib.* 7. *cap.* 308. Miræ. *diplom. Belgic. cap.* 24. Acta Murensis monasterii *p.* 16.

Et nec semper qui datus sic constitutus ad vitam. Etiam datus ad tempus, & interdum quidem ita, ne alium in suum locum sufficiendi licentia esset. Chronic. Montis Sereni ad Ann. 1223. *Advocatia ecclesiæ Pegaviensis immediate ad Imperatorem pertinet, nec jure feudi cuiquam conferri potest, sed habet potestatem eligendi Abbas, ad quantum temporis spatium voluerit, quemcunque sibi viderit expedire.* Chron. Gozecense ad Ann. 1126. *Dominum Alberonem Bremensem adiit, hujusque ecclesiæ advocatiam ab eo impetravit, data fide, quoad viveret, secundos advocatos excluderet.* Chron. Reichersperg. ad Ann. 1160. *Ne loco illi ullus deinceps a Principali advocato per jus beneficiale subadvocatus ponatur, quoniam subadvocatia tales &c.* Add. & ad Ann. 1163. *pr. & in fin.* & Chart. Henrici IV. apud Stengel. *ad vit. S. Wilhelmi p.* 56. Chart. apud Miræum *notit. eccles. Belg. cap.* 101. Acta Murensis monasterii *p.* 22.

Qui fundator, patronus & Advocatus legalis. Charta apud Miræum *Cod. piar. don. cap.* 67. *& notit. eccles. Belg. cap.* 116. *Ego ipse qui eram legalis Advocatus ecclesiæ.* Bosquet. ad Innocent. 2. *epist.* 134. Conring. *de antiquiss. stat. Helmstad. p.* 141. Et hinc Advocati vel nati vel dati. Nati nobiles plerumque erant, præpotentes, illustres, Duces etiam, & Comites, ut Hollandiæ, Lotharingiæ, Zeringiæ &c. Charta Ottonis I. apud Mader. *in antiq. Brunsuic. Nostræ namque cognationis, qui potentissimus sit, Advocatus babea-*

habeatur & loci prædicti, & ejusdem caterva. Chronic. S. Michaelis apud Mabillon. 2. *analect. Isto Frederico* (de Duce loquitur Lotharingiæ) *cum filius ejus Theodoricus in principatu ei successisset, & super Abbatiam dignitate Advocati potiretur.* Charta apud Pithæum *tr. des Comtes de Champagne lib.* 1. *Ego Berchtoldus de Zeringen Dux & Rector Burgundiæ, Dei & Imperiali gratia Thuregici loci legitimus Advocatus, quod* Kastvogt *dicitur.* Add. Buchel. *ad Hed. p.* 107. Et quid Duces dico & Comites? Etiam Reges & Principes. Advocatus S. Petri Carolus Magnus salutatur. Vitæ Car. Magn. Auctor apud Pithæ. *pr.* Ademar. *in Chron.* Henricus III. similiter. Ditmar. *lib.* 6. *Chron. in fin.* Lotharium Imp. eo nomine adversus Siculos sollicitat Bernard. *epist.* 139. A Concilio Constantiensi ecclesiæ universalis Advocatus vocatur & defensor devotissimus Imp. Sigismundus. Theodor. de Nihem *de vita Joannis Papæ* XXIII. *p.* 51.

Et hodieque Imp. Advocatus Ecclesiæ. Quo nomine etiam fidem, cum publice inauguratur, obstringit juramento: *dasz wir in zeit solcher unser Keiserlicher wurden, ampts und regierung der Christenheit, und den Stuel zu Rohm, auch Bapstliche Heilichkeit, und die Christliche Kirchen, als derselben Advocat, zue guetem bevelch, schutz, und schirm haben.* Chart. apud Brouwer. 3. *antiq. Fuldens.* 17. *In nomine Domini. Chunradus divina disponente gratia Romanorum rex & Advocatus pacificus.* Goldast. ad Burchard. *de cas. mon. S. Gall. cap.* 7. Hodieque etiam Hispaniarum rex, ut Dux Lutzenburgensis, monasterii S. Huberti in Arduenna Advocatus est, item S. Maximini ad muros urbis Treverensis. Miræ. *don. Belg. lib.* 1. *p.* 296. Etiam civitas, universitas, munus id non rejecit. Monasterii S. Galli hodieque Advocati sunt quatuor Helvetiorum pagi, Tigurum, Lucerna, Suicium, & Glarona. Quorum vices Præfectus obtinet, vel, ut vocant, Capitaneus, quem quot bienniis alternantes mittunt. Goldast. *ibid.*

Quid quod Reges & Principes plerumque ecclesiarum, loci sacri inprimis, seculari jurisdictioni exempti Advocati majores, summi, superiores. Chart. apud Miræ. *diplom. Belg. cap.* 83. & 86. Principales, ut vocant chartæ Reichersperganses *p.* 201. 202. & 210. *edit. Monach.* 1611. Et hinc *Subadvocati.* Nam Reges ipsi per se adesse ubivis non poterant. Et vel unus, vel plures pro patrimonii ecclesiastici distantia & magnitudine. Synodus Ticinensis *can.* 16. *Suggerendum est beatissimis Imperatoribus, quia hi qui monasteria & Sinodochia sub defensione sacri palatii posuerunt, ideo fecisse probantur, quod a nullo melius quam a summis principibus peragenda crediderint.*

rint. Charta apud Miræum *Cod. piar. don. cap.* 52. *Illud etiam statuimus, ut Comes Lovaniensis nunquam in Advocatiam Gemblacensem præter unum Subadvocatum habeat, id est, ut donum hujus Advocatiæ a Rege, qui major Advocatus est, plus quam ad tertiam manum nunquam deveniat.* Chron. Montis Sereni ad Ann. 1217. *Insuper advocatiam bonorum eorundem, quam bonis venditis Comes se non vendidisse affirmabat, ipsum Comitem Burggravio de Wittin concessisse dicebat.* Libellus de gestis Abbatum Gemblacensium apud d'Achery p. 512. *Porro Subadvocatus in villis ad Abbatiam pertinentibus, nihil aliud juris habebit, nisi per singulos annos de unaquaque domo denarium unum, gallinam unam, avenæ sextarium unum.* Quæ majoris momenti deducta ad palatium, ad Advocatum majorem, ut deducta ad audientiam Caroli Magni lis exorta inter Comitem Heymericum & monasterium Laurishamense, ut Auctor Chronici ejus refert. De ceteris Subadvocati cognitio & jurisdictio. Charta apud Miræum *Cod. piar. don. cap.* 95. *Hoc etiam latere posteros nolumus, quod singula Ecclesiæ S. Remigii privilegia in præfatis possessionibus nullum specialiter Advocatum determinant, nisi Regem Romanorum.* Balduini Comitis Flandriæ charta apud eund. *notit. eccles. Belg. cap.* 92. *Nos vero circa curam Principatus nostri occupati de singulis minutis rebus non valemus ad adjutorium vestrum venire &c. Igitur Arnulpho de Aldenarda, quia vobis vicinus, injungimus supplere vicem nostri in parvis tantum negotiis, nobis majora reservantes.* Philippus Comes Flandriæ apud eund. *ibid. cap.* 166. *Villas seu possessiones &c. quæ omnes &c. sub mea protectione & advocatione sunt, qui ejusdem ecclesiæ summus sum Advocatus, & Advocati earundem possessionum de me suas tenent advocationes, &c.* Add. Altešerr. *de Ducib. & Comit. lib.* 1. *cap.* 6. Annal. *Egmond. cap.* 23.

Sic Comes Hollandiæ Advocatus Egmondensis. Sed sub eo adhuc alii. Jo. a Leidis *lib.* 18. *cap.* 9. *Promulgavit, quod Comes Hollandiæ solus sit legitimus advocatus ecclesiæ Egmondensis. Et quia in minoribus ecclesia advocato carere non potest, ideo palam determinat, ut quem Comes terræ & Abbas ecclesiæ communi consilio elegerint, ille sit advocatus, & advocatiam &c.* Ipse autem ut Advocatus causam egit in re magni momenti contra dynastam Wilhelmum de Hæmunda in *Annal. Egmond. cap.* 30. Sic Auctor Annalium, qui Jo. a Leidis est: *Dicto igitur die utraque parte præsente sedit pro tribunali Wilhelmus Hollandiæ Comes, quem ante omnia rogabat Abbas, quatenus aliquem suo loco judicem sisteret, & causas monasterii sui tanquam Advocatus contra Wilhelmum allegaret. Quæsivit e vestigio Co-*

mes

mes in sententia, si hoc salvo jure partis utriusque facere posset. Dictavit sententia hoc esse licitum, & de jure deberet eo quod esset Advocatus ecclesiæ. Sedit itaque pro tribunali quidam Miles Theodericus Bockel nomine. Proposuit Wilhelmus Comes pro Abbate & ecclesia Hacmundensi, quod Wilhelmus de Hacmunda temerario ausu &c.

Singulare id exemplum. Et raro Princeps descendit eo aliis obsessus. Verum cum eo ipso, qui ferebat se Advocatum, cum Domino de Egmonda ibi quæstio ecclesiæ. Vulgo alioquin expedita hæc a Subadvocatis, aut si ejusmodi non essent, aut non tantæ auctoritatis, ab iis, qui a Principe ad id dati nominatim. Comites aditi apud Francos, si causa esset tanti, a quibus gratis audita hæc, in eleemosyna Regis, pro Deo, & sine sportulis. Concilium Viennense *can.* 25. *Ut Comites vel judices ad eorum placita primo viduarum, orphanorum, vel ecclesiarum causas audiant, & definiant in eleemosyna Domini Regis, & postea alias causas cum justitia rationabiliter judicent.*

Caput XXX.

Munus Advocati quam lucrosum, quam amplum. An inter Regalia. An obligatum. An venditum. An in feudum datum, in dotem. Advocatitii, Advocatiales. Quoties ab Advocatis jus dictum quotannis. Qui sumptus faciendi tum. Casa, Dom, Dominicum. Dom idem quod ecclesia, quod ædes sacra, quod templum. Kastvoogt, Kastfogit.

Vix aliter tamen aditi, quam si plebs, si ecclesia aut destituta Advocato, aut destituta idoneo, qui vim arceret & injuriam, aut sub ipsius Advocati oppressionibus querula, afflicta, & ingemiscens & morum & facultatum pateretur jacturam. Lucris enim Advocati & constitutis stipendiis non contenti sæpenumero velut pleni rerum domini facultates ecclesiasticas dissipabant, & quod pejus, modis etiam indignis vertebant in suos usus. Fidem dictis nequis deroget, vel charta hæc argumento est Honorii Papæ III. apud Gelenium ad Vit. S. Engelb. *lib.* 1. *cap.* 5. *Honorius episcopus servus servorum Dei venerabilibus fratribus, Archiepiscopo Coloniensi & ejus suffraganeis salutem & Apostolicam benedictionem. Si ecclesiarum Advocati significatum sui nominis attenderent, ut deberent, studerent eas ob reverentiam Advocati cœlestis, cui speciali titulo sunt adscripta, fovere beneficiis, & viribus defensare, sed quod dolentes referimus, nonnulli eorum habentes velamen malitiæ libertatem, in bonis ecclesiasticis, in quibus advocationis jus obtinent, non solum prodigaliter debacchantur, verum etiam ea diripiunt ut prædones, quod Ecclesiæ Coloniensis provincia jugiter experiri coguntur, sicut earum nobis transmissa conquestio patefacit. Quia igitur Zelus nos comedit domus Dei, fraternitati vestræ per Apostolica scripta mandamus, quatenus singuli prosequentes proprium interesse, & quasi collo uno & humero uno ecclesiarum onera comportantes Advocatos ipsos, ut contenti justis & ab antiquo statutis stipendiis ab ecclesiarum molestiis conquiescant, moneatis prudenter & efficaciter*

ficaciter inducatis: Quod si forsan vestris monitis non acquieverint, ne medicinalis Petri gladius in manu vestra torpere rubigine videatur, in eos juxta quantitatem & qualitatem culparum intendatis, & remittatis, appellatione postposita, rigorem ecclesiasticæ disciplinæ; ita quod ecclesiæ ab hujusmodi oppressione respirent, & Vos exinde mereamini apud Deum & homines commendari. Datum Lateran. Kalen. Mart. Pontificatus nostri anno quinto. Ejusdem alia *ibid. Honorius episcopus servus servorum Dei &c. Cum plerique Advocati ecclesiarum Advocationis obsequium convertentes in Dominationis abusum ecclesias ipsas opprimant & affligant, Fraternitati vestræ per Apostolica scripta mandamus, quatenus ecclesias vestrarum diœcesium humano amore ac mundano timore postpositis ab Advocatorum vexationibus taliter defendere studeatis, quod per vestrum studium a suis possint angustiis respirare.* Add. Cæsar. de vit. S. Engelbert. *lib.* 2. *cap.* 1.

Sanctionibus quidem Principum, pactis etiam & transactionibus potestas multum restricta, ut in charta apud Miræum *notit. eccles. Belg. cap.* 87. *Nullam potestatem ibi ultra exerceat Comes vel Advocatus, nisi ab Abbatissa fuerit invitatus.* In charta *ibid.* Leonis Papæ IX. *cap.* 89. *Nullus vel Comes vel Advocatus habeatur, nisi quem Abbatissa elegerit, nec hic requirat placitum vel aliquod judicium, nisi invitatus per Abbatissam vel Præpositum.* Add. chart. *ibid. Ann.* 1064. *cap.* 92. & *cap.* 118. *Ann.* 1095. & *cap.* 127. *Ann.* 1049. *cap.* 151. *Ann.* 1140. *cap.* 158. *Ann.* 1152. & *diplom. Belg. part.* 2. *cap.* 35. Sed nequicquam sæpe & incassum, grassante Advocatorum insatiabili avaritia per facultates ecclesiasticas, violatis privilegiis, spretis Papæ & Impp. & conculcatis rescriptis. Libellus supplex Fulcardi Abbatis Laubiensis oblatus Henrico IV. Ann. 1101. apud Miræum *notit. eccles. Belg. cap.* 122. *Henrico Romanorum Imperatori Fulcardus Abbas nomine non merito, & pusillus grex cœnobii Laubiensis, &c. Ego Fulcardus, cum delato corpore patroni nostri S. Ursmari Pontificis & familia præsenti, super multimoda afflictione & egestate nostra, & miserabili direptione prædiorum nostrorum & facultatum, ac pristinæ libertatis dominæ nostræ sanctæ Laubiensis ecclesiæ oramus patienter ut audias &c. Tales igitur in Abbatia Lobiensi fuerunt leges majorum &c. Castellanus Thudiniensis, quod adjacet nobis, castri, totam præfecturam Abbatiæ debet tenere in manu sua, nec aliquos debet sustinere defensores vel Advocatos, nisi qui hereditarii sunt hereditate antecessoria. Modo habentur in villis S. Petri mille Advocati, imo raptores, in aliquibus quinque, in aliquibus quatuor, crebrescentibus apud nos malis jam triginta annis &c.*

Et quid Principum rescripta? Quid bullas dico Pontificias? Etiam anathemata. Etiam execrationes & fulmina eorum spreta. Privati cum donabant, cum legabant ecclesiis, diris simul devovebant, siquis ex re donata interverteret vel quicquam. Horrendæ autem diræ. En exemplum quod extat in Biblioth. Sebus. *cent.* I. *cap.* 40. *Si ullus homo istam eleemosynam voluerit tollere, quam Robertus fecit ad istos Sanctos, qui in ista carta denominati sunt, sit excommunicatus & maledictus, & damnatus, & anathematisatus, & vituperatus a Patre & Filio, & Spiritu sancto, & sancta Maria matre Domini nostri Jesu Christi, & a sancto Michaele, cum novem Ordinibus Angelorum, & a quatuor Euangelistis Marco, Mathia, Luca, & Joanne, & a sancto Petro Principe Apostolorum, qui habet potestatem ligandi & solvendi, & a sancto Andrea, & a sancto Veranno, & a sancto Justo, & ab illis sanctis, quibus ista eleemosyna data est, & a centum quadraginta quatuor millia Innocentum, qui pro Christo passi sunt, & ab omnibus Sanctis Dei, & ab universa potestate, quæ in cœlo & in terra scripta est, sit ligatus & excommunicatus & damnatus anima & corpore; sicut Dathan & Abiron, & Judas & Pilatus, qui Dominum tradiderint usque ad tenebras exteriores. Fiat.*

Ego Hugo *episcopus de* Geneva *civitate per diem Dominicam missam cantabam super altare sancti Petri Principis Apostolorum, qui istam excommunicationem & maledictionem feci, contra eum, qui istam eleemosynam voluerit destruere, quam Robertus Comes fecit, sicut ista carta commemorat.*

Ego Benedictus sanctæ Catholicæ & Apostolicæ ecclesiæ Præsul confirmans decrevi, ut nullus homo supradictam hereditatem sanctæ Dei matris Mariæ, & sancti Veranni, & sancti Andreæ ab eorum jure subtrahat; quod si fecerit Apostolico anathemati sit submissus.

En aliud in diplomate Henrici IV. Imp. dato Ann. 1075. quo instaurationem Hirsaugiensis cœnobii auspiciis Adelberti Comitis Calbensis institutam confirmat: *Si forte quispiam*, inquit, *regum vel posterorum ejus, seu quarumcunque homo personarum (quod absit) testamentum hoc ullo ingenio infirmare vel infringere præsumserit: si id autem a quolibet eorum instigante diabolo fiet, obsecrat idem Comes, & omnino testificatur Apostolicum per Christum, & per S. Petrum Apostolum, & S. Aurelium episcopum, & per omnes Sanctos Dei, & per tremendum judicii diem, ut illum Dei & sanctorum ejus contemtorem, & testamentariæ hujus conscriptionis destructorem,* nisi

nisi resipuerit, tradat omnino Satanæ, & anathematizet eum, ac profanet a consortibus & filiis ecclesiæ sanctæ Dei & heredibus vitæ æternæ: & cum Datban & Abiron, quos terra aperto ore deglutivit, & vivos infernus absorbuit, perennem incurrat damnationem, & ut Herodis, Pilati, & Judæ socius factus in æternum discrucietur, & cum Sodomitis & Gomorris ignis & sulfuris imbres hic experiatur, & Heliodori plagas & verbera hic perpetiatur, & Antiochi tormentis, vermibus scilicet scaturiet, & cum fœtore computrescens miserrime conteratur, & nisi resipiscat Petrum regni cœlorum archiclavigerum, cum S. Aurelio, & tota cœlesti militia portæ Paradisi obstitorem habeat in æternum. Add. Meibom. *in opusc. hist. p.* 491. *& seqq.*

Sed ne id quidem quicquam juvit. Engelbertus nihilominus Archiepiscopus Coloniensis a conjuratis occisus, quod conaretur injurias & effrenem licentiam illam, quantum posset, reprimere. Vid. eund. Cæsar. in *ej. vit.* Bellum fere perpetuum Advocatis Egmondensibus ob possessiones ecclesiasticas cum Abbate & conventu. Prolixa est historia. Prolixe etiam eam narrat Jo. a Leidis in Annalib. MS. ineditis adhuc hactenus. Nec conditio ipsorum facta contendendo deterior. Ex initiis non magnis auctis multum facultatibus præpotentes facti & illustres, & tandem Comites ex Advocatis. Quamvis munus Advocati per se etiam satis amplum. Lucrosum satis & splendidum & ingenti etiam ambitu a plerisque expetitum. Obligatum, distractum, in feudum datum, in dotem. Et non tantum universum. Etiam pro parte. Nec tantum laicis. Etiam clericis. Etiam ipsis episcopis. Charta apud Miræum *notit. eccles Belg. cap.* 149. *Firmamus quoque prædictæ Aquensi ecclesiæ tres Advocatias, videlicet super prædictum prædium Harve & super duo loca Loncins & Mandrevelt &c.* Conrad. de Fabaria *de casib. monast. S. Gall. cap.* 8. *Cum Advocatia aliaque quamplurima feuda nostræ cessissent jurisdictioni.* Idem *ibid. Et quoniam Heinricus frater Abbatis partem hujus receperat Advocatiæ; ipse Rex Otto ut cederet Advocatiæ S. Galli, Abbatiæ Fabariensis Advocatiam tricentarum marcarum pondo pignori obligavit.* Eugenii III. diploma est in probationibus historiæ S. Mariæ Suessionens. quam Michael Germanus edidit, in quo mentio inter cetera quartæ partis Advocatiæ, quam habebat Adelais monialis. Add. Chart. apud Hed. *p.* 197. Chart. apud Miræ. *lib.* 1. *don. Belg c.* 51. Chart. apud Lindeborn. *notit. episc. Daventr. cap* 4. §. 1. Chart. apud Gelenium ad Vit. S. Engelbert. *lib.* 1. *cap.* 5. Divæum *lib.* 17. *rer. Brabant. ad Ann.* 1409. Et hinc mentio Advocatissæ in Annal. Colmariens. ad Ann. 1278. & iterum ad Ann. 1299. Diploma apud Bockenberg. *in Dynast. Egmond. cap.* 13.

Quod ego fideli meo Wilhelmo, Advocato Egmondensis ecclesiæ, Advocatiam & cuncta bona feudalia, quæ ipse de ecclesia nostra tenet, sub hac forma contuli; Quod si idem Wilhelmus sine filio legitimo decesserit, filia sua major natu prædictam Advocatiam cum toto prædicto feudo percipiet &c. Charta apud Miræ. notit. *ecclef. Belg. cap.* 183. *Ego Adelisza Grimbergensis ecclesiæ Advocata &c.*

Tanti certe tum momenti, ut pro rei circumstantiis & Regalibus annumeratum. Conradus de Fabaria *ibid. Ducatus, Marchias, Comitatus, Advocatias, monetas, telonea, cæterorumque regalium summam.* Et hinc Rudolphus Imp. in charta apud Conring. *cenf. diplom. Ludovic. cap.* 14. *part. alt. in fin. Promittimus &c. quod nos Advocatiam nobis & imperio attinentem, quæ vulgariter dicitur* Castfogit, *nunquam alienabimus, obligabimus, commutabimus, &c.* Add. Docechin. ad Ann. 1110. Et id etiam notandum. Nam distractio alioquin, obligatio, ut jam dixi, permissa. Sed exceptio firmat regulam in casibus non exceptis. Exceptio est, nisi aliud cautum diserte & nominatim, ut in charta inter Privilegia ecclesiæ Hamburgensis apud Lindenbrog. *p.* 196. *Advocatiam, quam inibi habere dignoscimur, eidem monasterio hoc pacto libere relinquimus, ut nec auctoritate episcopi diœcesiani, nec Præpositi ejusdem loci, qui pro tempore fuerit, nec cujusquam alterius in feudo dari vel alio modo quocunque valeat alienari.*

Nec mirum, quod id jus etiam inter Regalia. Principes etiam ipsi Advocati majores. Visum utile id ecclesiis. Nam & Subadvocati iis graves interdum earum prædiis imminebant tanquam hostes infesti. Et ipsi opibus præpotentes. Baldric. Noviomens. *Chron. Cameracens. lib.* 2. *cap.* 98. *Sub hac etiam specie ipse Herivardus Advocatias aliquantarum villarum quasi pro defensione præsumpsit; Sed plus quam inimicus prædo assiduis exactionibus devastavit.* In Annalibus Colmariensium mentio Advocati, qui filius sororis Imp. Rudolphi, de stirpe Ducum Zeringiæ, *ferens in capite suo pileum ornatum auro, argento, lapidibus pretiosis, valentem plures marcas argenti, cingulo circumdatum, qui ornatus erat auro, argento, lapidibus pretiosis, qui æstimatione hominum marcas valuit* XL. Quamvis etiam nequicquam interdum iis prospectum sic. Nam & eo devenit Principum obtentu Advocatiæ grassantium libido, ut templa incastellandi, *jus fortiæ* etiam vocant (sic in priscis instrumentis est) jus sensim assererent. Dux Britantiæ eo nomine sibi jus contendebat ponendi arces in villis, & prædiis ecclesiarum. Graves de eo turbæ inter Ducem & clerum ut auctor

ctor est Argentreus *lib. 5. hist. Britann. cap. 36.* Detestatus diserte id Calixtus II. *c. Sanctorum 10. qu. 2. Ecclesias*, inquit, *a laicis incastellari, & in servitutem redigi auctoritate Apostolica prohibemus.* Otho Frisingensis *lib. 7. Chron. cap. 32. Ecclesiam etiam B. Petri omnium ecclesiarum caput incastellare sacrilege ac prophanissime non metuunt.*

De lucris etiam satis constat. Data aut annua quædam summa, aut quotannis vel frumentum vel fructuum quædam quantitas. *Gavena* etiam dicta. A *Gave*, id est, donum. Chronic. Spanheimens. apud Trithem. ad Ann. 1325. *Denique ad petitionem præfati Comitis Johannis Willicho Abbas prædictum filium ejus Advocatum suum in villa monasterii quæ dicitur Auven, constituit, cui duodecim maldra avenæ, & totidem pullos ab incolis ejusdem villæ danda singulis annis pro feudo assignavit.* Vid. Alteserr. *de Ducib. & Comit. lib. 1. cap. 6. in fin.* Miræ. *diplom. Belg. cap. 59.* Et nec princeps quidem ipse gratis semper rem gessit. Aut quædam in beneficium, aut annua dona ei data. Et solenne id ecclesiis. Ratpert. *de casib. monast. S. Gall. cap. 8. Præterea Rex piissimus Ludovicus in eadem charta conscribi jussit regia dona sibimetipsi secundum consuetudinem aliorum monasteriorum securitate præditorum quot annis ventura, id est, duos caballos, & duo scuta cum lanceis.* De S. Eparchii monasterio Ademarus Chabannensis: *Omnes enim Comites Egolismæ a temporibus Childeberti &c. Advocati ejus & defensores extitisse noscuntur, & provisores habentes pro officio defensoris in beneficio Villam Ranconam.* Guil. Brito *lib. 1. Philipp. vers. 768.*

Tempore cujusdem guerræ, rex prodigus æris,
Cum res exigeret numerare stipendia multis,
Clerum Remensem petiit, scriptoque rogavit,
Ut sibi subsidium fieret, quo gratior illi
Ad tantos vellet sumptus impendere, gratis
Ut solet Ecclesia patronos sæpe juvare.

Nihil tamen plerumque præter orationes exigebat fundator. Charta apud Gelenium ad vit. S. Engelbert. p. 372. *Ipsius vero ecclesiæ prædiorum tam in præsens collatorum, quam in futuro conferendorum Advocaturam, mihi & ei quisquis heres fuerit Castelli & allodii in Wassenberg retinui. Nihil prorsus de eadem Advocatura præter orationes fratrum exigens servitii.* Charta

ta Lotharingiæ Ducis & Comitis Lovaniensis Godefridi Barbati apud Miræum *notit. eccles. Belg. cap.* 36. *Advocatus vero loci erit, quicunque Lovaniæ Comes fuerit, qui Advocatum alium pro se nunquam constituet, nec de Advocatia illa aliud beneficium exiget, aut recipiet, nisi devotas a fratribus orationes, & æternam a Christo remunerationem.* Reliquis non stipendium tantum, sed & alia emolumenta. Ubi placitum habituri, seu jus dicturi, ab incolis procurandi quotannis. Sed ne sumptus & procuratio excresceret in immensum, plerumque etiam definitum, quid & quantum impendendum & quoties quotannis. Charta Ansfridi episcopi Trajectensis apud Pontan. *hist. Gelr. lib.* 5. *Hæc sunt pertinentia ad servitium advocati in Ermelo, ter in anno placitum tenere debet, semel cum annona, bis cum herba, ad singula servicia septem amforas vini, tres modios cervisiæ, II. maldaria seliginis, VIII. denariorum panes frumentarii, II. friking, VI. maldaria annonæ in pabulum equorum.* Caroli Magni charta apud Mutium *lib.* 9. *hist. Quando vel qualiter aut quotiens hoc fiat, in Abbatis arbitrio pendeat, & ab eo disponatur, ut non pluribus quam* 30. *equis ad placitandum veniat: & tale servitium, quale tunc reperitur, & quod prædicta militum & equorum multitudini sufficiat, eidem Advocato Abbas decenter & honeste exhibeat.* Charta apud Miræum *Cod. piar. don. cap.* 95. *Stabilitum equidem, & ordine judiciario in nostra curia adjudicatum, quid Advocatiæ debeatur.* Add. *ibid. cap.* 32. & *notit. eccles. Belg. cap.* 56. & 92. Chronic. Urspergens. *in Frideric. Barbaross.* Trithem. *in Chron. Hirsaug. & Spanheimens.* Chronic. Reichersperg. *ad Ann.* 1160. Ratpert. *de casib. monast. S. Gall. cap.* 8. Alteserr. *lib.* 4. *diss. cap.* 14.

Quoties quotannis dico. Nam nec placita semper habita. De tempore etiam cautum. Charta apud Miræum *Cod. piar. don. cap.* 54. *In villa autem S. Trudonis vel in reliquis Abbatiæ villis professi sunt, ipsi Duci &c. sive Advocato ab eo constituto, & tribus generalibus placitis, & magno banno, siquis forte infra villam occisus vel vulneratus fuerit, tertium denarium debere assignari, reliquos autem duos vel mihi vel Abbati. Tribus* dicit. Ter minimum ergo habita. Charta apud Miræ. *ibid. cap.* 69. *Notamus etiam Abbatem, vel ejus nuntium, si necesse fuerit, publico placito, quod ter fit in anno, interesse &c.* Charta Adelberonis Archiepiscopi Hamburgensis apud Lindenbrog. *Tribus etiam annuatim diebus ad placita sui advocati ex condicto veniant, & bannum pro quolibet suo commisso tantum quatuor solidis redimant.* Add. Chart. Dagoberti Regis subjunctam Chronico Pegaviensi apud Mader. p. 272. Chart. Henrici IV. apud Stengel. *ad Vit. S. Wil-*

helmi

helmi p. 51. Chart. apud Miræum *notit. eccleſ. Belg. cap.* 87. Acta Murenſis monaſterii *p.* 22.

Sed non ſemper præſtandum quid. Gratuitas etiam operas & ne poteſtas ſubſtituendi eſſet, nonnunquam pacti, ſed raro. Pacti tamen, & non mirum. Pacta legem contractui dant, *l.* 23. *ff. de reg. jur.* Charta apud Miræum *Cod. piar. don. cap.* 83. *Advocatus vero loci erit, quicunque Lovaniæ Comes fuerit, qui Advocatum alium pro ſe nunquam conſtituet, nec de Advocatia illa aliud beneficium exiget, aut recipiet niſi devotas a fratribus orationes, & æternam a Chriſto remunerationem.* Caroli Magni charta *d. loc. & nullum Advocatum vel exactorem præter ſe ſine Abbatis permiſsione conſtituat.* Vid. H. Mucium *lib.* 9. *hiſt. in fin.*

Hæc autem quæ præſtanda, etiam *Advocatiæ.* Charta Everhardi Salzburgenſis Archiepiſcopi apud Hund. *in metrop. to.* 3. *p.* 65. *Remittens eis Advocatiam, id eſt, procurationes.* Prædia etiam ipſa, nam & prædia conceſſa. Præfecturæ etiam prædiorum. Supra apud Baldricum: *advocatias aliquantarum villarum &c.* Chron. Citizenſ. apud Piſtor. ad Ann. 1193. *Henricus nobilis Dominus de Wyda, & totius terræ advocatus, præpotens poſſeſſor & dominator &c. dictus fuit tanquam excellenti titulo advocatus, ſeu vulgariter* Voit de Wyda, *& ita poſteri ejus per multa tempora. Nam totam terram advocatorum, quæ & tunc ſicut & nunc das* Voitland *dicebatur, & dicitur, poſſedit.* Nec tantum prædiorum. Alterius etiam rei. De præfectura palatii Adam. Bremenſ. *lib.* 4. *cap.* 24. *Voti compos effectus in priſtinum gradum Curiæ reſtitutus eſt, moxque ſuccedentibus proſperis ſummam rerum, quod eſt Vicedominatum jam ſepties Conſul meruit.* Idem hinc quod territorium. Idem quod *Ambacht*, quod *Ambachtsheerlickheyt*, ut dixi. Anonymus apud Piſtor. *de Landgrav. Thuring. cap.* 84. *Orta eſt magna diſcordia inter Fredericum Landgravium &c. ex eo quod cives multas juriſdictiones & advocatias in villis circumquaque adjacentibus civitati comparaverant ab Alberto patre ſuo &c.* Specul. Saxon. *lib.* 1. *art.* 59. §. 4. *In una Advocatia non niſi unus poteſt eſſe bannus.* Add. Pontan. *hiſt. Gelr. p.* 130. *in fin.* Inde & *Advocatiales,* item *Advocatitii,* quicunque juriſdictioni Advocati obnoxii. Chron. Colmarienſ. ad Ann. 1271. *Comes Radulfus de Habſpurc poſuit exactionem ſuper homines ſuos Advocatitios, & accepit ab eis* 20. *mille quartalia frumenti.* Adolphi Imp. charta apud Pontan. *hiſt. Gelr. lib.* 6. *p.* 168. *Quod miniſteriales, advocatiales, fideles, ſervos, liberos, & alios homines cujuſcunque conditionis vel de quacunque provincia proveniant &c.*

Sed

Sed Advocatus cur *Kastvoogt*, *Kastfogit*, ut supra in charta Rudolphi Imp. non æque id facile expeditu est. *Voogt* non tantum tutor est, sed & rector, Dux, Præses. Unde & *Lantvoogt*, *Burgvoogt*. Poeta quidam vetus:

Und hilf den Kunic Chunrat also

Dat er mit rechte ein vogt zu Rome werde.

Tirolis rex Scotorum:

Romsch Babest hoch genant

Und Romsch vogt von Fursten kür.

Ex sacra historia veteris Testamenti Germanice olim versa apud Lambec. *lib. 2. comm. de Biblioth. Cæsar. p.* 959.

Christ Herre uber alle kraft

Vögt Heymelischer Herrschaft

Sed quid tandem illud *Kast?* *Kast*, ut puto, a casa est. Casa inter cetera etiam templum, ecclesia est. Caroli Martelli charta apud Hed. in Willebrord. *Ad ipsum monasterium vel ad ipsam casam Dei.* Ex charta apud Baluz. *in append. ad Capitul. ubi in Christi nomine Bernardus gratia Dei Comes super ipsam casam Dei rector praeesse videtur.* Concil. Confluentin. Ann. DCCCLX. *Volumus ut ecclesiæ & casæ Dei, & episcopi, & Dei homines, clerici, & monachi talem mundeburdem & honorem habeant, &c.* Add. Chron. Farfense apud du Chesne *to.* 3. *hist. p.* 652. Hincmar. *ex Busæi edit. epist.* 7. *in fin.* Chron. S. Vincentii de Vulturno apud du Chesne *p.* 679. *Kastvoogt* ergo nihil aliud, quam rector casæ Dei, id est, templi, vel ecclesiæ, rerumque administrator ad id pertinentium. Unde & alibi Vicedominus, Oeconomus, Major domus ecclesiæ. Lamb. Schafnab. ad Ann. 1066. *Erat tum temporis Major domus ecclesiæ Trevirorum Diedericus comes.* Flodoard. 2. *hist Remens. cap.* 13. Conring. *de judic. German. n.* 35. & 71. Bangart. *ad Arnold. Lubec. p.* 338. Menard. *ad Concord. Regul. cap.* 28. *n.* 2. *Voogt* item. Item *Domvoogt*. *Dom* idem quod ecclesia. Et *Dom* a *Dominicum*. Unde & *Domkerck*, *Domheeren*. Idatii Chronic. ad Ann. 360. *Constantio X. & Juliano III. His Consulibus dedicatum est Constantinopoli Do-*

Dominicum die xv. Kalend. Mart. Passio SS. Martyrum Saturnini, Felicis, Dativi &c. apud Baluz. 2. *miscell. p. 66. Collectam*, inquit, *gloriosissime celebravimus, ad scripturas dominicas legendas in dominicum convenimus semper.*

CAPUT XXXI.

Advocati Ultrajectini. Quando desierint. Qui ipsis successerint. Comites Trajectini, Burggravii &c. Quinam Missi Dominici. Quæ eorum potestas. Burggravii, Castellani, Gastaldi, Villici, Borchsaten, Ruwaerts, Drossaerts iidem. Laterales. Latrones.

Sed quod ad Advocatos Trajectinos in specie. Nec frequens admodum eorum mentio. Nec magna iis olim vis. Et quod vel maxime hic attendendum, in episcopi potestate & injussi vix quicquam ausi. Nec id quisquam miretur. Alibi Advocatus etiam aliis dicto audiens. Etiam missis dominicis. Saltem iis inferior. Missi proprie Legati erant, aut, si barbare licet loqui, erant Principis Commissarii ad res provinciæ inspiciendas & componendas controversias in provinciam directi. Car. Calv. Capit. *tit.* 7. *§.* 7. *& tit.* 9. *per tot. tit.* 14. *pr.* Lambec. *lib.* 1. *orig. Hamburg. p.* 21. Baluz. *ad Capitul. p.* 1057. Conring. *ad Leon.* III. *epist. pr.* Missatici etiam alibi. Balbus Catholico: *Missaticus, nuntius, qui frequenter mittitur.* Mittebat Princeps. Et hinc *missi*, item *missi Dominici*. Cunctis superiores per universam provinciam, & Comitibus etiam ipsis. Habebat quidem Comes etiam summum imperium, & non minus quam *Missus*, sed superior tamen *Missus*. Caroli Calvi Capitula *d. tit. cap.* 14. *Missos etiam tales per regnum constituite, qui sciant qualiter Comites, & ceteri ministri reipublicæ justitiam & judicium populo faciant, qui sicut Comitibus præponuntur, ita scientia, & justitia, ac veritate eis præmineant.* Plerumque etiam Missus vir illustris & præpotens, Dux, episcopus, Abbas, Comes. Gregor. Turonens. *lib.* 9. *hist. cap.* 18. *His auditis Rex dirigit illuc legationem, id*

est, Namatium Aurelianensem, & Bertchramnum Cenomannensem episcopum cum Comitibus & aliis viris magnificis. Ad Carolum Calvum episcopi in ejusdem Capitulis *tit. 3. cap. 2. Quæsumus ut scelerum patratores & Apostolicæ disciplinæ contemptores, missis a latere vestro probatæ fidei legatis, absque respectu personarum & excæcatione munerum coerceantur.*

Missis, inquit, *e Comitatu.* Et hinc missi e Comitatu, Legati a latere. Nomen, quod usurpant propemodum jam soli, qui e coetu Cardinalium missi a Papa. Adrevaldus *de mirac. S. Bened. lib. 1. cap. 25. Præterea aderant in eodem placito missi a latere Regis, Ionas episcopus Aurelianensis & Donatus Comes Milidunensium.* Et iam olim sic locuti, ut ostendit Posidonii illud in vita Augustini de Tribuno in Africam misso ad componendas contentiones de religione ab Honorio: *Propter quod perficiendum etiam de suo latere Tribunum & Notarium Marcellinum ad Africam miserat.* In Concil. Carthaginens. de Pontifice Maximo: ἵνα ἐκ τοῦ πλευροῦ αὐτοῦ πρεσβύτερον ἀποστείλῃ, ἐν τῇ ἐξουσίᾳ αὐτοῦ ἔχῃ. Legatos ἐκ προσώπου Balsamo etiam vocat VI. *in Trullo.* Custodes lateris Gunther. *lib. 6. v.* 543. Ivo laterales *epist.* 109. *Inde est, quod multi præpositorum facta gladio linguæ ferire cupientes dicant sedem apostolicam non subditorum quærere sanitatem, sed suam aut lateralium suorum quærere commoditatem.* Sed sic generaliter quicunque a consiliis. Guibert. Abbas *lib. 1. moral. p. 19. In omni nostra causa quasi laterales habeamus, qui nos suis tueantur consiliis &c.* Idem *lib. 3. de vit. sua cap. 6. in fin. Quoniam autem multas pecunias spoponderat his, qui se & prædictorum sicariorum complices penes Regem adjuverant, lateralibus videlicet Regis etc.* Latrones etiam alibi, vel ἀπὸ τοῦ λατρεύειν, vel quod quasi *laterones*, id est, Regis a latere. Servius ad *lib. 12. Æneid. pr. Est Græcum, nam* λατρεύειν *dicunt obsequi & servire mercede, unde* latrones *vocantur conducti milites. Moris autem erat, ut hos Imperator & circa se haberet, & primo mitteret ad omne discrimen. Varro tamen dicit, hoc nomen posse habere etiam Latinam etymologiam, ut* Latrones *dicti sint quasi* Laterones, *quia circa latera Regum sunt, quos nunc satellites vocant.* Varro *lib. 6. de ling. Lat. Latrones dicti ab latere, qui circum latera Regis erant, atque ad latera habebant ferrum, quos postea a stipatione* Stipatores *appellarunt &c.* Vinc. Riccard. *ad Procl. orat. 1.*

Stata Ducum & Comitum & ordinaria jurisdictio. Missi pro re nata & extra ordinem judicabant. Etiam una cum Comite. Sed non semper. In-

Interdum tantum & si urgeret necessitas. Lex Longobard. *lib.* 1. *tit.* 52. *cap.* 20. *Ut in illius Comitis ministerio iidem Missi nostri placitum non teneant, qui in aliquo missatico directus est, donec ipse reversus fuerit.* Flodoard. *lib.* 2. *cap.* 18. *Residens igitur præfatus vir illustris Vulfarius ad injuncta sibi definienda judicia cum quibusdam Comitibus in mallis publicis, res quasdam Remensi ecclesiæ, sed & mancipia, nonnulla, vel colonos reimpetrasse, ac legibus per ecclesiæ Advocatos evindicasse reperitur.*

Expresse hic *per Advocatos.* Superior ergo Missus. Capitulare de monasterio Sanctæ Crucis apud Mabillon. 1. *analect. cap. ult. Item si quando necesse fuerit, per jussionem Domini Pipini Regis Ramnulsum specialiter Missum habeant. Quando vero necesse non fuerit, Advocatus earum per se justitiam faciat & accipiat.*

Sed nunquam Missi Ultrajecti. Nec ullum ibi iis jus. Omnis judicis secularis, omnis Comitis potestati diœcesis exempta. Ludovici Germanici diploma apud Hedam *hist. Ultraj. p.* 59. *Præcipimus atque jubemus, ut nullus Judex publicus, neque quislibet ex judiciaria potestate, aut nullus ex fidelibus nostris in ecclesias, aut loca, vel agros, seu reliquas possessiones, quas moderna tempora, in quibuslibet pagis vel territoriis infra ditionem regni nostri juste & rationabiliter memorata tenet vel possidet ecclesia, & ea quæ deinceps jure ipsius sancti loci divina pietas augere dignabitur ad causas audiendas aut freda exigenda, aut mansiones vel paratas faciendas, vel fidejussores tollendos, aut homines ipsius ecclesiæ tam ingenuos quam & servos super terram ipsius commanentes injuste distringendos, neque ullas redhibitiones, aut illicitas occasiones requirendas, nostris & futuris temporibus ingredi audeat &c.* Add. chart. Pipini, Caroli Magni, Ludovici Pii, Lotharii, & aliorum apud Hed. *ibid. p.* 37. *& seqq.* Episcopus summus judex & totius regionis Princeps. Nec Advocati tum tanti. Nec frequens admodum eorum mentio. Ipse enim episcopus vim omnem in se trahebat, & trahebat quantum poterat, tanquam Princeps secularis. Quod judices de eo constat. Charta Henrici II. apud Hed. in Anfrid. *Venerabilis vir veteris Trajectensis ecclesiæ episcopus, &c. adiit celsitudinem nostram, deprecans &c. ut nullus servus aut liber prælibatæ ecclesiæ coram ullo Præside aut judice nostro ad causas audiendum aut freda exigenda coactus veniat, sed coram Advocato ipsius ecclesiæ finiantur.* Jus gladii etiam datum. Sed extra urbem inprimis, Vid. Buchel. ad Hed. in Willebrord. Ex priscis chartis & mo-

monumentis; quorum superest memoria, collegi hos qui sequuntur:

Erkenfridus Comes, Advocatus Willibrordi. Vid. Hed. *hist. Ultraj. p.* 31.

Folbertus Baldrici Ann. DCCCXLII.

Wiggerus Comes Adelboldi, Ann. MXVIII. Vegerus est apud Bekam. Vid. eum *in Adelbold.*

Luzo seu Ludovicus Advocatus Bernulphi Ann. ML. Vid. Hed. *hist. Ultraj. p.* 119.

Gerolfus Advocatus Wilhelmi episcopi Ann. MLXIV.

Wilhelmus Advocatus Burchardi episcopi Ann. 1108. Vid. Hed. *hist. Ultraj. p.* 144.

Hugo liber homo Advocatus Andreæ Ann. 1139. Vid. Hed. *hist. Ultraj. p.* 161.

Giselbertus filius Hugonis Advocati Advocatus Heriberti Ann. 1146. Vid. Hed. *hist. Ultraj. p.* 167.

Rudolphus de Goor Advocatus Ann. 1172. Vid. chart. quæ sequitur.

Erant & Advocati episcopi in Zallant Ann. 1225.

Mentio etiam Advocati, quem habebat in Frisia, in charta apud Hedam *hist. Ultraj. p.* 172. *Uterque autem pro libitu suo accipiet sibi Advocatum, communibus tamen negotiis idoneum. Si autem Advocatus episcopi Comiti displicuerit, ad nutum Comitis episcopus illum deponet, & substituet alium qui Comiti placeat. Si vero Advocatus Comitis episcopo displicuerit, deponet eum Comes, & alium qui placet episcopo, substituet.*

Sed nomen deinceps Advocati, ut videtur, cessavit, in locum ejus suffectis Comitibus, Castellanis, Burggraviis &c. quamvis etiam tum temporis, cum nomen adhuc usitatum, auditi Comites Trajectini, Castel-

lani

lani &c. Nam & plures Advocati & plures, qui tuerentur, qui conservarent, defenderent possessiones ecclesiæ, ut ostendi jam supra. Mentio etiam distincte & Advocati, & Castellani, & Comitis Trajectensis in charta Ann. MCLXII. Godefridi episcopi. Charta ita se habet.

IN NOMINE SANCTÆ ET INDIVIDUÆ TRINITATIS ÆTERNÆ LUCIS VERE LUCENTIS. Lucidum & perspicuum eat universis fidelibus, clericis, laicis, tam posteris quam præsentibus, quod ego Godefridus *voluntate Dei Trajectensium Antistes Advocatiam de prædiis ecclesiæ sancti Iohannis pertinentibus, quæ sunt in pago, qui* Balgojc *nuncupatur, quam* Henricus de Cuk *Comes Trajectensis diu sibi magis arbitrio voluntatis, quam aliquo titulo juris usurpaverat, divina pietate tandem inspirante resipiens gratuita voluntate mihi resignavit emancipatam, judicio dictante, secundum beneplacitum meum* Arnoldo *Præposito & suis successoribus ecclesiæ prætaxatæ donando restitui, & restituendo libere donavi, ita ut de cetero nullus advocatus aliquod jus, vel exactionis judiciariæ, vel postulationis violentæ in his prædiis vel mancipiis habeat, sed solus Præpositus, cujus interest providere bonis ecclesiæ juxta rationem suæ dispensationis prudenter & fideliter in timore Domini regat & custodiat. Acta sunt hæc in conspectu venerabilis Domini Coloniensis Archiepiscopi* Phylippi. *Anno* MCLXXII. *incarnationis domini; Anno* XXII. *regni,* XVIII. *imperii gloriosi imperatoris* Fritherici. *Indictione v. episcopatus mei anno* XVII. *Hancque paginam feci conscribi, & anathematis vinculo confirmavi, ut inconvulsa & inconcussa toto tempore permaneat, AMEN. Hujus rei testes sunt, quorum nomina infra scripta habentur, Dominus Coloniensis Archiepiscopus* Phylippus. *Præpositus Santensis* Sifridus, *Santensis Decanus* Guncelinus, *Præpositus sanctorum Apostolorum* Theodericus, Hermannus Iudeus *beatæ Mariæ in Colonia Canonicus. Liberi Comes Gelrensis* Heinricus, *filius ejus* Gerardus, *Comes Hollandensis* Florentius, *Fratres ejus* Robertus, Otto, *Advocatus* Rudolfus, Theodericus *Castellanus, frater ejus* Gerlagus, *Comes* Luscus, Wilhelmus Constantinus de monte, Rignerus de Maldberge, Otto Iunior de Maldberge, Theodericus de Altena, Florentius de Vornen, Isebrandus de Harlem, Alardus Vieman. *Ministeriales*, Ekbertus de Amestelle, *filius ejus* Heinricus, Heinricus de A, Ylias, *filius ejus* Godefridus, Rothericus de Daventria, Bertramnus de Daventria, Hathemannus de Lindelo, Benneke de Wald, *duo filii ejus* Randolfus, Rudolfus, Gerardus de Lindscote, *fratres ejus*

 Jacobus,

Jacobus, Heinricus, Gozwinus de Veteri valle, Isebrandus de Lente, Arnoldus de Everikesthorpe, Hermannus Irregang, Theodoricus de Judisaes.

Sic occurrunt in chartis

Robertus Comes Trajectensis Ann. MI.

Franco Burggravius & Volfardus ejus frater Ann. MLI. & MLXXVI.

Arnoldus Burggravius Ann. 1126. Præfectus. Hed. *hist. Ultraj.* p. 156. Castellanus *ibid.* p. 152. & *seq.* Mentio etiam in charta Henrici IV. *in Append. Ann.* 1122.

Mechtildis Burggravia Ann. 1131. vulgo *Vrouw Mechtelt van der Burgh*, quæ in proprio fundo Aldtwijck monasterium Divæ Virgini extruxit Ann. 1135.

Gerardus Comes Trajectensis Ann. 1120

Theodoricus Comes Trajectensis Ann. 1129.

Otto filius Arnoldi & Mechtildis Burggravius seu Præfectus Traj. Ann. 1145. & 1155. Vid. Hed. *hist. Ultraj.* p. 167.

Theodoricus Burggravius Trajectensis Ann. 1164. & Gerolfus ejus frater. Item eodem Anno

Wilhelmus Comes Trajectensis.

Henricus de Cuyck Trajectensis Ann. 1170. & *seqq.*

Gerlacus Comes Trajectensis Ann. 1172.

Plerique ex his tamen, quod vel maxime hic notandum, honorarii tantum Comites, honorarii Burggravii. Ut citra controversiam olim Domini de Cuyck, item Domini de Goye, a quibus titulus, ut quidam putant, ad Vianios transmissus, & ab his ad Brederodios. Diu certe hi ædiu, sed titulo tantum tenus, *Burchgraven van Utrecht*. Io de Beka in Andrea episcopo: *Lotharius autem Imperator, mortem nepotis sui dolenter accipiens, Heremannum de Kuyck, dictante sententia Principum, dignitate nominis*

minis sui privavit, qui pridem ubique terrarum Comes appellatus fuit. Vid. *ib. Buchel. & ad Hed. in Andr. & Heribert. episc.* De Brederodiis diploma est Ann. 1527.

Walraven *Heere tot Brederode, tot Vianen, Burchgrave t'Utrecht, Heere ter Ameyde &c. Doen te weten alsoo onse ondersaten van der* Aer *haren thiens na onder gewoonte plagen te betalen upten heyligen Jaersdach, twelck ons dunct onbehoirlijck te wesen, Soe eest, dat wy mits desen onsen ondersaten van der* Aer *voersz. voir ons, onsen erven, ende nacomelingen gonnen, dat sy den voornoemden termyn van den jaerdach voornoemt afstaen sullen, mits betalende jaerlijcx up sinte Baven dach voir de vyfthien stuyvers, twintich stuyvers, ende dat ter causen van den thienspenninck voirsz, ende dit te onderhoudun als voirsz is met het schot upte voernoemde termyn te betalen, upte verbuernis van dit ons octroy ende consent. Gegeven onder onsen segel uythangende int jaer ons Heeren duysent vyff-hondert ende seven-en-twintich den derden dach Octobris.*

Quod autem titulo tantum tenus, dubitari non debet.

Extract uytte Resolutien vande Ed: Vroedschap der Stadt Utrecht.

Donderdach den 14. Octob. 1647.

Gelesen, herlesen, ende eenpaerlijck gearresteert de nabeschreven rescriptie op de Missive van sijn Excellentie van Brederode, gementioneert inde notule vanden den 6. Septemb. lestleden.

Welgeboren Heere

Uwer Excellentie Missive gedateert Cleeff den 12. der verleden maendt Septemb. met de bygevoechde stucken hebben wy ontfangen, ende daer uyt ongeerne verstaen, dat by uwe Excellentie voor inciviliteyt ende onweerdicheyt wort opgenomen t'geene wy tot conservatie van deser Stadts gerechtigheyt eedts ende amptshalven gehonden geweest sijn te doen, volgens twelcke wy niet en conden gedogen, dat van wegen uwe Excellentie int district van deser

deser Stadts Jurisdictie eenige wapenen souden werden geaffigeert, twelck by geenige Burghgraven alhier oyt was gepleecht, te min door dien wy noch uyt ons eygen ondersoeck, noch uytte voorsz. overgesondene stucken connen bevinden, nochte oock in rechten ofte justitie vast gemaeckt sal worden, dat uwe Excellentie als Burghgraeff t'Utrecht eenich recht van Jurisdictie ofte oock possessie van dien binnen onse Stadt is hebbende, maer dat het Burghgraefschap alleen is een titulaire digniteyt, gelijck het oock selfs van wegen uwer Excellentie Voorsaet Heer Walraven in voorgaende eeuwe een ijdele ceremonieel genoemt is geweest, Derhalven wy vertrouwen dat uwe Excellentie niet onrechtmatigh sal achten, dat by ons gecontinueert worde int afweeren vant gene tot nadeel van deser Stadts Jurisdictie ende gerechtigheyt soude mogen worden voorgenomen, blijvende nettemin genegen om met uwe Excellentie goede nabuyrschap ende correspondentie te houden, waer mede wy uwe Excellentie

Welgeboren Heere bevelen in Godes protectie, Geschreven t'Utrecht den 14. Octob. 1647.

Burgermeesteren en Vroetschap. &c.

Forsan urbis etiam Prætor seu Præfectus Burggravius. Idem enim Otto, qui Burggravius invenitur Ann. 1145. eodem etiam anno Præfectus urbis invenitur, ut & pater Arnoldus Ann. 1126.

Notandum etiam, quod, quos dixi, dicantur Comites, Burggravii, Trajectenses in specie. Nam alioquin Burggravii etiam Præfecti arcium in diœcesi. Qui & alibi Castellani. Gastaldi etiam, Gastaldii, quasi, ut Amerbachius vult, *gestelte*, constituti, præfecti arci, aut castro. Hinc *Gastaldus Tuscanensis* apud Anastasium in Vitis PP. *p.* 76. *Gastaldus Beneventanus*, *Capuanus* in Chron. Casinens. *lib.* 1. *cap.* 20. *&* 26. Anastas. in Gregor. II. *Et Longobardos pene trecentos cum eorum Castaldo interfecerunt.* Baldric. 3. *Chron. Camerac.* 63. *Johannes tamen in civitate remanet Castellatura indonatus.* Add. ibid. *cap.* 66. Etiam alibi Villici, *Drossaerts* item, ut & *Ruwaerts*. Arnoldus Dux Gelriæ apud Pontan. *lib* 9. *hist. p.* 420. *Egmondæ & Yselsteinæ Dynastam &c. præsidem ac præfectum*, Ruwardum *vulgo dictum constituimus*, Sic *Ruwaert van Putten*,

van

van Brabant &c. Occurrit etiam apud Meteren *lib. 7. hist. p.* 415. Iidem qui *Borchsaten* in charta Arnoldi de Hoern, episcopi Trajectini, Ann. 1375. Centuriones Dodechino ad Ann. 1110. *Regalia, id est, civitates ducatus, marchias, comitatus, monetas, teloneum, mercatum, advocatias, omnia jura centurionum, id est, villicorum.* Et quod ad villicum: Certe & Villicus Præfectus est. Præfectura, villicatio. Juvenal. Sat. 4.

Pegasus attonitæ positus modo villicus urbi.

Tibullus de ærarii Præfecto:

Villicus ærari quondam nunc cultor agelli.

Wilhelmi Comitis Hollandiæ, qui & Rex Romanorum chartam habeo MS. & Belgice & Latine Ann. MCCCXLV. In ea ita Latine: *Siquis autem de circummanentibus alicui Burgensium de Haerlem injuriam seu violentiam fecerit de bonis suis, quæ juste & sine querimonia possederit, villicus de Haerlem cum universis tam pauperibus quam divitibus illuc pergere debet, & illam injuriam corrigere debet, & hoc sine mea vel meorum offensione.* Belgice vero ita: *Waer dat sake dat ymant van den omtrent woeners der poerte van Haerlem enich der borgers van Haerlem onrecht of craft dede van sinen goede, dat hi beseten hadde rechtelic ende sonder claghe, die Scoute van Haerlem soude metter meente, alsoe wel mit armen alse mit riken, derwaert varen, ende dat onrecht sal hi berechten ende corrigieren, ende dat sonder mynen toern ofte der myner.* Sic variat significatio. Charta apud Miræum 2. *don. Belg.* 45. *Nullus Villicationem in possessionibus ad eundem locum pertinentibus hereditario jure teneat, vel repetat; sed Abbas, qui pro tempore fuerit, idoneum & fidelem Villicum de familia monasterii constituat & deponat.* Io. de Beka in Otton. II. *Plures quondam vasallos habuit in terra Zallandia, qui per villicos episcopi sape graviter exactionati sunt.* Add. Brouwer. 3. *antiq. Fuldens.* 18. A *villa*, qui villam incolit colonus, rusticus, villicus. Plerumque olim servus, sed servus, qui & aliis, qui exercebant rus, præerat. Vetus Auctor historiæ Apollonii Tyrii, quem Augustæ Vindelicorum ex bibliotheca ejusdem urbis Velserus edidit Ann. 1595. *Et hæc cogitans nuntiatur ei villicus venisse de villa nomine Theophilus. Quem convocans ait, Si cupis libertatem cum præmio accipere, tolle Tarsiam de medio.* Et hinc deinceps etiam *villicus* cuivis alii aut negotio aut rei præfectus. Et seu liber seu servus. Gynæcei etiam villicus, puellarum

&c. In eadem historia: *Et vocavit villicum puellarum & ait, Ancilla quæ præsens est exornetur diligenter, & scribatur ei titulus &c.* & mox: *Iratus Leno audito quod virgo mansisset, vocat villicum puellarum & ait. &c.* Pagorum etiam, castrorum, arcium &c. Ex veteri sceda, quam vidi apud virum illustrem Gasparum Schadè, notavi hos, qui sequuntur. Utar verbis, quæ reperi:

Henrick van Loenreslooth Borchgrave van der Horst Ann. 1329.

Jan van Clarenburch Casteleyn van Gildenburch Ann. 1373.

Willem van Groenewoude, Knape, Casteleyn van Stoutenburch Ann. 1383.

Jacob van Zuylen van Nyvelt Casteleyn van Stoutenburch Ann. 1343.

Dirck van Jutphaes Casteleyn van Vredelant Ann. 1393.

Aelbert Prœys Casteleyn van Vredelant Ann. 1443.

Jan van Draeckenburch Casteleyn en Capiteyn opt huys ter Eem Ann. 1455.

Amelis uytten Engh Casteleyn van Duersteden Ann. 1483.

Adriaen van Pallaes Casteleyn van Duerstede ten tyden van Bisschop Frederick van Baden.

Joost van Bueren Casteleyn van Duerstede Ann. 1523.

Willem van Winsen Casteleyn van Vreeswijck, Willem van de Wael van Vianen, en nae hem sijn swager, Casteleyn van Vreeswijck, Blijckt by de Hylicxbrieven Ann. 1512.

Sed multi hic omissi. Omissus Theodericus, cujus supra mentio in charta Godefridi episcopi Ann. 1172. Omissi alii, qui occurrunt passim apud Hedam & Bekam.

CAP.

CAPUT XXXII.

Et Præsul sedens pro tribunali administravit justitiam, & ejus etiam injussu, imo & repugnante eo, in reos animadvertit Urbs. Nefas exuli reverti contra populi voluntatem. Nec restituere eum aut reducere in episcopi potestate. Clero etiam invito non multum eidem licuit.

Dixi in diœcesi olim nulli jus gladii, nisi tantum Præposito S. Johannis. Et id dixi de Toparchis. Nam Antistes id habuit. Habuerunt etiam Urbes & Advocatus ecclesiæ. Et quod ad Antistitem; ut dixi, utraque ei jurisdictio. Sedens pro tribunali utramque etiam exercuit. Ubicunque ubi visum. Etiam Ultrajecti. Ex Actis Ann. MCCCXC. *Nu en sonnendaghe naestcomende sal onse Heere van Utrecht ene mene maelstat houden tot Oudwijc, des geestmen geleyde van ons Heeren wegen van Utrecht, ende van der Stat wegen, al den ghenen die tot dier maelstat comen, welck geleyde in sel gaen mergen te zonne opganc, ende sel deuren tot en dynxdaghe toe daer naestcomende.* Ex plebiscitis Ann. 1315. *op tes Heyligen Cruys avont Inventio: Onse Heere van Utrecht wil morgen zinen rechtdach hier binnen houden, des geestmen geleyde al den genen, die hier ten rechte comen nu rechtevoort ingaende tot en sonnendaghe toe naestcomende &c.* Assessores ejus milites, ministeriales, vasalli &c. Transactio inter Urbem & quinque Capitula Ann. 1364. *Voort so mag die Bisscop selve mit Ridderen, Knapen, Mannen, ende Dienstmannen te recht sitten, ende recht bouden binnen sijnen Gestichte, waar hy wil alse gewoonte is.* Nec exercuit tantum in extraneos. Exercuit etiam in cives. Sed in cives non aliter, quam si facta provocatio. In prima enim instantia legitimus nemo eorum judex quam magistratus urbanus. In causa scilicet seculari. Etiam in criminali. Atque eo pertinet diploma Wilhelmi Romanorum regis apud Boxhorn. *ad Chron. Veldenar. p. 164.*

WILHELMUS DEI GRATIA ROMANORUM REX semper Aug. Universis sacri Imperii fidelibus præsens privilegium inspecturis gratiam suam & omne bonum. Quotiens regalis excellentia Majestatis in subditos & fideles suos manus suæ liberalitatis extendit, & eos tanquam bene meritos condignæ retributionis muneribus recompensat, totiens eos in constantia fidei puræ corroborat, & tam ipsorum, quam aliorum fidelium, ad ejus obsequia fortius obligat voluntates. Hinc est, quod nos fidem puram & dilectionem sinceram, quam dilecti fideles nostri cives Trajectenses erga nostram Celsitudinem habuerunt hactenus, & adhuc fervemti animo habere noscuntur diligentius intuentes, ac volentes ipsos speciali prærogativa gaudere, & gratia liberali, eis universis & singulis præsentibus duximus perpetuo concedendum; ut nullus princeps, Marchio, Dux, Comes, vel nobilis ecclesiastica vel secularis persona aliquem ipsorum civium, vel in civitate ipsa manentium, extra muros civitatis ejusdem, nisi Imperator vel Rex, super his, quæ ad judicium seculare spectant duntaxat possit ad judicium evocare, citare, seu etiam coram aliquo convenire, cum parati existant coram episcopo Trajectensi, eorum domino, vel Iudice, qui pro tempore fuerit deputatus ab ipso in civitate Trajectensi prædicta, exhibere cuique justitiæ complementum. Unde &c.

In causa etiam criminali dixi. Nam jus gladii Urbs exercuit absolute & indistincte, & in eosdem, in quos Præsul, Præsule etiam inconsulto, imo & nonnunquam repugnante & invito. Ex actis Ann. 1447. *des Donredachs na Wilbrordi:*

Sleten Scepen, Rade, ende Oudermans, datmen Willam Cristiaensen, Symon Bouwensen, Coenraet Kynscop van Trier, en noch twee andere gesellen richten sal mit den swaerde an haer lijff, alse zeerovers, want sy opter Zee gerooft hebben.

Ex Actis Ann. 1448. *des Vridags den XII. daghe in April. Sleten Scepen, Rade, ende Oudermans, datmen Adriaen Meeussen van Poperinge uyt Brabant rechten sal mit den Rade an sijn lijff, als ene moerdenaer, want hi hem beliet heeft, dat hy mit drien anderen gesellen twier moerde deelachtich is geweest, en t'gelt dat dair aff gecomen is, mede gedeilt.*

Ex Actis Ann. 1450. *des Saterdags op sunte Wilboorts dach: Want Wouter Peterssen ende Geelis Pouwelssen van ene opset ende overvallinge geweten hebben, dair Vrederic van Rynesse mit vele vreemts volcx van buten onse*

onse Stat van Utrecht overvallen soude hebben, gelijck zy hem dat zelve belijt hebben, Soe sijn die Rade out ende nye eendrachtelijck overdragen, dat men dat rechten zel aen hare liven, alse Wouter Peterssen aen vier vierendeelen, ende elc virendeel voir aen onser poerten, ende Gelis mit den Rade, want sy beyde deso overvallinge zelve mede gedaen zoude hebben.

Criminis gratiam etiam fecit. Nec in exilium tantum misit. Etiam exulem restituit. Nefas exuli reverti contra populi voluntatem. Et plerumque id capitale. Nec restituere aut reducere eum in episcopi potestate, casu tantum excepto, quo Urbem ingressurus inaugurationis causa solennî cum pompa. Dies exuli exoptatus etiam alibi passim. Pont. Heuter. *lib.* 5. *rer. Austriac. cap.* 2. *Exspectabant Terbanckii circiter quingenti exules Principes, ut ab Archiduce jam primum inaugurando patriæ restituerentur.*

Vetustissimum autem jus id, quo in Præsulum introitu soluti passim vincti, ut Aureliæ adhuc moris, & moris placito Burdegalensi, ut ajunt, confirmati Ann. 1522. Ivo *epist.* 53. *Quod clericum illum, quem in die vestri introitus secundum morem vestræ civitatis nostra exhortatione de carcere liberastis &c.* Originem siquis quærat, ab ethnicis repetenda hæc. A quibus data etiam abolitio ob diem insignem, ob gratulationem publicam, *l.* 8. *l.* 9. *ff. ad Sct. Turpil.* Iamblichus de rebus Rhodanis & Sinonidis apud Photium: Ἔχαιρέ τε καὶ ἔθυε, καὶ τοὺς γάμους ἡτοίμαζε, καὶ κήρυγμα ἤπλωτο πανταχοῦ, πάντας δεσμώτας λύεσθαι, καὶ ἀφίεσθαι, *Gaudio perfusus ad sacrificandum diis accedit, nuptiasque parat. Præconis item voce ubique denunciari jubet, ut vincti omnes solvantur atque dimittantur.* Liv. *lib.* 24. *hist. Acradina capta servi ad pileum vocati, & carcere vincti emissi.* De Augusto Sueton. *in ej. vit. cap.* 57. *Observatum etiam est, ne quoties introiret urbem, supplicium de quoquam sumeretur.* Ulpian. in Timocrateam: κατὰ πέντε ἔτη ἤγετο τὰ Παναθήναια. τότε δὲ ἐξῆν ἀφεῖσθαι τοῦ δεσμοῦ τοὺς δεσμώτας διὰ τὴν πανήγυριν. Marcellinus in Hermogenem: νόμος ἐν τοῖς Θεσμοφορίοις λύεσθαι τοὺς δεσμώτας, *Lex, ut Thesmophoriis nexi vinculis solverentur.* Add. Petit. *ad leg. Attic. lib.* 1. *tit.* 1. Nec olim insolens, ut episcopi pro reis criminum intercederent; ut vel mitius punirentur, vel dimitterentur impune. Priscus auctor in vita S. Aniani apud Surium *to.* 6. *Cum jam communibus omnium suffragiis episcopus factus esset, ab Agrippino viro illustri &*

militum magistro petiit, ut eos omnes quos carceres vinctos detinerent liberos abire pateretur. Recusabat ille, nescio quid causæ prætexens, sed cum vellet in templum precandi causa ingredi, ab alto decidit lapis in caput ejus, diramque ei plagam imponens multum ex eo sanguinem expressit. Sensit illico ea causa id accidisse, quod sancti episcopi preces rejecisset, mittit ergo jam a famulis reportatus in domum suam, qui episcopum vocent; mors enim propter nimiam sanguinis fluxionem impendere videbatur. venit episcopus, manu sua vulneri crucis signum imprimit, sanguis sistitur, redeunt vires prope jam deplorato; aperiuntur carceres, & exeunt miseri, beati episcopi Aniani intercessione in libertatem vindicandi. Sed & id a paganis est. Romani virgines Vestales, quæ deprecarentur supplicium, apud judices adhibebant. Eoque exemplo Messalina audito Claudii mariti reditu, ulturi stuprum cum Silio, *Vibidiam*, ut ait Tacitus *lib.* 11. *annal. in fin. virginum Vestalium vetustissimam oravit, Pontificis maximi aures adire, clementiam expetere.* Sueton. *in Iul. cap.* 1. *Donec per virgines Vestales, perque Mamercum Æmilium, & Aurelium Cottam propinquos & affines suos veniam impetravit.* Flamini etiam Diali id honoris concessum, ut vinctum solvi necesse esset, si ædes ejus introisset, ut auctor est Gellius *lib.* 10. *cap.* 15. & Plutarch. *in problem.* Add. Plutarch. *in Num. c.* 18. Morn. *ad l.* 7. *C. de episc. aud.* Rad. Forner. 6. *rer. quot.* 7. Alteserr. *de Ducib. & Comit. lib.* 2. *cap.* 6.

Sed quod ad exules; Ultrajecti non quivis passim tum recepti solenni illo die, quo Princeps Urbem ingressus. Soli veteri quodam jure, qui intra funiculum. Heda in Suedero & Rudolpho Diepholdio: *Cum Suederus episcopus ipso die Laurentii Martyris intraret civitatem, & exules de more cum novo Principe inter funiculum illum sequerentur, suboritur motus ingens, nam rupto funiculo aliqui trucidabantur &c.*

Extra eum casum agendum ipsi cum populo, cum Senatu, cum Duumviris, cum Collegiis artificum. Prensandi singuli & universi, ut pace ipsorum, ut venia liceret exuli reverti. Ex Actis Senatus Ann. 1512. *des Donredages na Odulphi: Also mijn genadige Heere van Utrecht menichwerf vruntlicke begeert heeft gehadt opten Rade out ende nye om gratie voor Folpert Foeyt in der Stadt te mogen komen, ende verbliven, So ist, dat die Raat out ende Nye overkomen, ende wel genegen is totter gratien voirsz opt behagen van den gemeynen Gilden. Item des Manendages den*

den XXI. Iunii : Door aenbrengen van den gemeynen gilden ist eendrachtelick by t'meeste deel der gilden belieft, datmen mynen genadigen Heere van Utrecht te lieve, so sijn Genade menichwerff des begeert hebbe gehadt, Folpert Foeyt in der Stadt Utrecht sel laten komen ende verbliven, Soe dat by den Rast out ende Nye anderdages opt behagen van den gemeynen gilden belieft ende overcomen is geweest.

Nihil vi impetratum. Petenti multa, ut Domino, concessa, indulta. Ad jus reddendem accessurus, aut qua alia de causa indicabat adventum. Comitatui, quem habebat, datus tum commeatus, sed ad certum tantum tempus. Tam avida libertatis Urbs.

Verum urbem jam mitto. Modum posuit non hæc tantum. Licentiæ etiam frœnum, ut jam supra etiam dixi, a Prælatis injectum. Nam nec his adversantibus episcopi ulla vis. His & eligendi & jus rursum eum deponendi. Vocandi etiam ad Conventum, coërcendi &c. Io. a Leidis *lib.* 32. *cap.* 18. *Scripserant totum ordinem rei Frederico episcopo Trajectensi, petentes ab eo justitiam contra suos adversarios; unde cum quadam die idem Pontifex ad Capitulum in Trajecto venisset, ostendit has literas omnibus de Clero & nobilibus totius patriæ ibidem congregatis. Lectæ autem sunt patenter in auribus omnium. Quas cum audisset Hermannus de Lochorst, Decanus in summo, cum Ioanne van den Spiegel, & ceteris suis fautoribus, respondit idem Decanus Præsuli, dicens: Domine mi, jam non est tempus tractare de illa materia. Quo dicto rediit unusquisque ad domum suam.* Add. Kemps *beschryv. van Gorinchem p.* 191.

Nec ipse Episcopus inficiatus, quod Prælatis potestas hæc; ut vel charta hæc argumento est:

WY SWEDER VAN CULENBORCH by der genaden Goids, Elect, geconfirmeert to Utrecht, Maken kont en kenlic allen luden, dat wy belyen en kennen, dat wy tot allen tyden als wy in onser ecclesien van Utrecht bedaecht werden int Capittel, dat wy of onse Ambachtslude enigen menschen onrecht gedaen hebben, of verweygeringe van recht, ende dairom van den Domdeken of den genen die sijn macht heeft geroepen werden, te Capittel comen sellen, ende recht doen, ende recht doen doen, by Rade, en goetdunken der Prelaten ende der ecclesie voirsz. In oerconde der waerheyt besegelt mit onsen

onsen segel, Gegeven int jaer ons Heeren dusent vier hondert vijf en twintich des saterdages na onser Vrouwen dach assumptio.

Et eo nixum fundamento, quod Henricus Palatinus, cum clero inconsulto, cum invito & ignorante, frustra multa agitasset, ab eo jussus se abdicare; quod instructus equitatu, magno exulum numero, & externis auxiliis, cum ad urbem properasset, portis clausis exclusus, promulgatis & missis ad eum literis repudii, quæ apud Hortens. *lib.* 5. *hist.* Omnes hinc illæ lachrymæ; sed quas episcopus excussit ira, odio, abreptus, & calcatis privilegiis contra morem receptum tentans urbis ingressum. *Vetus consuetudo genti Ulrajectinæ*, dicit Hortensius *lib.* 4. *hist. ad eam diem usque durarat, ut princeps in urbem venturus, Ordines, præmissis cum armis culinariis coquis, adventus sui certiores faceret: ad cujus ingressum ter signum tintinnabulo, cui ab eo nomen factum erat, honorifice dabatur. Ministeria autem ita nunc præ se vehiculis in civitatem misit, ut eorum prope terga cum equitatu hæreret, essetque jam ad portam prius, quam advenire nunciaretur.* Vid. *infr.* adhuc latius.

CAPUT XXXIII.

Canon. Canonici. Matricularii. Matricula. Dominadius. Kerck unde. Notatur Lipsius. Ædes olim episcopi juxta templum primarium. Iuxta aut circa eam Canonicorum mansiones. Mensa Canonicorum. Serius dicti Dombeeren. Fratres olim dicti. Quinque eorum collegia seu Capitula Ultrajecti. Eorum ordo cujusmodi. Sua singulis jurisdictio. Campus famis Ultrajecti.

De Prælatis cum loquor, loquor de Canonicis. Canonici vel a canone, seu pensione, quam accipiunt, vel quod verius a regula, nam Græcis hæc κανὼν, cui vivunt obstricti. Wolkuinus Abbas: *Rara avis*

avis in terris hodie Canonicus a canone vitæ. Unde ergo? Audi unde. Est namque canon vitæ, ut dictum est, & est canon pecuniæ, videlicet alicujus pensionis certæ. Unde solet dici; Solve mihi canonem meum, id est, pensionem meam, id est, statutam pecuniam meam. Eja ergo, O Canonice, invenimus canonem tuum, a quo derivaris, id est, a canone pecuniæ, non a canone vitæ, id est, a canone regionis, non a canone religionis. Et ita quidem hic propter mores corruptos. Malim tamen a regula, si spectes verbi originem. Ivo Carnotensis epist. 69. *Ideo*, inquit, *Canonici appellati estis quod canonicas regulas vos velle observare cæteris arctius devovistis.* Si Canonicos, qui Ultrajecti, verissimum, quod dicit. Regula ibi jam exolevit. Nec ulla ratio, cur nomen id nonnullis tam invisum. Horrent id, ut scelestum, ut abominandum, ut impium. Si quæratur, quæ ratio? Fortassis ipsi non sciunt. Dum ex aliis pendent toti & aliorum judiciis, nec in rem inquirunt altius, nec in vocis originem. Et si uspiam tamen alibi verissimum utique etiam hic quod Plato in Gorgia: ὃς ἂν τὰ ὀνόματα εἰδῇ, εἴσεται καὶ τὰ πράγματα, *Siquis nomina cognoverit, cognoscet etiam res ipsas.* Quod alibi Epictetus, ἀρχὴ παιδεύσεως ἡ τῶν ὀνομάτων ἐπίσκεψις. Quod Galenus egregie etiam *lib. 3. de simpl. medic. fac.* ἡ τῶν ὀνομάτων χρῆσις παραχθεῖσα καὶ τὴν τῶν πραγμάτων ἐπιταράττει γνῶσιν, *Conturbatus nominum usus & rerum ipsarum cognitionem conturbat.* Canon non semper regula. Canon pensio etiam, pensitatio, & præstatio quædam annua, *l. 1. C. de indict. l. un. C. de collat. don. l. 3. C. Qu. res vend. non poss. l. ult. C. de jur. emphyt. l. 11. C. de excus. mun.* Et hinc jam Canonici.

Matricularii † etiam olim, vel quod in alba, in matricula, vel quod matricis ecclesiæ. Nam vulgo ubi hæc, ibi etiam Canonici. Anselmus apud Eadmerum *lib. 4. hist. Monachis ibidem permanentibus, sicut sunt multi episcopatus, qui monachos in matre ecclesia habent non Canonicos.* Unde & idem *matricula*, quod collegium, Capitulum. Idem quod ecclesia, quod ecclesia cathedralis. Vita S. Udalrici *cap. 2. Senior tuus Adalbero migravit a seculo, & Deo jubente te ejusdem matriculæ decet esse pastorem.* Eadem *cap. 3. Cursus scilicet quotidianus cum matricularis in choro ejusdem matriculæ ab eo caute observabatur.* Cap. 4. *Ibi mensas tres omni decore præpa-*

† Matricularii etiam pauperes ecclesiæ albo inscripti. Laici etiam ab ecclesia in tutelam recepti. Anonymus apud Mabillon. 2. *analect. de episcopis Carnatensibus* p. 58. *Matricularii Clerici quinque solidos in fero & quinque solidos in mane percipiant. Matricularii laici & hostiarius Capituli quilibet XII. denarios eodem modo.*

vatas invenit; unam cui ille; cum quibus volebat; adsidere solebat, & aliam matriculis, tertiam congregationi sancta Afra. Add. *ibid. cap.* 20. & 24. Flodoard. *hist. Remens. lib.* 2. *cap.* 5. & *seq.*

Belgice etiam a loco, in quo morantur *Dombeeren. Dom* idem quod domus, quod Dominicum &c. *Dominicum* idem quod ecclesia, quod ædes sacra, quod templum. Idatii Chronicon ad Ann. 360. *Constantio X. & Iuliano III. His Conss. dedicatum est Constantinopoli Dominicum die XV. Kalend. Mart.* Acta SS. Martyrum Saturnini, Felicis, Dativi, Ampelii *cap.* 4. *apud Baluz. lib.* 2. *miscell. Collectam gloriosissime celebravimus, ad scripturas dominicas legendas in dominicum convenimus semper.* Helmold. *lib.* 1. *cap.* 10. *Admovit exercitum, ut caperet Romam, & oppugnavit domum B. Petri &c.* Adam Bremens. *lib.* 3. *cap.* 5. *Interea fervet opus, surrexit ecclesia murus &c. ipse vero ad exemplum Beneventana domus cogitavit perducere.* Add. *lib.* 2. *cap.* 61. Gualdo monachus Corbejensis *de vit. S. Anschar. cap.* 35.

Hoc domus ecclesia claustrumque flagravit ab igne.

Κυριακὸν dicunt Græci. Unde & nostrum illud *Kerck*, seu *Kirch*, ut Germani. *Khiribhum* reperitur in veteri Symbolo Apostolorum: *Kilaubu in Wihan Kest, in Wihan Khiribhun Catholica. Credo in Spiritum sanctum, in sanctam Ecclesiam Catholicam. H* idem quod *ch*, ut in veteri Confessione apud Brouwer. *antiquit. Fuldens. lib.* 2. *cap.* 14. *Ih wir du Gote almahtigen bigihtig, inti allen Gotes Heiligen, allero minero suntono, unrehtero gitanco, unrehtero worto, unrehtero werco &c.* Perperam Lipsius a *Circo*, quod in ejus velut formam extructa olim templa. Plane aliud vocis ἔτυμον. Walafrid. Strabo *cap.* 7. *de reb. eccles. Ab ipsis autem Gracis* Kyrch *a* Κύριος, *& alia multa accepimus. Sicut enim domus Dei Basilica, id est, Regia a Rege, sic etiam Kyriaca, id est, Dominica a Domino nuncupatur: quia Domino Dominantium & Regi Regum in illa servitur.* Cyrillus Hierosolymitanus *cateches.* 18. Κἄν ποτε ἐπιδημῇς ἐν πόλεσι μὴ ἁπλῶς ἐξέταζε ποῦ τὸ Κυριακόν ἐστι· καὶ γὰρ αἱ λοιπαὶ τῶν ἀσεβῶν αἱρέσεις Κυριακὰ τὰ ἑαυτῶν σπήλαια καλεῖν ἐπιχειροῦσι. *Si quando in urbem aliquam veneris, ne simpliciter inquire, ubi est Dominicum: nam & reliqua impiorum secta suas speluncas Dominica contendunt nominare.* Concilium Neocæsariense *can.* 5. Κατηχούμενος εἰσ-

ερ-

ἀρχόμενος εἰς τὸ κυριακὸν ἐν τῇ τῶν κατηχουμένων τάξει στήκη. Alibi idem *κυριακὸν* quod sacra liturgia, *ἡ μυστικὴ εὐλογία.* *Κυριακὸν τελεῖν* pro *rem sacram facere* sæpe in Actis Martyrum. *Κυριακὸν* etiam absolute pro *κυριακὸν δεῖπνον*, *cœnam Domini celebrare.*

Dixi per excellentiam. Nam passim ecclesiæ, monasteria etiam domus. Wichmans in Brab. Mar. *lib.* 3. *cap.* 68. *Guilhelmitæ*, inquit, *& Carthusiani monasteria sua domus nuncupant.* Nec mirum: Domus, *οἶκος* apud veteres etiam idem quod regia, ut in epistola Themistoclis ad Artaxerxem: *ἥκω παρὰ σε, ὁ κακὰ πλεῖστα Ἑλλήνων εἴργασμαι τὸν ὑμέτερον οἶκον*, *Venio ad te ego, qui regiæ vestra plus mali intuli quam ullus Græcorum.* Herodot. *lib.* 6. *Ἄνδρες Ἴωνες νῦν τις ὑμέων εὖ ποιήσαι φανήτω τὸν βασιλέως οἶκον.* Casaub. *exerc.* 13. *ad Annal. Baron.* 3.

A *Dom* ergo, quod ecclesia, quod templum, *Dombeeren.* Unde & illud *Dominadius*, quo Felicem suum celebrat in epistolis Paulinus, ut *epist.* 12. *Basilica igitur illa, quæ ad Dominadium nostrum communem Patronum in nomine Domini Christi jam dedicata celebratur, quatuor ejus basilicis addita, reliquiis Apostolorum & Martyrum intra apsidem trichora sub altari sacratis, non solo beati Felicis honore venerabilis est.* Alii ajunt a domo, in qua una cum episcopo ut plurimum versabantur. Augustin. *de comm. vit. cleric. Nostis omnes, aut pene omnes, sic nos vivere in ea domo, quæ dicitur domus episcopi, ut quantum possumus, imitemur eos sanctos, de quibus loquitur liber Actuum Apostolorum: Nemo dicebat aliquid proprium, sed erant illis omnia communia.* Sed id longius quæsitum. Verum quidem, quod olim ut plurimum cum episcopo. Vulgo ejus ædes juxta templum primarium. Ex veteri instrumento, quod est apud Chiffletium in probationibus historiæ monasterii Trenorciensis Ann. 1250. *Indicia autem rerum sunt, quod ibi sunt domus archiepiscopales, juxta canonicam institutionem, & approbatam consuetudinem, quæ est optima legum interpres. Videlicet quod juxta matres ecclesias domus sunt episcoporum ex institutione canonica, (sicut dictum est) & ex consuetudine approbata, &c.* Chron. Magn. Belgic. ex vita S. Servatii: *Oratorium igitur cum in loco visionis ad honorem Sanctorum Cosmæ & Damiani dedicavit, juxta ædificans domum episcopalem.* Unde & *οἶκος ἐκκλησίας.* Euseb. 7. *hist.* 30. *μηδαμῶς ἐκστῆναι τοῦ παύλου τοῦ τῆς ἐκκλησίας οἴκου θέλοντος*, *Paulum cum e domo ecclesiæ nullatenus*

latenus excedere vellet. Alibi οἶκ☉- ἀσπαςικὸς, salutatorium, metatorium. Exterorum hospitium etiam. Clericorum præsertim. Vid. Sozom. *6. hist. cap.* 31. Iuxta aut circa eam Canonicorum mansiones, ut & olim Ultrajecti, ut semper essent, qui inspicerent in vitam, in mores. Hermann. Monachus *de mirac. S. Mar. Laudun. lib.* 1. *cap.* 1. *in fin. Præfata S. Mariæ ecclesia cum aliis propinquioribus decem Ecclesiis, domus quoque adjacentes episcopi, atque Canonicorum, multorumque civium igne supposito concremantur.* Honorius Papa III. apud Cironium *tit. de jur. patron.* Altefert. *ad cap. cum omnes ext. de constit.* Ziegler *de diacon. cap.* 13. *n.* 2. *&* 4. *& de dot. eccles. cap.* 7. *n.* 17. Sed non domus episcopi, sed templum ipsum *Dom* dictum. Plures etiam ecclesiæ, quas obtinebant Canonici, & circa eas eorum ædes. Nec omnes circa ædes aut circa aulam episcopi. Et tamen indistincte vulgo omnes *Dombeeren.* Quamvis majoris templi per excellentiam sic dicti. Nam & *Dom* id per excellentiam. *Tuomum* apud Anonymum est in vita S. Uldalrici. *Indeque cum antiphonis ad honorem hujus diei congruentissime compositis, ad tuomum famosissima processione &c.* Vid. Lambec. *orig. Hamburgens. lib.* 1. *p.* 58. Willibrord. Bosschaarts *de prim. vet. Fris. Apost. diss.* 76. *& diss.* 80. Molan. *Natal. Sanct. Belg.* 13. *Iun.* Pontan. *orig. Franc. lib.* 6. *cap.* 3.

Serius tamen *Dombeeren.* Usitatior vox *Fratrum cap. novit ext. de h. qu. fi. a Præl. fin. consens. Capit.* Vid. Chart. Henr. III. de Groninga apud Hedam *in Bernulph. episcop.* Perinde enim ac monachis & ipsis Abbas, id est, Pater. Et ipsi claustro inclusi. Et ipsis nihil proprium. Communis etiam ipsorum victus, commune refectorium, communis mensa &c. Petrus Cellensis 1. *epist.* 4. *Abbas autem cum Canonicis suis contra pactum veniens &c.* Charta Urbani II. Papæ apud Baluz. 2. *miscell. Vitæ namque canonicæ ordinem, quem professi estis, præsentis privilegii auctoritate firmamus, & ne cui post professionem exhibitam proprium quid habere, neve sine Præpositi vel congregationis licentia de claustro discedere liceat, interdicimus.* Innocentius III. Papa apud Claud. Molinet. ad *Stephan. Tornac. epist.* 161. *Accepimus, quod in eadem ecclesia hac fuit consuetudo servata, quod universis Canonicis & unum erat refectorium, & mensa communis, in quo etsi non omnibus diebus singuli, omnibus tamen diebus Canonicorum aliqui comedebant &c.* De Regularibus loquor, quales olim & Trajectini. Unde & *mensa* Canonicorum pro *collegio* Canonicorum. Et ratio non est alia, quam quod viverent, in commune, quod commensales, eadem mensa. Gregor.

gor. Turonens. *lib.* 10. *hist. in fin. Hic instituit mensam Canonicorum.* Adam. Bremens. *lib.* 2. *cap.* 51. *Nam & claustrum renovavit & Canonicis mensam ipse primus instituit.* Add. Gregor. *de vit. Patr. cap.* 9. Mensæ † Archidiaconus apud Innocent. III. *lib.* 2. *epist.* 22. & quod olim Diaconi circa mensas occupati, & quod is reditus Canonicorum, quod communes facultates, & substantiam curabat. Vid. eund. *ibid.* & Bosquet. *in not.* Multi qui ignorantes, revera monachos putabant. *Monachos canonicos* Anastasius Bibliothecarius dixit de *vit. Pontific. in Gregor. IV. Juxta latus prænominata basilica monasterium a fundamentis statuit, & novis fabricis decoravit. In quo etiam monachos canonicos aggregavit, qui inibi officium facerent &c.* Arnold. Lubecens. *Chron. Slavor. cap.* 21. *Inde est quod seculares ignorantes discretionem ordinis monachorum & Canonicorum regularium, ipsos Canonicos monachos appellare consueverunt.* Discrimen exiguum. In habitu nonnihil: & quod Abbas Canonicorum baculum non habebat. *Cambutam*, ut vocabant tum. Bertold. Constantiens. ad Ann. 1297. *Monasterium Clericorum, quod Canonicum Romani cognominant, prope eandem civitatem construxit &c. est enim consuetudo in illis partibus, ut Præpositi Congregationum hujusmodi Abbates nominentur, & in Abbates consecrentur, hoc tantum excepto, quod baculos non portant.* Altesert. I. *ascetic.* 12.

Seculo demum decimo postquam periit paulatim communis illa vivendi ratio, & Ultrajecti, & alibi, per universam fere Europam, abjecta Fratrum appellatione, ut vili nimis & humili, & inter se & apud alios Domini cœperunt dici, Domini Canonici, *Domheeren*, &c. Caussam Trithemius in superiores Germanos rejicit. Sed an recte non satis

† Πολύσημος etiam vox hæc. Ipsa Eucharistia & Cœna Domini etiam *mensa*. Paulus 1 *ad Corinth.* 10. v. 21. οὐ δύνασθε τραπέζης Κυρίου μετέχειν, καὶ τραπέζης δαιμονίων. *Non potestis mensæ Domini participes esse & mensæ dæmoniorum.* Sacra alibi, φρικώδης, cœlestis, mystica, spiritualis. Chrysost. ad *d. loc.* ἡ μυστηρίων κοινωνία, ἡ τράπεζα ἱερά, οὐχὶ ἀπόλαυσις τοῦ σώματος, οὐχὶ κοινωνία τοῦ αἵματος, ὑμᾶς ὠφελῆσαι δύναται. Idem *to.* 5. *Savil.* p. 367. ἐπ' αὐτὴν ἐπὶ τὴν μυστικὴν τράπεζαν ἐξάγει τὸν λόγον, *Deinde transit ad sermonem de Cœna Domini.* Idem *homil. in locum Pauli: oportet hæreses esse;* ἡ τράπεζα ἡ φρικώδης κοινὴ πᾶσι πρόκειται, *Terribilis illa mensa communis proponitur omnibus.* Passim πνευματική. Apponit etiam is, qui verbum Dei prædicat, qui instruit &c. Idem homil. 24. Διὰ τοῦτο ἑπτὰ ἡμέρας ἐφεξῆς σύναξιν ἐπιτελοῦμεν, τὴν πνευματικὴν ὑμῖν παρατιθέμενοι τράπεζαν, ποιοῦντες ὑμᾶς ἀπολαύειν θείων λογίων, *Propterea septem deinceps dies collectam celebramus, mensam vobis spiritualem apponentes, & cœlestibus oraculis vos frui facientes.* Collecta cœtus fidelium ad audiendum coactus, συναγωγή, ἐκκλησία. Cyrillus Hierosolymitanus *catechesi* 18. ἐκκλησία καλεῖται φερωνύμως διὰ τὸ πάντας ἐκκαλεῖσθαι, καὶ ὁμοῦ συνάγειν. Casaubon. *exercit.* 16. *ad Baron. cap.* 42.

constat. Ob cupidinem, ob fastum, apud Gallos etiam & alibi abjecta hæc vivendi ratio, & abjecta eodem tempore. Ivo *epist.* 213. *Quod vero communis vita in omnibus ecclesiis pene defecit tam civilibus quam diœcesianis, nec auctoritati, sed desuetudini & defectui adscribendum est, refrigescente caritate, quæ omnia vult habere communia, & regnante cupiditate, quæ non quærit ea quæ Dei sunt & proximi, sed tantum quæ sunt propria.* Vid. Petr. a Beeck *Aquisgran. cap.* 2. & 14.

Cœperunt inquam. Nam *Fratris* vox non statim penitus sic abjecta. Salutabant sic se invicem adhuc seculo duodecimo. Etiam Ivo Carnotensis, qui sub initium ejus adhuc vixit, nam obiit Ann. MCXVII. sic ecclesiæ S. Quintini Belvacensis Canonicos ad eos scribens alloquitur *epist.* 32. Et similiter sic vocat Godefridus episcopus in charta Ann. 1156. *Audiant sanctæ matris ecclesiæ filii, intelligant præsentes & futuri, quod ego Godefridus illius vocatione, qui infirma mundi vocat, ut confundat fortia, Trajectensis ecclesiæ pontifex humillimus querimoniam fratrum ecclesiæ beati Johannis Baptistæ sæpe ventilatam super decima ecclesiæ de Oge a Henrico de Hosterholte violenter & injuste annis pluribus ipsis ablata paterno affectu audivi, cyrographum prædecessoris mei &c. quod iidem Canonici de eadem decima banno ipsius confirmatum habent &c.* Chartam supra videre est *cap.* 25. Charta Ann. MCLXIII. desumpta ex tabulario, ex quo etiam superior, templi S. Iohannis.

IN NOMINE DOMINI, Audiant præsentes, sciant posteri, quod ego RIQUARDUS ecclesiæ sancti Iohannis in Trajecto Canonicus pro spe æternæ retributionis & gloriæ immortalitatis terram mei juris, mansum videlicet, & XII. jugera in Struncwiker-bruc jacentia centum modios & sexaginta & ad xenium XV. solidos solventia; ea ratione ne in perpetuum alicui in pactum detur, dominis & Fratribus meis ejusdem ecclesiæ Canonicis tradidi, quatinus ipsi eandem terram cum fructu post obitum meum habeant, & in suos usus, sicut subscriptum est, redigant; In octava Assumptionis beatæ MARIÆ ante altare ipsius sacratissimæ virginis missa cum bonis omnibus cantetur, duo domini choro provideant, & ipsa die dimidiam vini amam de eadem terra Fratres pro benedictione recipiant; In Conceptione quoque beati Præcursoris domini & patroni mei duo domini choro provideant, novem lectiones dicant, & suprascriptam vini mensuram habeant. In festivitate sancti NICHOLAI item duo domini choro provideant, & eandem vini portionem suscipiant: In festo

festo similiter beatæ Mariæ Magdalenæ duo domini choro provideant, & eadem vini mensura se reficiant. Præterea in Purificatione beatæ Matris XX. candelæ de XX. libris ceræ de eadem terra Fratribus dentur, Vicariis & juvenibus in secundo choro stantibus libræ tres, pueris libræ tres. Et quum me ipsum indignum & peccatorem in omni beati Præcursoris servitio semper cognovi, & cognosco, moneo præsentes, rogo, & obsecro futuros, ut post discessum meum mei in orationibus suis memores hoc parvitatis meæ donum benigne recipiant, & in omnibus supradictis festivitatibus & subscriptis temporibus apud misericordem dominum pro meis peccatis intercedant. Et hæc facientes in omni tricenario meo de eadem terra singulis mensibus dimidiam vini amam recipiant, vigilias pro me, & missas animarum dicant, Sacerdos qui missam celebrare debet, duos denarios, diaconus unum, subdiaconus unum, singulis mensibus illi perpetuum pro mei memoria recipiant. In anniversario autem meo Fratres annis singulis amam plenam de eadem terra habeant, & ministri altaris eundem denariorum numerum accipiant. Campanæ compulsentur, & campanarius duos denarios pro labore recipiat, & singularum sacerdotes ecclesiarum singuli unum denarium ipsa die de duabus unciis ad hunc diem ipsis sacerdotibus de eadem terra constitutis pro elemosyna recipiant. Ad hæc anniversarium patri & matri meæ Fratres statuto tempore in vigiliis & missis faciant, & in utriusque anniversario dimidiam vini amam de eadem terra recipiant. Ut autem hæc mei peccatoris traditio rata & inconvulsa dilectis meis Fratribus permaneat Dominus & pater omnium nostrum GODEFRIDUS *venerabilis Trajectensis episcopus sigilli sui impressione signavit, & nequis eam temerario ausu violenter immutare vel infringere præsumpserit, anathematis vinculo confirmavit. Acta sunt hæc anno dominicæ incarnationis* MCLXIII. *Indictione XI. Anno Regni Fretherici XI. Imperii VII. Episcopatus domini Godefridi venerabilis Antistitis nostri VII. In nomine Domini feliciter. Hujus traditionis testes sunt,* Lambertus *decanus sancti Bonifacii, & Canonici sui,* Rodulfus, Borelmus, Hermannus *Decanus sancti Petri*, Odoldus, Reinerus, *Magister* Heinricus, Walo, Wilnodus. *Liberi*, Walterus de Stapele, Gerardus de Marte, *& filius* Godefcalcus, Pelegrinus de Cafelde, Heinricus de Birbac. *Ministeriales*, Rothardus, *& filius ejus* Godefcalcus, Hermannus, Bertoldus.

Ut patet & Domini & Fratres hic dicti. Add. diploma apud Buchel. *ad Hed. hist. Ultraj. p.* 142. Sed sensim deinceps vox *Fratris* ut nimis humilis

humilis exolevit. Et ideo admodum timide Carthusienses ad Canonicos templi S. Iohannis in literis, quæ infra, Ann. 1417. *ut hujusmodi communionem & amicitiam vobis magis sentiatis in domino fructuosam vobis non solum tanquam nostris Dominis reverendis & amicis singularibus, quin potius ut fratribus in visceribus Iesu Christi dulcissimis, si tamen a nobis pauperibus non dedignamini sic vocari &c.* Vid. Petr. a Beeck *Aquisgran. cap. 2. & 4.* Hæsit deinceps in cœnobiis & apud Milites seu Equites Teutonici ordinis, Iohannitas, Templarios. Sed Præfecti monachorum non Fratres, sed Patres. Contra *Fratres* etiam Præfecti equitum, qui alioquin Præceptores, Magistri Ordinis &c. *c. cum deputati ext. de jud. c. cum & plantare ext. de privil.* Nicet. *in Andron. Comnen. lib.* 1. *ὅτι δὲ ἀπὸ τῶν Ἱεροσολυμιτῶν λυθεὶς, οὓς Φρερίους φασίν. Tandem ab Hierosolymitanis redemptus, quos* Frerios *seu* Fratres *vocant.* Iacob. de Vitriac. *hist. Oriental. cap.* 65. *Pari modo summo & principali Magistro Hospitalis S. Ioannis procuratores domorum, quos Præceptores nominant, certam pecuniæ summam singulis annis transmittunt.* Guidonis Hannonii charta Ann. 1305. *Hebben wy desen brieff besegelt mit onsen segel. Ende hebben gebeden Heren Iohan Abt tot sinte Pouwels, Broeder Dirck van Hollant Commandeur van den Duytschen huyse, ende Broeder Dirck vander A Commandeur van sunte Kathrinen tot Utrecht, dat sy in oirkonde ende in kennisse hyr off mit ons desen brieff besegelen mit horen segelen. Ende wy Iohan Abt, Broeder Dirck ende Broeder Dirck voorghenoemt om bede wille ons liefs Heeren des Bisschops voersz. hebben in kennisse der waerheyt desen brieff besegelt mit onsen segelen &c.*

Sed quod ad Canonicos, quos & Flamines vocat Dousa *lib.* 2. *annal.* quinque eorum collegia seu Capitula Ultrajecti, S. Martini, S. Salvatoris, S. Petri, S. Iohannis, & S. Mariæ. Et ejusmodi eorum ordo, ut ex literis satis patet ineditis apud me in *Annalib. Egmondan.* ad Abbatem & Fratres seu conventum Egmondensem *cap.* 44. *Venerabilibus Dominis in Christo, Charissimis D. Abbati, totique conventui ecclesiæ Haemundensis, Ordinis S. Benedicti, S. Martini, S. Salvatoris, S. Petri, S. Iohannis, S. Mariæ Prælati & Capitula, Abbas & Conventus S. Pauli in Trajecto, pro temporali labore solatium, de mœrore lætitiam & perenne gaudium reportare.* S. Martini & S. Salvatoris erectum a Willebrordo. S. Iohannis & S. Petri a Bernulpho tempore Henrici III. S. Mariæ a Conrado tempore Henrici IV. Vid. Hed. *in Willebrord. in Bernulph. in Conrad. &c.* Joan. a Leidis *lib.* 11. *cap.* 2. *& lib.* 15. *cap.* 7.

Sua

Sua singulis cœmeteria. Sed quod S. Johannis amplum maxime & spatiosum. Olim crebra in id civium armata secessio, ut ex Hortensio satis constat. Vid. *lib.* 2. *pr. lib.* 3. *pr. Campum famis* vocabant tum. Henr. Bomel. *de bello Ultraj. p.* 36. *Universa civium sodalitia in Cœmiterium Divi Johannis, quod vulgo Campum famis appellabant, armata descenderunt.*

Sua singulis jurisdictio etiam. Sed civilis non criminalis. Sola S. Johannis habebat jus gladii, ut & sæpius jam dixi. Ex Schedis MSS. *Ann. circiter* MCCCV. *hebben die Pralaten eerst, ende daerna die Vasallen des Stichts verklaert ten versoecke van Bisschop Guido van Henegouwen, die alsdoen met gewelt aenveerden wolde die hoge Heerlickheyt der Proostdye St. Jans t'Utrecht, datter niemant int Sticht van Utrecht heeft hooge Heerlickheyt dan alleen die Prooft van St. Johan t'Utrecht, Ende Heer Gysbrecht Heer van den Goye wysde dat oirdeel. Item Ann.* MCCCLXXVII. *hebben die Pralaten ende Ridderschap t'selve oock gewesen, als Heer Gysbrecht Heer van Abcoude, ende Heer Henrick Burchgraef van Montfoert in hoeren Ambachten ende dagelixe gerechten Hoge Heerlicheyt wilden gebruycken.*

Ex iisdem Ann. MCCCXXVIII. *quam Jan Vosch met hem vyften in Heycop over die Leck, ende sloegen daer doot Gysebrecht Schade van Oestrum, ende zy worden daer alle vyf gevangen, ende Zueder van Vianen was des Bisschops Maerschalck van Diest, ende was Heeren Henricx Broeder van Vianen, die haelde die gevangen uyt Heycop, ende voerdese tot Utrecht metten dooden, daer zy voer den Bisschop verwyst worden van den lyve, ende daer wordet gedadingt, datmen den dode Zoende.* Add. Hed. *in vit. Guidon.*

CAPUT XXXIV.

Quid een Dagelyx gerechte. An plura ejusmodi in Urbe.

Quod ad *Dagelyx gerechte*; *Dagelyx gerechte* est omnis jurisdictio, omnis etiam coërcitio, quæ salvis vita & membris fit. Sic in charta episcopi Johannis de Diest Ann. MCCCXXX. *Per informationem ecclesiæ nostræ*, inquit, *& fidelium nostrorum intelligo juridictionem temporalem quotidianam, vulgariter dictam* Dagelix gerichte, *esse omnem juridictionem & correctionem citra membri mutilationem & mortem homini inferendam.*

Plena olim diœcesis judiciis ejusmodi. Plura ejusmodi in urbe. Plura etiam in pagis. Ex Actis Ann. 1378. *Voert waer ymant die voere uytter Stat gerechte in een ander dagelyx gerechte binnen Utrecht om scoude wille die hy sculdich wair, en dat die Rait van der Stat ter waerheyt vonde, dat hy om scoude wille daer uyt gevaren ware, so soude die Stat daer toe dwingen, dat hy een herberge kiesen soude in der Stadt gerechte.* In pagis plura nonnunquam & diversa territoria. Suos singula habebant Dominos. Sui singulis Prætores. Sua singulis jurisdictio. Plerique Ultrajectini. Et vel masculi, vel fœminæ. Vel ecclesiastici vel seculares. Et inter eos & Præsul ipse. Rari exteri & pauci. Exempla affatim suppetunt. Ex chartis addam quæ observavi.

Ex charta Ann. 1471. *Alle den genen, die desen brieff sellen sien of hooren lesen doe ic verstaen Lambert Henricsen Schout op Zweserenge in Gysberts gerecht van Nyenrode, Heer tot Zulen &c. dat voir my ende voir die lantgenoten &c. quam int gerechte &c.*

Ex charta Ann. 1426. *dess Sonnendaghs na Sunte Bemelmeus dach Apostel: Alle den genen die desen brieff sellen sien of horen lesen doe ic verstaen Knoep Hermans soen Schout in Zweserenge, in Heeren Vrancken gerechte van Borssel Heere van Zulen, ende van sinte Martynsdyck, dat voir my ende voir die lantgenoten &c.*

Ex

Ex charta Ann. 1462. *Alle den genen die desen brieff zellen sien of horen lesen doe ic verstaen Egbert Lutert tot Zulen in myns liefs Heeren gerechte van Oostervant, Heere tot Zulen, dat voir my &c.*

Ex charta Ann. 1400. *Allen den genen &c. doe ic verstaen Gheryd Taedse Scoute in Maersenbroec in Joncfrou Elizabeen gerechte van Loenresloote, dat voir my &c.*

Ex charta Ann. 1445. *Alle den genen &c. doe ic verstaen Jan van Grotenhuys, Scoute in Maersenbroec in Jans gerechte van der Meer, dat voir my &c.*

Ex charta Ann. 1420. *Alle den genen &c. doe ic verstaen Gysbrecht van der Vliet Scoute op dese tyt tot Breuckelen in des Proests gerechte van sunte Peters t'Utrecht, dat voir my &c.*

Ex charta Ann. 1445. *des Donredachs na den heyligen Paeschdach: Alle den genen &c. doe ic verstaen Johan Pröys van Lichtenberch als een richter in minen gerechte opten Oestveen, dat ic van den Domproesslien t'Utrecht in pachte hebbe, dat voir my &c.*

Ex charta Ann. 1430. *Wy Johan van Wulven by der genade Godts Abt van Oestbroeck maken kenlic allen luden, dat voir ons, ende voir Willam Jansfoen unsen Scout, Gheryt Zoudenbalch, Pontiaen Jansfoen, Melys Gherytsfoen, ende Peter Jansfoen thynsgenoten, lantgenoten, ende buere gecomen is in onss gerechte opte Bilt, &c.*

Ex charta Ann. 1466. *Alle den genen &c. doe ic verstaen Gheryt van Well Schout op Themaet in ons liefs Heren gerechte van Utrecht, dat voir my &c.*

Ex charta Ann. 1474. *Alle den genen &c. doe ic verstaen Henric Loefs soen Schout in Otterspoerbroec in Gysbrechts gerechte van Nyenrode &c.*

Ex charta Ann. 1473. *Alle den genen &c. doe ic verstaen Gysbert Egberts soen Schout op Velthuysen in Heeren Johans gerechte van Renesse van Rinouwen Ridder &c.*

Ex charta ejusdem Anni *op sunte Peters avont ad Vincula: Alle den genen &c. doe ic verstaen Gysbert van den Donck Schout int Nedereynde van Jutfaes, in des Heeren gerechte van Brederode &c.*

Ex charta Ann. 1401. *Alle den genen &c. doe ic verstaen Henric Splinter Thomas Zone uyt Maersenbroec, dat ic vercocht hebbe Geestelicke luden &c. elf mergen lants &c. also alsse gelegen syn te Maersen in dess Bisschops gerechte van Utrecht &c.*

Ex charta Ann. 1472. *Alle den genen &c. doe ic verstaen Herman Gheryts soen Schout in die Oude A, in Otten gerechte van Ryn &c.*

Ex charta Ann. 1590. *Alle den genen &c. doe ic verstaen Willem Awelt Scoute in Bertengen in Haren Peters gerechte uten-Hamme.*

Ex charta Ann. 1413. *Alle den genen &c. doe ic verstaen Evert Breye Scout in Hermelreweert in Willams gerechte van Vloeten &c.*

Ex charta Ann. 1454. *Alle den genen &c. doe ic verstaen Gysbert Oudencoep Scoute in Bertengen in Haren Vredericx gerechte uten Hamme &c.*

Ex charta Ann. 1469. *Alle den genen &c. doe wy verstaen Henric Wigger Schout, Jan Henricsen, Henric Janssen van Raephorst, Roelof Arentsen, Evert Govertssen, Aelbert Schetterssen, ende Henric Peterssen Buerraden buten voer sinte Kathrinen poorte by Utrecht, dat voir onss quam int gerechte &c.*

Ex charta Ann. 1387. *Alle den genen &c. doe ic verstaen Willam van Boechout Rechter in den Westbroec van Vrouwe Alienoren wegen Vrouwe van Zuylen, ende van sinte Martynsdijck, dat voir my &c.*

Verum ohe jam satis est. Chartam adhuc tantum addam, & tum manum de tabula, Ann. 1317. *Universis hac visuris* Nos Florentius *Dei gratia Præpositus & Archidiaconus majoris ecclesiæ Trajectensis facimus manifestum, quod cum honestus vir Dominus,* Swederus de Abcoude *miles nobis recipienti jure proprio donaverit & tradiderit curtim suam de* Meerwijck, *& decem & novem jugera terræ ad eaydem spectantia, & ad eundem militem*

*litem ratione dominii vel quasi pertinentia, ut ipse miles & heredes sui Curtim & bona hujusmodi in feudum a nobis & successoribus nostris reciperent in perpetuum, & haberent de herede in heredem, sic a nobis recipiendo & omagium nobis debitum & consuetum praestando, tali conditione adjecta, quod feudum & dominium nobis competentia in decimis ex*t*antibus juxta monasterium Vallis beatæ Mariæ prope civitatem Trajectensem inter aquam dictam* Vecht *ex uno latere & Capitale aquaeductus de* Westbroec *ex altero in latitudine, ac inter parochiam de Maersen juxta Gronesijtwende ex una parte, & inter locum dictum Oudsijtwende ex altera, ubi finitur jurisdictio temporalis* Stephani de Zulen *armigeri, & inchoatur jurisdictio Domini Præpositi ecclesiæ S. Iohannis Trajectensis &c.*

Sic in alia Ann. MCCCXCII. *Quatuor jugera terræ arabilis prout sita sunt in loco dicto vulgariter* Op lege Raven *in judicio temporali Dominorum Teutonicorum Trajectensium &c.*

Sed id interim prima fronte explicatu difficile, quod ex actis dixi Ann. 1378. quod in ipsa etiam Urbe plura ejusmodi judicia. Mirabitur id non nemo, cui aliud non occurret, quam urbanum Scabinorum aut magistratus judicium. Sed sciendum, quod Ultrajecti Officiali etiam episcopi, ut & singulis Capitulis quotidianum judicium. Si clericus, si causa, si persona ecclesiastica, coram alio quam coram his conveniri non poterat. Nec vocandi tantum Canonici ad Decanum Capituli. Vocandi etiam ipsorum famuli, familiares, domestici. Vocandi omnes ipsorum fidei & tutelæ commissi. Transactio inter Urbem & quinque Capitula Ann. 1364. *des Saterdags na St. Servaes dach: Voert so en sel die Biscop genen persoen vaen, ontliven, noch niemant sijnre wegen, is hi Geestelic persoen, vander ecclesien, of onder haer beschermenisse, hi en si verwonnen voer sinen Deken, ende voer sijn Capittel met allen recht alse gewoenlic is, En is hi Geestelic persoen, die van der Ecclesi beschermenisse niet en is, hi en si verwonnen voer sinen rechter, daer men met rechte schuldich is te verwinnen, alse recht ende gewoenlic is.* Ex Transactione inter urbem & quinque ecclesias seu Capitula Ann. 1579. 15. Iun. *Ende indien die van de Geestelickheyt binnen drie Maenden ten lanexsten opte aenclachte van partye geen Recht ende opt gewijsde behoorlijcke executie doen, sullen die van de Magistraet die sake van schulden procederende van Coopmanschap ter stete gelevert, huyre van dienaers, betalinge van geborchde waren, Wijnen,*

Bieren, Gelagen, ende diergelijcke civile ofte Borgerlijcke Actien mogen evoceren, ende recht ende executie daer op doen, als tegen andere Burgeren ende inwoonders deser Stadt, beheltelijck dat blijcken sal, dat den Geestelijcken Rechter in gebreecke is geweest behoorlijcke justitie te administreren. Sic ad monachos, ad Abbatem, qui ab officiis ipsis, a servitiis, in quos ipsis imperium. Charta in *Chronic. Besvensi apud d'Achery to.* I. *Spicil. p.* 602. *Si autem homo monachorum delictum commiserit, nullius violentia constringetur, antequam proclamatio ad monachos facta fuerit, & si monachi rectitudinem executi non fuerint, ad Abbatem prius ipsa proclamatio referatur.*

Nec quisquam de eo dubitet. Non Canonicis, non Capitulis tantum jus immunitatis. Idem etiam ipsorum famulis, subjectis, domesticis, familiaribus, amicis, subjectis. Caroli V. diploma est Ann. 1538. 28. *Aug.* Partem dedi jam supra. Altera, quæ huc pertinet, hæc est, quæ sequitur: *Die Capittelen ende vijff Godtshuysen sullen hebben ende genieten heure immuniteyten ende exemptie voor alle heur Capittelaren, Capellanen, Vicarisen, dienaren, familie, ende vrienden binnen heure huysen ende Hoven woonende, so wel binnen den selven heuren huysen, als binnen der kercken ende kerckhoven: Maer die geene, die niet subject en sijn den voorsz Capittlen, oft van heur familie, ende heur Residentie houden binnen die immuniteyt van die voorsz vijff Godshuysen, ofte die van buyten daer toe affugeren ende comen, sullen alleen genieten immuniteyt binnen der kercken ende op die kerchoven naer beschreven rechten. Item die Prelaten ende Capittelen zelfs Zegel gebruykende, sullen onder haer selfs segel moghen constitueren ende machtich maken heur Procureurs* ad lites, *sonder dat sy daeromme gehouden sullen wesen te compareren in persone voor den Rade van Utrecht, oft andere Rechters van den voorsz lande, niet jegenstaende eenighe ordonnantien ter contrarien gemaect. Item dat t'Huys oft Hoff episcopael binnen der Stadt van Utrecht altyt gevryt ende geeximeert sal sijn van Wijn, Bier, ende anders voor den Bisschop, dienaers, familie, ende gasten.*

Subintroductiæ etiam, focariæ, & liberi eorum naturales eorum foro subjecti, ut probat, satis abundeque instrumentum, quod sequitur:

WY OFFICIAEL des Domproosts van Utrecht doen kondt, dat opten dach van huyden is ghecomen voor ons; daer wy te recht saten in onse Consistorie

sistorie des morgens te negen uyren die Eerbare Katheryn natuerlijcke dochter Zalighe Meyster Ians Martyn Dekene wilneer Sint Ians t'Utrecht, als principael, mit haren voechte ende mombers ham ende toedien, die wy haer mitten recht daer toe gaven, ende bekenden aldaer gerechtelijcke mit haren voecht voersz voor ons als ordinaris rechter ontfangen te hebben van den Eersamen Heeren Executoren des Dekens voorsz. vier hondert ende vijff en twintich Rijnsch gulden, twyntich Utrechts stuvers voor den gulden gereeckent, heercomende van den beterschap van den huyse haer beset, den lesten penninck mitten eersten wel betaelt, Ende voor die vierdalff hondert Rynsche gulden haer noch aenkomen souden na vermogen testaments des voersz. Dekens bekende sy haer wel voldaen te wesen mit alsulcken actie ende recht, alst Capittel van sint Ians voorgenoemt haer overgegeven ende opgedragen heeft, tegen den Eersamen Heer Meyster Ian van Zyll Canonick der Kercke voorsz. Ende hier mede so schelde sy mit haren voecht, als voorseyt is, claerlijcke ende al geheel quyt den voorgenoemden executoren, danckende hairer gueden betalinge, ende belooffde daerom den voorgenoemden Heeren executoren tot ghenen daghe hier van meer te manen, te eyschen, noch hen luyden besonder of hoirre kercke gueden aen te spreken, ofte eenighe moeyenisse te doen, ofte in haren naem ofte van hairre weghen laten te geschien: Alle dinck sonder arch ende list. In kennisse der waerheyt hebben wy onse segel aen desen brieff doen hangen, ende mit onse Notarys laten onderteyckenen int jaer ons Heeren duysent vijff hondert ende acht, den derden dach in Iunio.

Io. Latem Notarius

scripsit.

Relati autem in album, qui cleri protectionem ut clientes amplexi. Et levis quædam eo nomine recognitio etiam data, ut literæ argumento sunt Swederi van Culenborch Ann. 1425.

WI ZWEDER VAN CULENBORCH Bi der genaden Goids Elect geconfirmeert to Utrecht maken kondt allen luden, dat wy voir ons ende onsen nacomelingen Biscopen te Utrecht belieft ende consenteert hebben, believen ende consenteren mit desen onsen brieve de punten hier na beschreven te houden, ende te doen houden, In den eersten wair enich man die in dat

regifter

registèr ons geestelicken rechts quame, die en sel van elken register niet meer geven dan enen braspenninc, of de weerde daer voir aen anderen payemente, Ende dit register gelt sellen die geene die int register comen betalen altoes voir den heyligen paeschdage, als men dat pleecht te betalen, Ende waer ymant die des niet en dede, dair Zelmen mit recht op voirt varen alse recht is &c.

Et hinc id quod in Actis: *Waert ymant die voere uytter Stadt gerechte in een ander dagelijcx gerechte binnen Utrecht om scoude wille, die by schuldich wair &c.* Item id quod in charta Rudolphi Diepholdii de Chomarchis ad Leccam Ann. 1454. *Ende en hadde hy so veel niet, dat soude gelden die geene, die t'gerechte sijn waer, ende die den Scheut geseth hadde &c.*

CAPUT. XXXV.

Ecclesia olim quotuplex. Quæ ecclesia baptismalis. Quæ Apostolica. Apostolatus. Plebs. Plebana domus. Plebanatus. Plebanus. Ecclesia etiam titulus. Quot Ultrajecti parochiales, collegiatæ, conventuales &c. An sui singulis parochialibus Sacerdotes, plebani. Eidem an plures tituli. In alterius titulo aut parochia an alteri ullum jus. An jus sepulchrorum. An suum cuique parochiæ & baptisterium & plebs. An inter Sacerdotem & ecclesiam conjugium. Sacerdotes conductitii.

Quod autem nomine etiam Abbatis & Conventus S. Pauli supra literæ inscribuntur ad Abbatem & Conventum ecclesiæ Heemundensis

densis factum id non idcirco, quod S. Pauli collegiata etiam, sed quod inter eam & quinque illas, quas obtinebant Canonici, contracta erat confraternitas, in quam deinceps admissus etiam Conventus, vel quod idem, ecclesia Hæcmundensis. Conventus proprie monachorum. Collegium Canonicorum. Et hinc ecclesia collegiata & conventualis diversæ. Magn. Chron. Belg. p. 212. *Quingentæ circiter Abbatiæ, vel ecclesiæ conventuales.* Ut res clarius elucescat ecclesia olim quadruplex, Cathedralis, Collegiata, Conventualis, Parochialis. Vid. Roch. de Curte *de jur. patr. verb. & dotavit n.* 14. Paul. de Citadinis *part.* 3. *cauf.* 2. *n.* 11. & *seq.* Ziegler. *de dot. eccles. cap.* 7. *n.* 17. Ubi cathedralis, ibi sedes episcopi. Unde & cathedra episcopalis pro ecclesia cathedrali *c. placuit* 7. *qu.* 1. Carol. Magn. Capitul. *lib.* 1. *cap.* 40. *Ut non liceat episcopo principalem cathedram suæ parochiæ negligere, & aliquam ecclesiam in sua diœcesi magis frequentare.* Baluz. *ibid.* Apostolica etiam sæpe. Qui præerant Apostoli, Apostolici &c. Sic diserte apud Cyprianum *epist.* 65. *Apostolis vicaria ordinatione succedere episcopos* idem alibi non semel. Sic apud Epiphanium initio sui operis νέος Ἀπόστολος, *novus episcopus.* Sic Græcis passim ἰσαπόστολος, *insignis nominis episcopus.* Sic Latinis *episcopatus* etiam passim *Apostolatus.* Sidon. Apollinaris ad Lupum Tricassinum episcopum: *Præter officium quod incomparabiliter eminenti Apostolatui tuo debetur.* Idem ad Fontelum Vasionensem episcopum: *Ego quoque ad Apostolatus tui notitiam pleniorem cum prærogativa domesticæ familiaritatis accedo.* Olim sedes Apostolicæ quas vel Apostoli fundarant, vel ipsorum discipuli. Quas, ut loquitur Tertullianus *de præscript. cap.* 21. *ipsi Apostoli condiderunt, ipsi eis prædicando tam viva, quod ajunt, voce, quam per epistolas postea.* Idem *d. tr. Hoc enim modo ecclesiæ Apostolicæ census suos deferunt, sicut Smyrnaeorum ecclesia habens Polycarpum ab Ioanne conlocatum refert, sicut Romanorum Clementem a Petro ordinatum edit.* Sed sensim quævis ecclesia aut sedes episcopalis, si conspiraret in fide semel tradita ab Apostolis, Apostolica indigitata, pro *consanguinitate doctrinæ*, ut idem *d. tr. cap.* 32. Idem *ibid. cap.* 20. *Dehinc in orbem profecti eandem doctrinam ejusdem fidei Nationibus promulgaverunt, & proinde ecclesias apud unamquamque civitatem condiderunt, a quibus traducem fidei & semina doctrinæ, cateræ exinde ecclesiæ mutuata sunt, & quotidie mutuantur, ut ecclesiæ fiant, ac per hoc & ipsæ Apostolicæ deputantur, ut soboles Apostolicarum ecclesiarum.* Sic Sidonius eidem Lupo sedem tribuit Apostolicam & Petrum Apostolum etiam vocat collegam ejus *lib.* 6. *epist.* 1. Sic duæ extant epistolæ Venantii Fortunati ad Euphronium in Gallia Turonensem episcopum: Prior ita inscribitur:

scribitur : *Domino sancto & meritis Apostolico , domino & dulci patri Euphronio Papæ Fortunatus.* & mox : *multiplici me prece Apostolatui & sanctæ charitati vestræ commendo.* Ibid. *in fin. Ora pro me domine sancte & Apostolice.* Apud Gregorium Turonensem etiam duæ sunt epistolæ , quarum hoc est exordium : *Dominis sanctis & Apostolica sede dignissimis &c.* Apud Marculfum , qui vixit circa Ann. DCLX. *lib.* 1. *formul. cap.* 1. *Domino sancto meritis beatissimo , & Apostolico semper honore suscipiendo , omnique praconio laudis celebrando , Domino ac reverentissimo Papæ Landerico &c.* Ibid. *cap.* 2. *Ille Rex , viris Apostolicis , patribus nostris , nec non & illustribus viris , illi Comiti &c.* Cap. 3. *Igitur noverit solertia vestra , quod nos ad petitionem Apostolici viri domini illius , illius urbis episcopi &c.* Cap. 4. *Igitur Apostolicus vir ille , illius civitatis episcopus , clementiæ regni nostri suggessit.* Cap. 5. *Ille Rex , viro Apostolico illi episcopo.* Cap. 6. *Domino sancto , Sedis Apostolicæ dignitate colendo , in Christo patri illi episcopo , ille Rex.* Cap. 7. *Quoniam sanctæ memoriæ vir Apostolicus ille , illius urbis episcopus &c.* Et hoc sensu sedes Apostolica etiam Ultrajectum. In charta Caroli Martelli apud Hedam *hist. Ultraj. p.* 28. *ubi & Apostolicus vir Dominus & in Christo pater noster Willebrordus Archiepiscopus &c.* In charta Pippini Regis apud eundem *ibid. p.* 35. *Apostolicus vir & in Christo pater Bonifacius urbis Trajectensis episcopus.* Duravit certe appellatio hæc ad Caroli Magni ætatem usque. Dein rursum paulatim desiit. Et [illegible] episcoporum communis vox olim *Papa* propria deinceps facta Romani Pontificis ex decreto Hildebrandi. Sic idem solus deinceps *Apostolicus* αὐτωνυμικῶς , & *Apostolica* ejus sedes. Alteserr. ad Greg. Turonens. *lib.* 4. *cap.* 26. Casaub. 4. *exerc.* 52. Conring. *cens. diplom. Ludov. cap.* 12.

Cathedralis ecclesia ergo dignior collegiata. Collegiata [illegible]. Sæpe etiam parochialis in collegiatam mutata. Vid. Miræ *lib.* 1. [illegible] *cap.* 140. & *lib.* 2. *cap.* 117. Parochialis proprie nec [illegible], nec Canonicorum , sed plebis. Unde & plebs dicta. Charta Ottonis Magni apud Meibom. *append. ad Witichind. Confirmamus & [illegible] ramus ecclesiæ S. Dei genitricis & Virginis Mariæ &c.* [illegible] *tias , Xenodochia , atque cortes &c.* & mox : *quatenus &c. habeant , [illegible] firmiterque possideant in perpetuum prædictas plebes &c.* Abbatis Canonici apud Mabillon. 2. *analect. cap.* 28. *Ex Concilio Carthaginis cap.* 66. *Placuit ut episcopi quascunque ecclesias vel plebes , quas ad suam Cathedram existimant pertinere &c.* Plebana etiam domus. Quirinalia Metelli :

Plebana

Plebana perstat Basilicæ domus

Ab Affrico quæ proxima terminat

Possessionem Martyris incl[y]ti.

Qui eam obtinebat parochus, pastor, Plebanus, Curatus, Rector &c. Annal. Colmarienſ. ad Ann. 1298. *Plebanus Brisacensis uno die homines XXXII. communicavit, decem inunxit.* Chron. Reichersp. ad Ann. 1196. *Quorum nomina hæc fuerunt, Burchardus liber de Chambe Archipresbyter &c. Meginhalmus de Patavia plebanus ipsius civitatis.* Add. Anonym. apud Canif. *tom. 2. antiq. lect. de vit. S. Virgil. p.* 276. Chart. apud Lambec. *lib. 2. rer. Hamb. n.* 539.

Sed pastor rarius occurrit. Vox olim tam honorifica, ut ipsi etiam episcopi vix ausi sint ea uti, quod soli tantum Christo videretur conveniens. Adam. Bremenſ. *lib. 1. cap.* 20. *Hunc*, inquit, *Lundericum tertium episcopum Bremensem, tradunt superbum fuisse, quod inde conjici potest, quia se aliquando pastorem Bremensis gregis gloriatur.* Curatus vox satis frequens. *Cureyt* etiam Belgice. Curæ ei & ecclesia & quæ in eam conveniebat plebs. Unde & plebs pro ecclesia. Siquis miretur, miretur etiam quod *dos* plebani ædes, quas habitabat. In charta apud Lambec. Ann. 1350. *lib. 2. rer. Hamburg. n.* 447. *Et dos bene debet esse cooperta & tecto & parietibus, sicut decet plebano.* Add. chart. *ibid. n.* 505. Plebejanum Anonymus vocat in *hist. fundat. cænob. Melicensis apud Lambec. lib. 2. comm. de Biblioth. Cæsar. p.* 631. Munus ejus *plebanatus. Plebanatus ecclesiæ* apud Innoc. III. 3. *epist.* 198. *& seq. &* 3. *epist.* 85. Munus amplum nonnunquam. Nam & plures interdum parochiali subjectæ. Non tamen tam ecclesiæ, quam capellæ, aut oratoria. Innocent. III. 2. *epist.* 137. *Quod eadem ecclesia ecclesiæ suæ in omnibus debeat esse subjecta, utpote suæ plebi.* & mox: *Quod ecclesia sua nullo tempore fuit titulus ecclesiæ Casalensis, nec unquam tanquam plebi subjecta.* Charta Clarissæ Abbatissæ de Rynsburch apud Boxhorn. *theatr. urb. Holl. p.* 192. *Ut Capella quæ fundata est in officio de Leiden, & sita est in parochia de Oisgheest, dicetur & consacretur in ecclesiam parochialem & nunc & in æternum futuram.* Ecclesia alibi etiam *titulus*. Sed hi tituli minores. Ekkeard. Iunior. *de orig. & cas. mon. S. Gall. cap.* 1. *Circa Landaloum episcopum in titulo Apostolorum conditum, cognatum*

tum & amicum suum, extra parietem tamen sepeliri jussit. Lupus Abbas *epist.* 73. *Peto ut ad supplicationem Getoaldi presbyteri Laudiaconum ejus propinquum in ipsius titulo dignemini ordinare.* Chron. Reichersp. ad Ann. 309. *Marcellus Papa coronatur. Hic fecit cœmeterium via salaria, & XXV. titulos in urbe Roma constituit propter baptismum & pœnitentiam multorum.*

Plebs mater existimata. Quæ subjectæ ipsi filiæ. Et sic vulgo etiam dictæ. Capellani his non plebani. Plebis tantum accessio. Transactio inter Capitulum & magistratum Hamburgensem Ann. 1337. *Item Canonici statuent in ecclesiis parochialibus Rectores & Capellanos literatos & idoneos,* qui *populo praesse possint moribus, doctrinis, & exemplis.* Charta apud Hedam in Conrado episcopo: *Pro istis autem dedi eis ecclesiam in Franekeram, cum tribus appenditiis capellis, liberam a circatu & censu &c.* Jus in his plebano constituendi Vicarium. Non autem baptizandi. In plebe id faciendum, *can. de decimis* 16. *qu.* 1. Quæ idcirco & baptismalis. Caroli Calvi Capitula *tit.* 48. *cap.* 11. *ut ecclesias baptismales, quas plebes appellant &c.* Walafrid. Strabo *lib. de reb. eccles. cap.* 31. *Centenarii, qui & Centenariones, vel Vicarii, qui per pagos statuti sunt, Presbyteris plebium, qui baptismales ecclesias tenent, & minoribus Presbyteris præsunt, conferri queunt.* Add. Baluz. *ad Capitul. p.* 1292. Anselm. *de gest. Pontif. Tungrens. Leodiens. cap.* 69.

In Davidis episcopi charta Ann. 1478 *Rectoris Capellaniæ sive Vicariæ perpetuæ Altaris sancta . . . . situati in ecclesia parochiali &c.*

Et idcirco singulare id, quod Burchardus episcopus cum ecclesiam de *Hougnincke* subjectam pronunciasset ecclesiæ de *Slidrecht*, ecclesiæ tamen de *Hougnincke* reservavit jus baptizandi. Diploma est apud Hedam, sed detruncatum & mutilum, *hist. Ultraj. p.* 145. *& seq.* Descriptum ex Archivis sic se habet ut sequitur:

✠ *Deviare a tramite justitiæ Deo contrarium est. Justitiam sequi, rectum facere judicium, Deo constat acceptissimum esse. Notum sit ergo Christi fidelibus tam præsentibus quam futuris, quod ego BURCHARDUS dei gratia Trajectensis episcopus controversiam, quæ erat inter homines de* Slidrecht *&* *illos de* Hougninke, *quam rectius potui secundum veritatem & justitiam terminavi, & ad finem perduxi. Controversia autem hæc erat, quod illi de* Hougnike *dicebant ecclesiam suam* Bottelkercke *vocatam matrem esse per se liberam, & ecclesia de* Slidrecht *non debere esse subditam, & illi de* Slidrecht *affirmabant illam ad suam ecclesiam pertinere, & omnia, quæ debet matri filia, ecclesiam de* Hougninke *ecclesiæ de* Slidrecht *debere persolvere.*
Auditis

Auditi sunt utrique in præsentia mea, & illi de Hougninke, *prolata in medium carta, quam dederat eis Conradus episcopus conati sunt per illam causam suam roborare ac defendere. Carta diligentissime perlecta est, sed quia legitima non erat, recto judicio Præpositorum & omnium clericorum, qui aderant, repudiata est, & ita causa & ratio ecclesiæ de* Slidrecht *prævaluit, & vera & firma esse omnibus innotuit. Itaque decretum ac juste judicatum est, quod homines de* Hougninke *ecclesiæ de* Slidrecht *deberent subditi esse, Synodum ibi observare, ecclesiam construere, sepem atrii facere, atque alia omnia, quæ debent filii matri ecclesiæ. Tamen concessi eis in sua ecclesia scilicet* Bottelkercke *missam audire, baptismum & sepulturam habere, ita tamen ut Presbyter de* Slidrecht *si vult cantet ibi, si non vult, habeat ibi presbyterum Vicarium suum. Bannum etiam episcopalem apposui, & omnia, quæ feceram in hac causa, rata & firma esse multis præsentibus clericis & laicis episcopali banno præcepi. Et ut in hac re nostri decreti auctoritas stabilis semper & inconvulsa permaneat, cartam hinc inde conscribi, & sigilli nostri impressione roborari atque insigniri jussimus. Testes affuerunt idonei tam clerici quam laici. Clerici, Rodulfus majoris ecclesiæ Præpositus, Herimannus sancti Bonifacii Præpositus, Godebaldus sancti Iohannis Præpositus, Engelbertus Præpositus de Elisse, Adelbertus Capellanus episcopi. De sancto Bonifacio, Razo, Dodo, Evermaerus, Theodericus, Adalbardus. De sancto Petro Sigbandus, Lantfridus. De sancto Iohanne, Fredericus. De sancta Maria, Rodulfus, Wezelo. Presbyteri Parochiani, Hugo de Papendrecht, Sigefridus de Duplamunde, Franco de Herradeskercke, Engelfridus de Almisuthe, Gisebertus de Wolsgersdike, Everwoerus de Fornhe, Ravengerus de Herdingfelde, Adelhelmus de Raede. Servientes episcopi, Otto Castellanus, Galo Scultetus, Anffridus Scultetus de Muthen, Wolfgerus Scultetus de Amestelle. De Trajecto Anffridus, Giselbertus, Abbo, Lieferus, Gelpradus, Lantfridus, Arnulfus; Liberi homines, Altgerus, Wolbodo, Aldraven, Everwalo, Heinricus, Sileph, Sibrandus, Fredebertus, Leo, Adeloldus, Evesbaldus, Herebrandus, Isbodus.*

Actum est hoc Anno dominicæ incarnationis Mill. C. V. Indictione XIII. *Regnante Henrico* IV. *Imperatore.*

Olim Ultrajecti ejusmodi erant quatuor, SS. Jacobi, Nicolai, Gertrudis, & civica aut popularis, vulgo *de Buyrkerck.* Ex Actis Ann. 1534. *den XIX. April. Overcomen by den Raide, datmen den Prelaten van de vijff Godshuysen, ende den Pastoeren van de vier Kerspel Kercken binnen Utrecht die weet doen sel &c.* Sacerdos singulis affixus.

Nec plures idem habebat titulos. Nec uni invito altero in ejus titulo quicquam licuit. Ivo *epist.* 95. *Quod autem prædictus clericus in duarum civitatum titulari non posit ecclesiis, tam ex vestris quam prædecessorum vestrorum comprobamus sententiis.* Rodulph Glaber. *lib.* 2. *hist. cap.* 4. *Sicut enim unusquisque orthodoxæ ecclesiæ pontifex, ac sponsus propriæ sedis, uniformiter speciem gerit salvatoris: ita generaliter nulli convenit quippiam in alterius procaciter patrare episcopii diœcesi.*

Uni inquam non erant plures. Vocabant moechum qui habebat. Nisi alter forsan, ut jam dixi, alterius accessio esset. Ita enim persuasi tum contractum inter presbyterum & ecclesiam conjugium, *cap. cum inter ext. de elect. & el. pot. cap. licet cap. quanto ext. de transl. episc.* Concilium Metense *cap.* 2. *Unusquisque Presbyter unam solummodo habeat ecclesiam, nisi forsan antiquitus habuerit capellam, vel membrum aliquod adjacens sibi, quod non expedit separari &c.* Capitula Herardi Archiepiscopi Turonensis *cap.* 49. *Ut Presbyter non amplius quam unam ecclesiam habeat, sicut & vir unam uxorem.* Car. Magn. Capit. *lib.* 5. *cap.* 28. *Clericum permanere oportet in ecclesia, cui in initio ab episcopo prætitulatus est, ac sortitus est &c. & ibi tantummodo ministrare &c.* Add. *lib.* 6. *cap.* 176. *& cap.* 381. *in fin.* Concil. Nannetense apud Burchard. *lib.* 2. *cap.* 26. Sozom. *lib.* 4. *hist. eccles. cap.* 15. Rufin. *hist. lib.* 1. *cap.* 6. Epiphan. *hæres.* 68. Iuret. *ad Ivon. epist.* 154 Et hinc Sulpit. Severus *dialog.* 1. *cap.* 4. *Ecclesiam loci illius presbyter Hieronymus regit: nam parochia est episcopi, qui Hierosolymam tenet.*

Nec conjugium tantum, quod notandum. Etiam sponsalia, *c. sicut* 7. *qu.* 1. *c. sicut unaquaque* 21. *qu.* 3. Eadem ei simul & uxor & sponsa. Ivo *epist.* 131. *De presbytero, qui ecclesiam, quam regebat, nulla cogente necessitate in manu tua refutavit, & per manum laicorum cubile sponsæ, qua se indignum, vel quam se indignam refutando judicavit, conatur ascendere, hoc fraternitati tuæ respondeo, quia justum est, ut in judicio quod de se judicavit, permaneat, & sponsam, quam repudiavit, vivente fratre qui ei legitime incardinatus est, adulterare non præsumat.* Nec inter ipsum tantum & ecclesiam. Inter ecclesiam etiam & episcopum. Paschalis Papa II apud Eadmer. *lib.* 3. *hist. pr. Ecclesiæ siquidem sponsus unusquisque æstimatur episcopus &c.* & mox: *Possemus alia de Scripturis sacris testimonia & exempla proponere, quibus constaret ecclesiæ sponsos ac pastores episcopos &c.* Ex testamento Matthæi Patriarchæ Constantinopolitani apud Lambec. *lib.* 8. *comm. de Biblioth. Cæsar.* p. 525.

τῆς τηνικαῦτα ἐκκλησίας χηρευούσης, καὶ νυμφίον ἐπιζητούσης πνευματικόν, *ecclesia tum temporis vidua & sponsum spiritualem quærente.* Anoldus van Hoern, primum Ultrajectinus, dein Præsul Leodiensis in charta Ann. 1387. *Wy Aerndt van Hoern by der genaden Gods Bisschop tot Ludick ende Grave van Loon maken kondt allen luyden &c. Dat wy om des besits wille van Montfoerde &c. ende om rechter gunsten ende trouwen wille, die wy schuldich sijn den Gestichte ende der kercke van Utrecht, die onse eerste bruyt was &c.* Leontius ordinatus Burdegalensis episcopus universas facultates suas ecclesiæ erogavit, sed *de suo* ut Alteserra addit *lib.* 3. *dissert. cap.* 4. ut quasi sponsus dotaret sponsam. Fortunat. *lib.* 4. *cap.* 9.

Ecclesiæ totum concessit in ordine censum

Et tribuit Christo quod fuit ante suum.

Sed quod ad Pontificios: & sponsum vocant episcopum, & maritum, & paranymphum. Ivo *epist.* 200. *Quoniam sponsæ Christi custodes & paranymphi deputati sumus, eandem sponsam casto amore zelare debemus, ut eam sponso suo immaculatam exhibere possimus.* Fingunt quod volunt. Nam & Christum vocant sponsum. Paschalis Papa II. apud Eadmerum *lib.* 3. *hist. Nec enim decet, ut a filio mater in servitutem adducatur, ut sponsum, quem non optavit, accipiat. Habeat sponsum suum Regem ac Dominum nostrum, qui te misericordia sua in potentia & probitate custodiat.* Et sic, plures non tantum sponsi verum etiam mariti. Et quod porro ad episcopum, ne conjugium ei sterile, filias etiam assignant parochiales ecclesias, in quas imperium cathedrali, ut matri in filiam, filios autem sacerdotes, plebanos, parochos. Sic Leodiensem ecclesiam vocat filiam Electoris & Archiepiscopi Coloniensis & mox sponsam Chapeavillius *de gest. episcop. Tungrens. & Leodiens. in epist. dedicat. to.* 1. *præfixa.* Charta Engelberti Archiepiscopi Coloniensis Ann. 1224. apud Gelen. *ad Vit. ejus in not. lib.* 1. *cap.* 5. *Cum igitur dilecta nobis filia Campensis ecclesia &c.* Alia ejusd. *ibid. Hac consideratione inducti dilectæ nobis filiæ Campensi ecclesiæ &c.* Et hinc eadem etiam dicta & mater & filia. Etiam cathedralis. Scribens Ivo ad Manassem Remensem Archiepiscopum *epist.* 85. *Quæ detrimenta*, inquit, *ut evitare valeatis, filiam vestram Suessionensem ecclesiam, quam sacrilegam, licet canonicæ obedire paratam, prout libuit, appellatis, ad sinum matris paternæ revocate, & hæc amaritudinis verba &c.* Filiam Suessionensem vocat. Sed quæ filia

lia hic etiam mater parochialium respectu. Adde Cleri & populi Moguntini epistolam ad Sifridum Archiepiscopum apud Sebastian. Tengnagel *vett. monum. p.* 308. Alteserr. 2. *diss. jur. Canon.* 13.

Qui sine titulo, sine sponsa, sine filiis Acephali. Genus hominum invisum, *c. de multa X. de præbend. c. Clericus* 31. *qu.* 1. Stephan. Tornacens. *epist.* 153. *Absit, ut Acephalus exeat a vobis, & tanquam ventis expositus, sine titulo Clericus, sine stipendio miles, sine solatio togatus discurrat, miraculum suis, spectaculum alienis.* Decreta Hungarorum apud Lambec. *lib.* 2. *comm. de Biblioth. Cæsar. cap.* 3. *p.* 69. *Nullum Subdiaconum vel Diaconum, vel Presbyterum, nisi ad certum titulum ordinetis.* Add. Adam. Bremens. *lib.* 3. *hist. cap.* 15. Albert. Abbat. Stadens. ad Ann. 1005. Saltem plerumque. Secus siqui missi ad gentium conversionem, nulla certa sede ambulatorii, ἐγκυκλῶντες, ritu Apostolico, ut S. Bonifacius. Vid. Brouwer. ad Acta S. Gregor.

Et hinc est quod difficulter de ecclesia ad ecclesiam facta translatio. Nec deseri potuit titulus, non magis quam potest uxor. Vide Canones Isaac episcopi Lingonensis apud Baluz. *tit.* 10. *cap.* 1. & 2. & *tit.* 11. *cap.* 28. Nec nisi gravi ex causa, nam nec aliter fit divortium, & speciali indulgentia etiam Summi Pontificis, *cap. quanto. cap. licet ext. de transl. episc.* Sed quid non summus Pontifex, si affulgeat spes lucri? Non dicam, quid fiat hodie. Nimis jam notum id. Et olim de eo tot querelæ. Joan. Sarisberiens. *Policrat. lib.* 7. *cap.* 17. *Utique & insignis prudentia, siquis tot quocunque modo conquirit altaria, ut quasi ritu Memphitico quotidianas hostias novis possit altaribus immolare.* Jacob. a Vitriac. *hist. Occident. lib.* 2. *cap.* 30. *Hi igitur, qui retributionem a Domino expectare possunt, qui cum unius ecclesiæ servitio non sufficiunt, plura sibi beneficia a diversis ecclesiis & plurimorum indigentium loca in damnationem suam occupare non formidant?*

Quamvis quantum ad conjugium id & futile & ineptum. Cur tam crebro, si conjugium, lex conjugii violata? Cur contra decreta Canonum eidem tot conjuges. Ekkeard. Jun. *de casib. & orig. monast. S. Gall. Ajunt autem hominem fortunatum tandem duodecim abbatias rexisse.* Libellus de gest. Abbat. Gemblac. apud Luc. d'Achery *to.* 6. *Spicil. p.* 530. *Quia duobus monasteriis præerat, & ob id continua regendi instantia alternatam habitationem suam mutare consueverat.* Luxus, scio, ratio est, ambitio, avaritia; sed ad Canones evertendos quam infirma, quam

quam debilis! Legati Apostolici charta apud Gelenium ad Vitam S. Engelbert. *lib. 3. cap. 5. Dilecto in Christo Joanni Abbati S. Trudonis salutem in Christo Jesu. Licet salubriter in sacris Canonibus sit statutum, ut singulis personis singula officia committantur, frequenter tamen personarum consideratis & locorum qualitatibus ac circumstantiis plures ecclesiæ conceduntur uni personæ de gratia speciali. Hinc est, quod cum Abbatiam Tuitiensem S. Heriberti tibi commiserimus, ne monasterium S. Trudonis ex nostra commissione jacturam in spiritualibus vel temporalibus patiatur, tibi legationis, qua fungimur, auctoritate indulgemus, ut Abbas Tuitiensis existens S. Trudonis remaneas, ut utrumque monasterium & eorum personas auctoritate præsentis indulgentiæ tanquam proprius Abbas regas, & plenam curam eorum habeas in temporalibus & spiritualibus ministrandis.* Ne nugemur, si placet, nec sponsalia hic nec conjugium. Sponsa Christi est ecclesia, 2. *Cor.* 11. *vers.* 2. Non potest, quæ sponsa est, alterius esse uxor, & nec alterius quidem sponsa, *arg. l.* 1. *ff. de h. qu. not. inf.* Ut nec fieri potest, ut eadem duobus sit simul nupta, *§. 6. Inst. de nupt. cap.* 1. & *t. tit. ext. de spons. duor.* Ut & sponsa sit & uxor. Nec sponsas habet Christus. Sponsam habet & tantum unicam, ecclesiam Catholicam.

Impudentiam Pontificii produnt, dum Mariam virginem Dei matrem sponsam etiam ejusdem faciunt, & quicquid dicitur de ecclesia in Cantico Canticorum, Mariæ etiam adscribunt. Matthæus Cantacuzenus Græcorum olim Princeps diserte ad verba hæc 4. *Cantic. vers.* 8. *Veni a Libano, sponsa, veni a Libano*, Πᾶσα, inquit, δύναμις καὶ ἐνέργεια τοῦ παναγίου πνεύματος ἐν τῇ μακαρίᾳ παρθένῳ κατῴκησε· ταύτῃ τοι καὶ ὁ προφήτης ποικίλοις αὐτὴν ἐξύμνησεν ὀνόμασι· ποτὲ μὲν κλίνην, ἄλλοτε δὲ οἶκον, καὶ ἐν ἄλλοις ἄλλα· ἐνταῦθα δὲ νύμφην ὀνομάζων, καί φησι· δεῦρο ἀπὸ Λιβάνου νύμφη. *Omnis virtus & operatio sanctissimi Spiritus in beata Virgine habitavit. Quocirca Propheta variis laudum nominibus ipsam celebravit, modo quidem appellans lectum, modo domum, & alibi aliter; hic vero sponsam nominans dicit, Veni a Libano sponsa &c.* Et mox ad verba quæ *ibid. vers.* 12. *Hortus conclusus soror mea sponsa, hortus conclusus, fons signatus.* Ἡ παρθένος, inquit, κῆπος κεκλεισμένος τῷ προφήτῃ προσηγόρευται. τοῦτο μὲν ὡς τὸ μῆλον ἀνθήσασα τῆς ζωῆς, τὸν Χριστόν. τοῦτο δὲ, καὶ διὰ τὸ μετὰ τὸ τεκεῖν πάλιν οὖσα παρθένος. *Virgo hortus conclusus a Propheta est appellata. Hortus quidem, quia Christum, veluti vitæ pomum germinavit. Conclusus vero, quia post partum virgo etiam permansit.* Et sic passim & ubi-

ubique. Vincent. Riccard. *ibid. ad cap.* 1. *verf.* 9. *Ab hoc faſtu longe aberat ſponſa Chriſti, quæ mater electa & effecta Dei, ancillam ſe Domini vocitat dicens, Ecce ancilla Domini, fiat mihi ſecundum verbum tuum &c.*

Impudentiam etiam produnt, dum dant ſingulas etiam eccleſias ei ſponſas in ſpecie. Charta apud Miræum *diplom Belgic. cap* 30. *Domino Drogone Teruanenſi epiſcopo, ad mandatum Domini Papæ &c. laudante & confirmante, novam matrem & Domini ſponſam, ſanctam ſcilicet eccleſiam, in proprio fundo, apud caſtrum de Lileriis, in honore Domini noſtri Jeſu Chriſti, ac B. Mariæ virginis &c. conſtruimus.* Chron. Windeſem. *lib.* 2. *cap.* 72. *Sponſa ergo Chriſti nova de coelo deſcendens Windeſemenſis eccleſia, Spiritu ſancto fœcundata &c.* An non quæſo hæc impudentia? Chriſti faciunt ſponſam quæ alterius eſt uxor, parochi ſcilicet, plebani, & non contenti tot ſponſis etiam ſanctimoniales ei ſponſas aſſignant & contra *l.* 1. *ff. de h. qu. not. inf.* Arnold. Abb. Lubecenſ. *lib.* 2. *cap.* 30. *ita ut quod dictu gravius eſt, ſponſas Dei quaſi captivas abigerent, & eas proſtituendo templa Dei, non manu facta, libidinoſe polluerent.* Vita S. Walpurgis *cap.* 4. *Aſſumpſit etiam ſororem ſuam ſanctam Walpurgem, quæ cum virginibus Chriſto deſponſatis &c.* Archiepiſcopus Cantuarienſis Anſelmus cum rogaretur, ut Mathildem filiam regis Scotorum, quæ velata olim dicebatur, in matrimonium jungeret Anglorum regi Henrico, non facturum ſe reſpondit, *ut ſuam Deo ſponſam tollat, & eam terreno homini in matrimonium jungat*, apud Eadmerum *lib.* 3. *hiſt. pr.*

Sed quid ſanctimoniales dico? An non ſponſas Servatoris faciunt virgines indiſtincte? An non etiam non velatas? nondum religionem aut monaſterium ingreſſas? Sic Cyrillus vocat ſorores Theodoſii Iunioris, Falcillam, Pulcheriam, Arcadiam, & Marinam, *ὑμᾶς δὲ τὰς ἱερὰς καὶ πανάγνους αὐτοῦ νύμφας εὐσεβεστάτας, καὶ θεοφιλεστάτας βασιλίδας,* &c. *Sane*, inquit, *vos ſacras caſtiſſimaſque Chriſti ſponſas, religioſiſſimæ, ac Deo dilectiſſimæ Reginæ, orbis terrarum ornamentum, ſanctiſſimarumque eccleſiarum decus optimo jure quiſquam appellarit.* Et tanti iis cœlibatus. Tanti virginitas. Ac ſi melius eſſet uri, titillari, tabeſcere, & diſſolvi libidine, quam naturæ fragilitatem & carnis miſeriam naturali incentivo illo laborantis agnoſcere, eique obviam ire ac mederi conceſſis a Deo mediis. Carnem dico non eam, quæ ſpiritui adverſatur, & bellum gerit cum lege Dei, ſed qua primi parentes induti in Paradiſo, cuique nondum prævaricatæ gignendi vim

Vid. de recta ad Deum fide.

vim Deus indidit, cum locatis in Paradiso dixit *Crescite & multiplicamini.* Prior quidem virginitas, & ut alibi Hieronymus, *fructa hac Paradiso.* Fateor. Non nego. Conjugium tamen in Paradiso non tantum institutum, verum etiam laudatum, cum, quod sciam, non legamus, quod laudata virginitas. Nec uspiam scriptum in sacris literis, quod præferri ac si majoris meriti debeat nuptiis cœlibatus. Imo contra Apostolus, *Melius nubere est, quam uri*, ait. Et certe illud ipsum quo se jactat virginitas etiam nuptiis potest tribui, excepto quod virgines possint eo liberius, quæ Dei sunt curare, quo minus rei uxoriæ vexantur incommodis. Vadian. 1. *rer. Alaman.*

Serarius tamen in not. ad epistolas Bonifacii, *Et nota*, inquit, *quam graviter contra eosdem Novatores loquatur, dum sanctimoniales seu Nonnas Dei sponsas vocat, earque libidinose contingere scelus esse docet gravissimum.* Regula scilicet & norma fidei est S. Bonifacius. Quam ineptit hic Loyolita! Scio; sensit sic Bonifacius. Cum nonna siquis concubuisset blasphemiam putavit. Nicol. Cusanus *de concord. cathol. lib.* 3. *cap.* 8. *De monialibus & earum custodia cura adhiberi deberet. Nam ille sanctus Bonifacius scribit Ethebaldo Anglorum regi, quod apud Græcos & Romanos quasi blasphemiam Deo irrogasset, qui de hoc reus foret, ut cum moniali concubuisset.* Qui locus sumptus ex Ivone decreti *part.* 7. *cap.* 129. ubi verba Bonifacii ad Hiltribaldum Anglorum regem: *Apud Græcos*, ait, *& Romanos quasi blasphemiam Deo irrogasset, qui in hoc reus sit, ut proprie de hoc peccato ante ordinationem interrogatus, si reus inventus fuerit, ut cum velata & consecrata nonna concubuisset, ab omni gradu sacerdotum Dei prohiberetur.* Sed quid tum si sic sensit? Stuprum est non nego. Sed an stuprum blasphemia? Ubi scriptum aut pictum hoc? An quicquid dictum aut factum ab iis, qui Sancti dicti, sequendum statim indistincte? Uriam occidit David, ut potiretur cupita. An sequendum id? An imitandum?

Nec uni, dixi, invito altero in ejus titulo quicquam licuit. Nec missam dicere, aut concionari, nec baptizare, nec quid aliud. Suum cuique parochiæ & baptisterium & plebs. In alterius parochia nulli jus sepulchrorum. Quisque in sua parochia, nequid lucri, alioquin parocho præriperetur, mandandus erat terræ. Unde in veteri instrumento, quod est apud Pontan. *hist. Gelr. lib.* 8. *Off u kundich sy, dat de buerschappe gelegen by Embrick, die eensdeels gebeten syn de Heze, ende all dat daer by ommelangs wonechtich was, dat toe Embrick ter fonten end ter Clocken hoirden*

den &c. Charta apud Waffenberg. *Embric. cap. 2. lib. 3. Voirt fullen die van Emmerick alle die luyde, fy fijn oir porter off geen porter, die totter vonten, ind tot oer klocken hooren, balden in alder gewoonten, als fy t'heer to bracht hebben.* Ibid. in charta Ann. 1482. *cap. 5. Die tot Embrick ter klocken ind ter foenten gehoeren aen beyden fyden van den Rhyn.* Charta apud d'Achery ad Guibert. *in not. p.* 821. *Quod fiquis eorum Cafatorum alibi quam apud vos & nos fepultus fuerit, jus noftrum & veftrum communibus expenfis & laboribus profequemur & emolumentum æqualiter partiemur bona fide.* Gillebert. Lunicenfis apud Ufler. *fyllog. epift. Hibern. epift.* 30. *Octo funt, quibus fuftentatur Sacerdos, parochia, manfus, atrium, cœmiterium, templum, altare, calix cum patena, corpus cum fanguine &c.* Add. Gobelin. Perfon. *Cofmodr. ætat.* 6. *cap.* 81. Eadmer. *lib.* 3. *hift. p.* 68. Nec mirum hinc, quod corpora, dum de loco Plebani aut Parochi contendunt, diu fæpe infepulta. Diploma apud Lambecium eft *lib.* 2. *comm. de Biblioth. Cæfar. p.* 59. quo continentur, ut utar verbis diplomatis, *depofitiones teftium &c. fuper difcordia, quæ olim vertebatur inter ipfos Præpofitum, Decanum, & Capitulum ex una parte, & religiofos viros Priorem & fratres Ordinis Prædicatorum ejufdem loci ex altera; fuper eo videlicet, quod iidem Prior & fratres corpus cujufdam mulieris defunctæ Womelis nomine ad eorum ecclefiam (nempe S. Joannis) ut illud in cœmeterio fepelirent, afportarunt, feu afportari fecerunt, vel ratum habuerunt, de ecclefia S. Nicolai, cujus Parochialis eadem mulier exiftebat, contradicente & reclamante Presbytero parochiali ecclefiæ S. Nicolai prædictæ, & omnino prohibente, ne de fua ecclefia corpus afportaretur defuncta prædicta fub anno Domini* MCCLXV. *&c.* Vid. & *lib.* 2. *rer. Hamb. n.* 132. Chart. apud Miræ. *diplom. Belg. cap.* 54. Lucrum hinc non exiguum. Nimium etiam nonnunquam & recidendum edictis. Gobelin. Perfona *Cofmodrom. ætat.* 6. *cap.* 70. *Anno ejus tertio confules civitatis Paderbornenfis fecerunt ftatutum, quod quicunque civis vir aut mulier; in exequiis alicujus defuncti offerret plus quam ad unam Miffam, folveret confulibus marcam argenti, cum prius ad tres miffas offerri plurimum moris erat, & fic duæ miffæ deinceps in exequiis fubtractæ funt?*

Satis certe ad rem attenti Sacerdotes, Parochi, nec vel minimum quid facile intercipi fibi paffi. Ex plebis collationibus, ex cenfu, ex collectis, opima eorum fpolia. Et hæc pro hominum devotione & habitantium multitudine vel magis vel minus pinguia. Si plures parochiam habitarent Judæi, quibus nihil cum confeffione, cum Miffis, cum pœnitentia, cum baptifmo, &c. interdum non tanti. Sed & huic profpectum, ne

ne ipsorum conditio per Judæos ullo modo redderetur deterior. Concil. Viennense apud Lambec. *lib. 2. comm. de Biblioth. Cæsar. p. 66. Adjicientes, ut Judæi Sacerdoti parochiali, infra cujus parochiæ terminos manserint, pro eo, quod loca, in quibus Christiani manere deberent, occupant, juxta quantitatem damni, quod ei ex hoc inferunt, ad arbitrium Diœcesani omnes proventus loci, quos, si ibidem manerent Christiani, Sacerdos perciperet, refundere compellantur.* Statuta contra hæreticos apud du Chesne *to. 5. hist. p. 821. Statuimus etiam, ut Judæi singulis annis in festo Dominicæ Resurrectionis quinque denarios Melgorensis monetæ per singulas familias pro oblationibus ecclesiæ Parrochiali persolvant.*

Scio etiam in Capellis, in Oratoriis Presbyteri. Sed non Presbyteri in titulum. Missarum tantum causa. Sacerdotes conductitii. Capella si in finibus parochialis ecclesiæ, oblationes quæ obveniunt ei, non ipsi cedunt, sed cedunt parochiali ecclesiæ, nisi aut consuetudo aut lex fundationis diversum quid statuit, *can. statuimus 16. qu. 1. cap. ad audientiam ext. de eccles. ædif. can. numerus 10. qu. 11.* Altéserr. 3. *diss.* 7. Facta etiam vix aliter Oratorii consecratio, quam ne aut jus sepulchrorum, aut baptizandi ibi esset, nequid fieret in fraudem ecclesiæ parochialis, cui soli baptisterium. Sola hinc baptismalis *can. plures 16. qu. 1.* Concil. Ticinens. *can. 11.* Conc. Meldens. *can.* 48. Charta apud Lindeborn. *notit. episc. Daventr. cap. 14. §. 7. Dat de Beur van Zuttorpe und van Loe mochten bouwen und zetten eene nye Capelle &c. mit sodane beiderschede &c. Ind erste, dat de vorbenenden Beur ure rechter moder kercken to Tune nergens medde verkorten zolen, Ende ze en zellen dar ock nynen ander Prester to krigen buiten ires Kerckhern orlove und guden willen. Ock en zoltze dar gene graven hebben orer doden buiten orloven ores Kerckhern, und en zolt dar ock nene doepe hebben &c.* Add. Gregor. 2. *epist.* 9. & Alteserr. *ibid.*

Sepulti Fratres & Sorores in ecclesia conventuali. Nec quisquam alius præter eos, nisi ita aut convenisset, aut nisi ex speciali Sacerdotis permissu, *arg. l. pen. C. de pact.* Charta Guidonis episcopi Trajectensis apud Lindeborn. *notit. episc. Dav. cap. 7. §. 1. Concedentes Priori & Fratribus ibidem, ut in loco prædicto liberam habeant sepulturam sepeliendi ibidem Fratres & Sorores sui Ordinis, ac suam familiam domesticam &c. ac alios, qui ibidem elegerint sepeliri, salvo tamen ecclesiis parochialibus, de quibus ibidem sepeliendi assumendi, jure suo & mortuariorum canonica portione.*

Conventuales ecclesiæ Ultrajecti innumeræ. Videat Lector in Appendice chartam, si id tanti est, Friderici Badensis. Videat Hedam *hist. Ultraj. p.* 147. 303. & passim. Virginum tamen, ut videtur, non plures quam quatuor. Ex Actis Ann. 1447. *des Donredags opten* XIII. *avont: Overdroegen die Raide out ende nye, dat die vier Susterhuyse binnen onse Stat alse van Sunte Cecilien, den XI. M. Magheden, bi onser Vrouwen gasthuys in den wyngaert inden ondelle, ende van sunte Agnieten an sunter Claes kerckhof, voertan rustelic behouden sellen sulcke hofsteden &c.*

CAPUT XXXVI.

Confraternitas quid & inter quos inita. Fratres conscripti. Breves. Πυξία. Duplices. Diptycha. Eorum usus in sacris.

Siquis quærat porro, quæ confraternitas, cujus supra fit mentio, satis abundeque hæc ex literis ipsis intelligi potest. Ponam integras igitur; Nam hactenus nondum editæ.

Venerabilibus dominis in Christo, Charissimis D. Abbati totique Conventui ecclesiæ Hæcmundensis Ordinis S. Benedicti, S. Martini, S. Salvatoris, S. Petri, S. Johannis, S. Mariæ Prælati & Capitula, Abbas & Conventus S. Pauli in Trajecto, pro temporali labore solatium, de mœrore lætitiam, & perenne gaudium reportare. Quam bonum sit quamque jocundum spiritualiter fratres per mutuum charitatis vinculum & sinceræ dilectionis constantiam adjuvare perspicue ex præceptis ipsius cognoscimus veritatis, qua amicos in Deo diligi, & inimicos diligi præcepit propter Deum, & in hoc vere discipulos docuit cognoscendos, si dilectionis ad invicem habuerint unionem. Sane literarum vestrarum serie nobis exhibita, & affectu circa nos & Trajectenses ecclesias præconcepto & sincerius nobis explanato, magnificamus Deum, & exultavit Episcopus noster in omnium salutari, non solum mentaliter circa nos igne charitatis accensi, verum etiam corporaliter quadam inæstimabili suavitate repleti, præsertim cum vos Fratres & in Christo venerandi, magnum & honorabile membrum ecclesiæ Trajectensis, Zelo intimæ dilectionis aspersi, per vestras

vestras nobis patentes literas insinuare curastis, quod nobis super consolationibus & compassionibus crebrius vobis impensis gratiarum actiones multimodas retulistis & nobis & nostris successoribus maxima, quædam & allectoria munera, videlicet plenam & perpetuam fraternitatem, ac omnium vigiliarum, orationum, & beneficiorum communionem, quæ ex nunc in perpetuum a vobis & vestris successoribus in vestra fiunt & fient ecclesia, nec non omnium laborum & expensarum, quæ honestate & libertate cuilibet Trajectensi ecclesiæ conservanda seu etiam defendenda emergere poterunt, proportionalem & hilarem nobis exhibitionem ac compassionem, quotiens a vobis duxerimus exquirendam, unicorditer nobis & nostris successoribus in perpetuum obtulistis, eandem quoque fraternitatem ex simili modo perpetuam, cum omnibus articulis superius memoratis vobis concorditer indulgere de universitatis nostræ gratia postulastis; Nos itaque Fratres charissimi vestram prudentiam circumspectam & devotionis affectum intimæ dilectionis examine perpendentes, & in Domino commendantes, communi dictante consilio, & accedente consensu, sanctæ ac justæ postulationi vestræ pium impertientes assensum, vestra prædevotione & meritis excellentibus inclinati S. Trajectensis ecclesiæ gremium vobis aperimus, sincera charitatis brachiis vos amplexantes, in plenam nostram Confraternitatem & Societatem, vos & vestros successores imperpetuum colligentes, omniumque vigiliarum, & orationum, ac beneficiorum communionem, quæ ex nunc imperpetuum in nostris fiunt & fient ecclesiis a nobis & nostris successoribus, omnium expensarum & laborum, quæ pro honestate & libertate ecclesiæ Hacmundensis observanda seu etiam defendenda imposterum emergere poterunt, proportionalem hilariter quotiescunque a vobis requisiti fuerimus, exhibitionem offerimus & promittimus instanter. Nunc igitur, Fratres charissimi, sinceræ dilectionis virtus & mutuæ charitatis connexitas quos univit, studeamus in hujusmodi S. conversationis & societatis proposito inviolabiliter commanere; & ut perpetuæ fraternitatis memoria inter nos amplius invalescat, prout vestra nobis scripsit prudentia, placet nobis semperque pla[illegible] de Concanonicis nostris vestrisque commonachis ab hoc mundo migrantibus hujusmodi exequiarum modum & ordinem per omnia observare, ut quandocunque Monachum vestri monasterii mori contigerit, & dies obitus sui fuerit nobis intimatus, memoriam exequiarum suarum in omnibus & per omnia tanquam nostri confratris & concanonici celebrari, & nomine suo & die obitus sui apud nos cum diligentia summa conscripto, dies anniversarii sui usque in finem seculi observari, & quoniam exigente statu conditionis humanæ mors improvisa subrepens mortales inopinate trahit ad exitium, & omnium nostrum labilis est statura, placet nobis, quoniam sic tenere nobis innotuit vestra devotio, ut si quemquam

ex

ex vestris commonachis quocunque casu apud nos infirmari aut mori contigerit, infirmo visitationis, consolationis, & beneficiorum, quæ sibi competunt, necessaria favorabiliter impendemus, exequiarum vero per omnia modum & ordinem persequemur, tanquam si idem noster Canonicus extitisset, & si forte eidem vestro monacho apud nos infirmo vel mortuo eo quasi quod alienus sit provisionis infirmitate, vel in morte exequiarum non suppetant facultates, easdem expensas per Camerarium illius ecclesiæ apud quem locum elegerit sepulturæ, prout res exegerit, decenter & honeste procurabimus ministrari, tali conditione pro consuetudine inter nos accedente, quod deest expensis, quas idem Camerarius ad usus sive exequias ejusdem vestri monachi ministravit, per Abbatem & Camerarium vestri Monasterii nostro Camerario sine difficultate aliqua refundatur. In quorum omnium observantiam & memoriam sempiternam præsentes literas vobis & vestris successoribus exhibemus, sigillorum omnium Ecclesiarum nostrarum Trajectensium prædictarum munimine roboratas. Datum & Actum Trajecti ab incarnatione Domini Anno millesimo ducentesimo sexagesimo secundo, octavo Calendarum Junii, in die B. Urbani Papæ & Martyris.

Alias addam, quæ Ultrajecti in ecclesia S. Johannis ineditæ adhuc asservantur.

Ex Chartulario ecclesiæ.

REVERENDIS *atque Karissimis in Christo dominis & amicis, Dominis Præposito, Decano, & Collegio ecclesiæ sancti Johannis Baptistæ Trajectensis* Prior & Conventus *domus novæ lucis in* Valle florum *extra muros Trajectenses ordinis Carthusiensis Salutem & pacem, atque pauperum precum nostrarum suffragium qualecunque, Licet ex institutione divina & Apostolica teneamur orare pro omnibus indesinenter hominibus tanquam pro fratribus, cum quibus unum patrem habemus in cœlis, singulari tamen fraternitatis affectu illis nimirum astringimur, quos nobis in terris magis familiares & pariles, atque in cunctis favorabiles experimur, Unde Venerabiles domini & amici exigentibus piæ vestræ devotionis meritis, quam ad nos & domum nostram prædictam vos gerere sæpe didicimus, ac certis probamus cottidie argumentis, Attento insuper quod vestra ecclesia nec non nostra unius patroni scilicet sancti Johannis Baptistæ sunt titulo insignitæ, ut hujusmodi communionem & ami-*

Suum interim ceteris etiam decus. Sua vis. Suus etiam iis splendor, & auctoritas olim summa. Suus singulis subdecanus. Ivo *epist.*204. & 268. Anonym. apud Mabillon. 2. *analect. p.* 581. Quoddam etiam imperium, & si, ut olim Ultrajecti, Canonici Regulares, jus virgarum in collegas. Th. Cantipratan. *lib.* 2. *cap.* 39. *Residentibus ergo cunctis dixit Decanus electo: Nondum adhuc, ut credo, Archidiaconatum aut Canonicam resignastis? Cui electus; Nondum, inquit. Surgite ergo ait Decanus, & satisfaciatis ecclesiæ, & dorsum ad disciplinam coram fratribus præparate, eo quod sine ve†ste nuptiali chorum cum Canonicis contra regulam intrastis.* Idem *lib.* 1. *cap.* 17. *in fin. A senibus Concanonicis & Decano ab ingressu ecclesiæ arctatus est & infra septa monasterii, quasi pro agenda pœnitentia in loco ad hoc deputato reclusus. Qui humiliter valde pœnam suscipiens flagellabatur interim a Decano, &c.* Flagellum e columna in pyrali pendebat, id est, loco conventus. Ekkeard. Jun. *de casib. mon. S. Gall. cap.* 3. *Ratperte autem mi, rapto flagello fratrum, quod pendet in Pyrali, deforis accurre.* Rei ultro se accusabant. Petebant ultro pœnitentiam. Virgas ultro porrigebant. Basilius de institutione monachorum: μὴ ἐπικρυπτέσθω τὸ πλημμέλημα, ἀλλὰ τῷ κοινῷ ἐξαγγελλέτω, *Admissum a se delictum nullo modo occultum teneto, sed in medium audientibus cunctis renuntiato.* Ekkeard. Jun. *de casib. mon. S. Gall. cap.* 16. *Surgens ille quasi ceteris exemplum dando roccum exuit, & coram se expandit, superque illam se extendit, utque puniretur pro tali necessitate gemens oravit.*

† Sine veste nuptiali, id est, propria Canonicorum. Cl. de Molinet ad Steph. Tornacens. *epistol.* 141. Concil. Tridentin. *Ut vestitum deferant ordine clericali congruentem, nec solum in tunica talari,' sed etiam in reliquo vestitu.*

Et hactenus Decano idem jus quod Abbati. Chronic. Montis Sereni ad Ann. 1213. *Cujus motum ille mitigare cupiens nudis pedibus in veste nigra scopam ferens cum Priore & quodam alio fratre seniore pedibus ejus*

proſtratus &c. Alteſerr. *6. aſcetic.* 4. Nec collegas tantum coërcendi jus, ſi Canonici regulares. Etiam, ſi ſeculares, quamvis forſan non virgis. Statuta MSS. majoris eccleſiæ: *Decanus noſter Canonicum ad Capitulum vocatum & ſe contumaciter abſentantem punire poteſt, ſicut in divinis officiis negligentem, ſuſpendere tamen eum non poteſt.* Titulus eſt de officio ejus in eiſdem MSS. *Decanus noſter presbyter eſſe debet, qui etiam in eccleſia noſtra vices Archipresbyteri gerit in his, quæ de conſuetudine ad Archipresbyterum vel de jure pertinere noſcuntur. Hic primum ſtallum in choro & in proceſsionibus poſt Archidiaconum habet in prima parte. Hic Decanus vices ſuas in officio ſacerdotali per ebdomadas & dies ſicut unus ex aliis Concanonicis ſacerdotibus obſervare habet. Quoties etiam Epiſcopus a civitate vel eccleſia noſtra abfuerit, Decanus vices Epiſcopi tam diebus ſolennibus quam ebdomadis in divinis ſupplere conſuevit, quia fructus prabendæ epiſcopalis tollit.*

Ut patet, non tantum Presbyter, ſed Archipresbyter, quod plus eſt. Πρωτοπαπᾶν vocat Balſam. in *can.* 59. *Apoſtol. & can. Antiochem* 10. Cedrenus: *ἀποσταλεὶς ὁ πρωτοπαπᾶς τοῦ παλατίου μετὰ τῶν τιμίων ξύλων. Miſſus Protopapa palatii cum venerandis ſignis.* Πρωτοπρεσβύτερον etiam Socrates 6. *hiſt. cap.* 9. Presbyter autem, ut notum, ſecundi ordinis poſt epiſcopum. Poſt epiſcopum Presbyteri, Diaconi, Subdiaconi, Acolythi, Exorciſtæ, Lectores, Oſtiarii. Et hi ordines clericorum. Caroli Magni Capitula *lib.* 5. *cap.* 302. *Fecit hos gradus in gremio Synodi, ut non Presbyter adverſus Epiſcopum, non Subdiaconus adverſus Diaconum, non Acolythus adverſus Subdiaconum, non Exorciſta adverſus Acolythum, non Lector adverſus Exorciſtam, non Oſtiarius adverſus Lectorem accuſationem det aliquam.* Qui ad pulviſculum ſcrutantur omnia, receptos non tantum ab Apoſtolorum ætate, ſed a Servarore etiam ipſo exercitos contendunt, & quidem, nequis ad ſummum apicem omiſſo munere inferiori aſpiret, gradatim. Oſtiarium fuiſſe ajunt, cum propolas templo expulit. Lectorem, cum ex libro legit in Eſaia, Exorciſtam, cum obſeſſis ejecit dæmones. Acolythum, cum dixit: *Ego ſum lux mundi.* Subdiaconum, cum pedes diſcipulorum lavit. Diaconum, cum euchariſtiam, cum corpus ſuum diſtribuit. Presbyterum, cum conſecravit ſe & obtulit in ara crucis. Joan. Subdiacon. apud Roſweyd. *de Vit. Patrum* p. 500. Ziegler. *de dot. eccleſ. cap.* 7. *n.* 27. Nugantur ſic Canoniſtæ in otio negotioſi. Contra autem Urbanus Papa *c. nullus* 4. *diſt.* 60. *Nullus*, inquit, *in epiſcopum eligatur, niſi in ſacris ordinibus religioſe vivens fuerit inventus. Sacros autem ordines dicimus diaconatum & presbyteratum. hos ſiquidem ſolos primitiva legitur habuiſſe eccleſia.* Gratianus in *præfat. diſt.* 21. *Hanc can-*

eandem formam Apostoli secuti in singulis civitatibus episcopos & presbyteros ordinaverunt. Levitas autem ab Apostolis ordinatos legimus, quorum maximus fuit B. Stephanus. Subdiaconos & acolythos procedente tempore ecclesia sibi constituit. Vide Blondell. *in præfat. apolog. de episc. & presbyt. p.* 32. Sed his tandem receptis certo insuper officio præter munus ordinarium singuli fere addicti. Unde & Archipresbyteri, Decani, Cantores, Archidiaconi, Capellani, Archisubdiaconi, Scholastici, Thesaurarii, Præpositi &c. Constantinopoli in ecclesia Syncelli erant duo, Cancellarii duodecim, decem Defensores, Referendarii duodecim, Notarii quadraginta, Presbyteri quatuor Sceuophylaces, sex Diaconi Sceuophylaces, Lectores duo &c. Et sic numerum definivit Heraclius Imperator *tom.* 1. *jur. Græco-Rom.* Ziegler. *de dot. eccles. cap.* 7. *n.* 24.

Canonici etiam, qui Ultrajecti, omnes clerici indistincte. Et ut clerici certo ordini juxta Canones adscripti. Non adscriptis nulla vox. Ex Statutis MS. majoris ecclesiæ: *In Capitulo nostro Canonicus noster vocem non habet, qui in sacris non existens ad præbendam assumptus fuerit, donec ad ordinem sacrum promotus fuerit, & in aliquo sacro ordine constitutus aliquod officium in ecclesia nostra ordini sacro deputatum publice & solemniter executus fuerit agens in ordine &c.* Diserte *in aliquo sacro ordine.* Concil. Tridentin. *sess.* 8. *can.* 12. *In ecclesiis præsertim Cathedralibus omnes Canonicatus debent habere annexum aut ordinem Presbyteri, aut Diaconatus, aut Subdiaconatus, ita tamen ut dimidia saltem pars Presbyteri sint, ceteri vero Diaconi aut Subdiaconi.* Ita Concilium. Sed Ultrajecti etiam Lectores, Acolythi &c. Et Lectores a Presbyteris & Diaconis distincti. In iisdem Statutis: *De officio Lectorum Evangelii & Epistolæ: Ad istos pertinet supplere vices Canonicorum nostrorum Diaconorum & Subdiaconorum in lectura Evangelii & Epistolæ omnibus diebus per totum annum, exceptis festis majoribus &c. Et propter reverentiam pontificalem & Altaris nostri principalis, lectori Evangelii prædicto non licet librum Evangelii super Altare ponere principale, cum legit evangelium, sed Subdiaconus debet eidem in exhibitione & observatione libri evangelii ministrare, quia ipsum Altare pontificale est.* Ex presbyteris Archipresbyteri, Decani, Hebdomadarii, Presbyteri animarum, Magistri coquinæ, Cellarii &c. Ex Diaconis Archidiaconi, Subdiaconi, Archisubdiaconi, Scholastici &c. Docent id satis tituli in iisdem Statutis, ut v. gr. *De officio presbyterorum animarum; Ad istorum officium pertinet Chorisocios & scholares nostros & omnes, qui ab ecclesia nostra sacramenta recipiunt infra Canonicatum infirmantes visitare, communicare, inungere, & funeralia exercere, missas ani-*

marum & alia celebrare, prout fundatio ipsorum continet. Ibid. *De officio Ebdomadarii Presbyteri: Ebdomadarius presbyter a sabbato in meridie usque ad sabbatum sequens in meridie tenetur in choro ecclesiæ nostræ omnibus horis diurnis & nocturnis praeesse, & missam singulis diebus celebrare, infirmos visitare, communicare, inungere, & mortuos sepelire, & omnibus exequiis funeralibus praeesse, fleubothomandos, balneandos, & potionandos licentiare, absente vel negligente Cantore. De his quibus cantandum vel agendum est in choro per ebdomadam ordinare. Absente Decano in foro confessionis curam ecclesiæ habet per ebdomadam suam &c. salvo eo quod sacerdotibus animarum incumbit.* Ibid. *De officio Scholastici. Nullus potest esse Scholasticus noster, nisi prius fuerit Canonicus ecclesiæ nostræ præbendatus, & tenetur esse Diaconus.* Ibid. *De officio Archisubdiaconi. Archisubdiaconatus in ecclesia nostra dignitas est, & habet stallum in sinistra parte chori nostri immediate post Decanum, & in congregationibus ecclesiarum post omnes Decanos quatuor ecclesiarum. Et ipse Subdiaconus esse tenetur, & ad officium ejus pertinet, cum episcopus ordinem habet, Epistolam legere, & in Subdiaconatus officio ministrare.* De officio Archidiaconi: *Archidiaconus noster sicut & ceteri Archidiaconi, Diaconus esse tenetur, & episcopo quoties ordinem habet in officio suo ministrare. Archidiaconus etiam, quia Concanonicus noster est in lectura evangelii tenetur sicut unus ex Concanonicis nostris suam ebdomadam observare. Et quia negotiis ecclesiæ nostræ debet intendere a residentia continua in civitate & a frequentatione chori excusatur, & in hoc suæ conscientiæ relinquitur.* De officio Acolythi titulus quidem non est, sed alibi tamen mentio ut tit. *De officio Canonicorum scholarium: Canonicus noster scholaris habet in festis duplicibus ad matutinas legere primam lectionem, & si fuerint plures, quilibet unam, non tamen ultra tertiam. Item habet vice Acoliti servire in divinis &c.*

Canones Anglicani apud Eadmer. *lib. 3. hist. Vt Archidiaconi sint Diaconi.* Petrus Antiochenus apud Coteler. 2. *monum. ecclesi. Græc.* p. 115. *Καὶ παρ' ἡμῖν ὁ τοιοῦτος τῶν διακόνων κρατῶν ἀρχιδιάκονος, & apud nos primus Diaconorum vocatur Archidiaconus.*

Hebdomadarii Canonici, qui integram septimanam per vices singuli dicebant missam. De Canonico quodam Ivo *epist.* 19. *Homo enim magnus est in oculis suis, amans primos recubitus in cœnis, primas cathedras in synagogis, salutationes in foro, & quamvis mundo renunciaverit, vanitati vestium studens, & locorum mutatione gaudens, ita deses, ut per decem annos non expleverit dimidiam hebdomadam* † *missæ in ordine vicis suæ &c.*

Aco-

† Multum prorsus hinc fallitur, nec naturam Canonicorum satis habuit perspectam Martin. Schoockius, cum sic scriberet de *ben. vulg. ecclesiastic. sect. 2. cap. 1. Non inficias eundum, jam olim Canonicos inter clericos censos fuisse; interim non adstricti fuerunt ad Missificandum, aut alia illa agenda, quæ a Presbyteris fieri solent.*

Acolythus, qui luminaria & candelas accendebat. Gillebertus Lunicensis episcopus apud Usser. *in syllog. epist. Hibern. Exorcistarum est, fiducialiter adjurando & imperando in nomine Domini, de obsessis corporibus dæmones effugare, sive catechumeni sint sive baptizati. Acolythorum est, luminaria certis horis accendere & extinguere, altaris & sacrificii necessaria ad manum Subdiaconi præparata habere.* Ziegler. *d. tr. cap.* 7. *n.* 28.

Diaconi simpliciter *ministri* etiam dicti. Nam Diaconus vox Græca est. Vid. Ennod. *epist.* 6. & ib. Sirmund. Etiam Levitæ. Ennod. de vita B. Epiphan. *In quo, secundo a Levitis numero dedicatus, ferum cœtibus puer adjunctus est. Secundo*, inquit, *a Levitis.* Nam Subdiaconum intelligit. Vestis erat Dalmatica, id est, tunica sine manicis. In lævo humero seu brachio mappula, seu manipulus. *Phanonem* etiam vocant, Orarium Sudarium, *can. illud dist.* 93. Vita S. Bernardi Abbatis Tironensis *cap.* 44. *Albis indutus vestibus manipulum habens in manu.* Synodus Pictavensis 2. *cap.* 5. *Ut nemo monachorum deinceps manipulis utatur, nisi fuerit Subdiaconus ordinatus.* Anastas. Biblioth. in *Zosimo. Et fecit constitutum, ut Diaconi Levas tectas haberent de palliis linostbinis.*

Addam obiter non σφάλμα esse, quod perperam nonnulli putant, *Archidiacones, Diacones, Subdiacones &c.* Usus frequens est harum vocum in vetustis Conciliis, & apud alios etiam passim. Concil. Agathens. *can.* 39. *Presbyteri, Diacones, Subdiacones, vel deinceps, quibus ducendi uxoris licentia non est, &c.* & Can. 49. *Diacones vel Presbyteri &c.* & Can. 65. *Quoniam non oportet Diaconem sedere præsente Presbytero &c.* Eadmer. *lib.* 4. *hist. Eadem sententia Archidiaconos & Canonicos omnes complectebatur.* Add. Concil. Eliberit. *cap.* 18. & *cap.* 30. Anselm. *lib.* 3. *epist.* 61. Isidor. apud Gratian. *can. cleros dist.* 21. Apud Græcos recentiores etiam Διάκων est pro Διάκονος, & eadem analogia πάτρων pro Patrono. Malaxus Peloponnesius in historia Patriarcharum, Ἀρσένιος Διάκων, & mox: ὅστις ἦν ἀρχιερεὺς ἢ ἱερεὺς ἢ Διάκων. Theophilus Antecessor *tit. Inst. de legit. patron. tut.* Ὁ νόμος ὁ δυοδεκάδελτος τοὺς πάτρωνας καὶ τοὺς τῶν πατρώνων παῖδας ἐπὶ τὴν τούτων ἐπιτροπὴν καλεῖ. *Lex* XII. *Tab. patronos atque patronorum liberos ad eorum tutelam vocat.* Basilic. *lib.* 49. *tit.* 1. & 2. Ἀπελεύθερος κατὰ πάτρωνος ἀτιμοποιὸν ἀγωγὴν οὐ δύναται κινῆσαι, *Libertus contra patronum famosam actionem instituere non potest.* Veteres etiam inscriptiones τὸ πάτρωνα habent apud Gruterum *p.* 595. *n.* 11. & *seq.*

Scholasticus vox homonyma est. Scholastici etiam Rhetores, & qui causarum patroni. Sic Agathias σχολαστικός, Smyrnæ olim Advocatus. Vulcan. ad Agath. pr. Plin. 2. *epist.* 3. *Annum sexagesimum excessit, & adhuc scholasticus tantum est, quo genere hominum nihil aut simplicius, aut syncerius, aut melius. nos enim qui in foro verisque litibus terimus, multum malitiæ, quamvis nolimus, addiscimus. Schola & auditorium, ut ficta causa, ita res inermis, innoxia est, &c.* Passio S. Mariæ Martyris apud Baluz. *lib.* 2. *misc. cap.* 4. *Surrexit scholasticus Nigagores, ut erat fandi peritus & artifex ad loquendum, omnium persona suscepta publico ore sic loquitur.* & mox *cap.* 5. *Præfectus scholastico inquit: Præterita actionis ornamenta commemoras, crimen quod intenditur non repellis. Respondit advocatus &c.* Pueri etiam scholastici, militiæ ecclesiasticæ a teneris devoti, cantum & utramque literaturam discentes, divinam & humanam. Qui & pueri ecclesiæ, Scholares, Juniores. Carol. Magn. Capitular. *addit.* 2. *cap.* 5. *Et in hoc uniuscujusque studium volumus probare, ut quando ad provinciale episcoporum Concilium ventum fuerit, unusquisque rectorum scholasticos suos eidem Concilio adesse faciat, quatenus & ceteris ecclesiis noti sint, & ejus sollers studium circa divinum cultum omnibus manifestum fiat.* Concil. Remense apud Burchard. *lib.* 11. *Presbyter matutinali officio expleto pensum servitutis suæ canendo primam, tertiam, sextam, nonamque persolvat, ita tamen ut postea horis competentibus & signis designantibus juxta possibilitatem aut a se aut a Scholaribus publice compleantur.* Vid. Bosquet. ad Innoc. 2. *epist.* 138. Canonicis etiam, item monachis scholarum Præfecti. Et satis de eo constat. Scholæ etiam Canonicis. Sed non quivis admissi. Plerique ex his, qui frequentabant, etiam ipsi Canonici. Flodoard. *hist. Remens. lib.* 4. *cap.* 9. *Duas scholas Remis, Canonicorum scilicet loci atque ruralium clericorum, jam pene dilapsas restituit, & evocato Remigio Antisiodorensi magistro liberalium artium studiis adolescentes clericos exerceri fecit &c.* Etiam præbenda iis. Sed non plena. Minus plena. Plena emancipatis. In Statutis jam dictis, *De officio Scholastici. Item ipse habet scholaribus ecclesiæ nostræ de Rectore, qui eos in Grammatica, logica & Musica instruat, providere. Item ipse habet scholaribus de antiphonario & graduali providere in scholis. Item habet scholares novos admittere & refutare, dum tamen non sint in ecclesia nostra beneficiati. Ad ipsum Canonicos nostros scholares examinare, tam in scientia, quam in moribus, & ætate, & cum habiles reperti fuerint, Decano & Capitulo nostro emancipandos præsentare.*

Vox etiam priusquam emancipati iis nulla. Emancipati, qui viginti aut viginti unum annos nati. Quam in rem etiam jusjurandum exactum ut sequitur. Ex veteri MS. templi S. Johannis: *Wy N. N. sweeren by het heylich Evangelium dat wy met onse vingeren raken, dat onsen soon N. een ende twintich jaren na den dach synder geboorten op dese werelt out ende gepasseert is. Soo waerlick help my Godt ende syn heylich woort.* Expresse hic *een en twintich.* Sed contra in ecclesiæ cathedralis Statutis: *Si scholaris ad prebendam assumptus fuerit &c. vocem tamen in Capitulo non habebit, donec vicesimum ætatis suæ annum attigerit, & per Scholasticum nostrum Decano & Capitulo nostro emancipandus præsentatus ut idoneus fuerit.* Nondum emancipati ad præbendam admissi quidem sed tantum ad semiplenam. Patet ex instrumento, quod hic addam, inedito.

IN NOMINE DOMINI AMEN, *Anno nativitatis ejusdem millesimo trecentesimo octuagesimo sexto, indictione nona, mensis Iulii die tertia, hora quinta, Pontificatus sanctissimi in Christo patris ac domini nostri Domini* Urbani *divina providentia Papæ sexti anno nono, in mei Notarii publici & testium subscriptorum præsentia personaliter constituti Venerabiles viri & Domini* Fredericus de Maern, Jacobus de Aelreborst, Fredericus Veltman, Theodericus de Hasselt, Ghevaerdus de Westrenen, Wommarus ten Goy, Nicolaus Scatter, & Wilhelmus Zuermont *Canonici Capitulares ecclesiæ sancti Johannis Trajectensis, Capitulum Capitulo ad hoc indicto facientes ex una parte, &* Bertoldus *filius Werneri civis Trajectensis Canonicus ejusdem ecclesiæ sancti Johannis parte ex altera, iidem domini Capitulares præmissa protestatione quadam in hunc modum, quod consuetudini seu statuto ecclesiæ suæ tali videlicet, quod nullus scholaris eorum Concanonicus ad prebendam dictæ ecclesiæ receptus, antequam emancipatus fuit, ultra mediam prebendam quidquam habebit, Et quod nullus scolaris nisi vicesimo primo anno completo emancipari seu installari debeat, non intenderent, neque vellent in aliquo derogare vel recedere ab eisdem, & hac protestatione dicti domini Capitulariter, ut asserebant volentes dicto* Bertoldo *eorum Concanonico ad preces & instantiam* Werneri *patris sui prædicti, & nonnullorum aliorum proborum virorum civium Trajectensium gratiam facere specialem ipsum* Bertoldum *emancipaverunt & installaverunt sub conditionibus annotatis. Primo quidem* Bertoldus *per biennium stabit in studio generali, nec interim tanquam Canonicus installatus cum religione chorum vel stationes aut processiones ecclesiæ sancti Johannis prædictæ, aut aliarum ecclesiarum Trajectensium subintrabit,*

bit, aut se pro installato geret aliquatenus in præmissis. Item quod præfatus Bertoldus *postquam se paravit ad eundum versus studium generale, in quo per biennium, ut præmittitur, stabit, petet licenciam a Capitulo suo supradicto & extunc petita licencia & optenta eadem vel sequenti die a civitate Trajectensi ob causam studii exibit, & per dictum biennium ultra mediam prebendam distributionibus seu præsentiis cotidianis exceptis non habebit. Et hæc omnia & singula promisit dictus Dominus* Bertoldus *in manu mei Notarii publici subscripti tanquam publicæ persona vice, nomine, & ad opus dictorum Dominorum Capituli dictæ ecclesiæ sancti Johannis Trajectensis ita stipulantis totaliter observare & fideliter adimplere. Iuravit insuper idem* Bertoldus *corporaliter manu sua dextra erecta, & extensa ad sancta dei ewangelia in majorem certitudinem præmissorum, quod dicto biennio in studio stabit, ut præmittitur, generali, nec interim chorum, stationes, vel processiones prædictas, ut præsumetur, aliquatenus subintrabit, dolo & fraude in præmissis penitus circumscriptis. Super quibus omnibus & singulis præfatæ partes hinc inde a me Notario publico infra scripto sibi fieri petierunt, & quivis eorum petiit publicum instrumentum. Acta fuerunt hæc in majori loco Capitulari dictæ ecclesiæ sancti Johannis Trajectensis, Sub anno, indictione, mense, die, hora & Pontificatu, quibus supra. Præsentibus ibidem discretis viris* Roberto de Hoesden *Campanario dictæ ecclesiæ sancti Johannis Trajectensis, Magistro* Henrico Poelman, *magistro in artibus clerico Trajectensis diæcesis, &* Johanne Ruyssche *cive Trajectensi testibus ad præmissa vocatis specialiter & rogatis.*

Et ego Gherlacus Johannis *clericus Trajectensis diæcesis publicus Imperiali auctoritate Notarius hujusmodi protestationi, emancipationi, & installationi, ac omnibus aliis & singulis supra conscriptis dum sic ut præmittitur fierent & agerentur, una cum prænominatis testibus præsens interfui, eaque sic fieri vidi & audivi, & in hanc publicam formam redegi, quam per alium fidelem scribi feci, hic me subscribens signoque meo solito & consueto signavi in testimonium veritatis præmissorum rogatus & requisitus.*

Scho-

Scholasticus *Scholaster* jam. Sed nomine tantum tenus. Olim instar Scholarchæ. Nam & Rector ei dicto audiens. Rector qui docebat instructus virgis & ferula. Scholasticus, qui curabat, ne quid scholis ornandis, promovendis, deesset. Ex iisdem Statutis tit. *De officio Rectoris scholarium. Iste habet post Scholasticum curam scholarum & scholarium, ut eos instruat in Grammatica, Logica, & Musica. Ipse habet coërcitionem eorum & jurisdictionem in modicis excessibus non tamen excedentes virgam & ferulam. Si excessus majores fuerint, ad scholasticum pertinet jurisdictio, si maximi ad episcopum præsente & consentiente Capitulo. Si excessus majores,* inquit. Ægidius in addit. ad Anselmum *de gestis Pontific. Leodiensium, Tungrens. &c. cap. ult. Item pueri de S. Martino ibidem rixam fecerunt, & judicio fratrum S. Lamberti, Heribertus scholasticus eosdem pueros ad scholas sancti Lamberti deduxit, ibidemque punivit.* Rector ne peccaret, ne officio abuteretur, juramento adactus. Formula est, quæ sequitur, ex veteri membrana templi S. Johannis:

Ego N. juro per hæc sancta Dei evangelia, quæ manu mea tango, Quod chorales & scholares ecclesiæ sancti Johannis Trajectensis, *quamdiu regimen scholarium in eadem ecclesia obtinuero, fideliter regam, ipsosque in moribus & consuetudinibus dictæ ecclesiæ juxta informationem, quam mihi domini Decanus & Capitulum ejusdem ecclesiæ sancti Johannis in scriptis tradent, cum diligentia bona docebo. Chorales sub bono & forti jugo tenebo, & ad scholas continue frequentandas eos cotidie constringam. Ab eisque nullum denarium, sive de pastu, sive de aliis accidentiis per alios meos scholares secundum antiquam consuetudinem dandum exigam, accipiam, aut requiram, Nec in domo choralium prædictæ ecclesiæ aliquam mulierem de nocte vel de die cum ea criminaliter conversando introducam, vel introduci me sciente permittam. Post licentiam meam vel etiam ante per dominos Decanum aut Capitulum prædictos michi datam, vel factam, apud memetipsum acceptam, nullos chorales vel scholares, licet etiam ad aliud Regimen in Civitate Trajectensi me transtulerim a dicta ecclesia sancti Johannis distraham aut distrahi faciam. Sed ipsos omnes & singulos chorales & scholares novo Rectori mihi in Regimine succedenti fideliter recommendabo. Et omnia & singula prædicta firmiter observabo. Sic juvet me deus & omnes sancti ejus.*

Chorales etiam scholares, sed chorales, quod in choro cantabant cantum jam edocti. A Rectore ad id lecti. Non omnes enim ad id apti. Non rauci. Non debiles. Ex jam dicto MS. majoris ecclesiæ: *Iste provide-*

videre habet de scholaribus, qui choro provideant, lectiones legant, versus graduales & alleluja cantent, in officio Acolitorum ministrent, in portandis cereis & urceis aqua benedicta &c.

Caput XL.

An Decano Archidiaconus cedat, an contra Decanus ipsi. An Canonici, qui Ultrajecti, adhuc recte Canonici, cum nihil minus jam faciant, quam quod olim Canonici. Qui Asiarchæ, quorum mentio in Actis Apostolorum. An Christiani, an ethnici, & Quodnam eorum munus. De Chorepiscopis nonnulla. Commune. Petalum. Τὸ κοινόν.

Sed quod quæram adhuc hoc est; cur, si Presbyter Decanus, Archidiacono tamen cedat, nam Diaconus hic, non presbyter, ut supra de officio ejus: *Archidiaconus noster, sicut & cæteri Archidiaconi, Diaconus esse tenetur?* Utique enim Presbyter præfertur Diacono. Novella Alexii Comneni apud Coteler. 2. *monum. eccles. Græc. cap.* 22. πρωτοδιάκονος τις εἴη, πρῶτος μὲν τῶν διακόνων ἐστιν, ἔσχατος δὲ τῶν ἱερέων. ὁ μὲν γὰρ ἱερεὺς &c. Vid. *ibid.* Et vix aliud hic potest dici, quam quod dicunt Canonistæ, quod ordine Archidiaconus inferior quidem sit, sed dignitate superior. Superior, ut ita dicam, certò tantum respectu, *can. salvator* 1. *qu.* 3. *can. perlectis* 25. *dist. cap.* 1. *cap. adhæc ext. de offic. Archidiac.* In iisdem Statutis: *Præpositus noster ratione Archidiaconatus major est Decano in administratione & minor Decano in ordine ratione Præpositura, & ideo ratione Præpositura & ipsam contingentium subest Decano & correctioni sua & Capituli. Et Decanatus major est dignitas in ecclesia nostra post episcopum.* Et sacrum ærarium, & universæ res sacræ, reliquiæ etiam ipsæ in manu Archidiaconi. Redituum etiam ecclesiæ dispensatio penes ipsum, *d. cap.* 1. *& cap. adhæc.* Altéserr. 1. *diss.* 10. *&* 11. Bosquet. ad Innoc. 3. *epist.* 7.

epist. 7. Strauch. 2. *amœn. jur. Can. cap.* 2. Et hinc tumor & fastus. Gravis non Presbyteris tantum sed episcopis etiam ipsis. Eorum magnus minister. Fortunatus *lib.* 3. ad Archidiaconum Meldensem:

Det tibi larga Deus, qui curam mente fideli
De grege Pontificis magne minister habes

Pansophium Archidiaconum, ut mansuetum præbeat se & humilem, Isidorus Pelusiota monet *lib.* 1. *epist.* 157. οὐ γὰρ, inquit, πολιτικὴν τινα χειρίζεις ἡγεμονίαν τύφῳ καὶ κόμπῳ φλεγμαίνουσαν, ἀλλὰ διακονίαν εἰρηνικὴν καὶ ἀπέραχον, *Non enim civilem geris præfecturam fastu & pompa tumentem, sed ministerium pacificum & tranquillum.* Archidiaconum Carnotensem *gloriosum Archilevitam* Goffridus Vindocinensis vocat *lib.* 2. *epist.* 17. *Indiscrete gloriosus vester Archilevita, quasi Propheta docens mendacium solvenda ligat, & solvis liganda.* De Parisiensi Fulbertus *epist.* 34. *Inter quos videlicet adversarios unus est nomine Lysiardus olim quidem Archidiaconus, qui cum esse deberet oculus episcopi sui, dispensator pauperum, catechizator insipientium, apostatavit ab omnibus his, & factus est episcopo suo quasi clavus in oculum, prædo pauperibus, dux erroris insipientibus.* Anselmus Canonicus Leodiensis *de gestis Pontif. Leodiens. Tungrens. &c. apud Chapeavill. to.* 1. *cap.* 85. *Et ne tibi paterna consolationis penitus munia subtraham precor Archidiaconatus tui moderare gloriolam &c. Si diaconus es, dic, unde tibi cognomen archi? Si non potes, obnoxius desine gloriari. Coëpiscopos* (lege *Chorepiscopos*) *& archidiaconos ob insolentiam removit ecclesia, unde & his caret usque in præsens metropolis Colonia, & tota provincia.*

Nec alibi tantum tumor hic. Etiam Ultrajecti. Etiam ibi cum Capitulo, cum Decano contentio ei. Docet satis transactio olim inita inter partes. Exemplum ex Archivis est:

Iuramentum Præpositi de ministrando & concordiam observando.

Ego N. Præpositus & Archidiaconus ecclesiæ sancti Johannis Trajectensis juro ad hæc sancta dei ewangelia, quæ manu mea hic tango, quod concordiam olim inter venerabiles & egregios viros & dominos Johannem Nys Præpositum pro se & in dicta Præpositura Præpositos successores suos ex una, & Decanum & Capitulum supradictæ ecclesiæ sancti Johannis Trajectensis ex altera, partibus con-

conceptam , factam , initam , amplexatam , Apostolica auctoritate comprobatam , in omnibus , per omnia , ac omnia & singula in literis , instrumentis , & processibus desuper editis & fulminatis narrata , descripta , & contenta , quam , quas , quos , & qua hic pro expressis habeo & haberi ac teneri volo , quamdiu Præpositus hujus ecclesiæ existo & permaneo , integraliter & sine diminutione servabo & adimplebo , ac servanda & adimplenda sub sigillo meo proprio confirmabo & ratificabo , ac nullo unquam tempore contra venire juro & promitto. Sic me deus adjuvet & omnes sancti ejus.

Ingens in diœcesi Archidiaconis olim jus. Ingens jurisdictio , & quamvis salva appellatio , episcopali propemodum tamen par & æqualis. Ex libello oblato ab iis † Regiæ Majestati, qui gravamina aliquot continens orta ex Concilii Tridentini decretis integer & MS. in tertio Curiæ Memoriali : *Super primo gravamine dicunt Archidiaconi præmissæ ecclesiæ Trajectensis se non solum spatio temporis non memorabilis præscripsisse jus instituendi , omniaque & singula cognoscendi , quæ inde dependent , quibus dispositio de residentiis Pastorum & aliorum clericorum comprehensa est , verum etiam territorium & jurisdictionem in suis respective limitibus semper possedisse per omnia episcopalem , exceptis iis , quæ ordinis sunt , nonnullisque provinciis , utpote Hollandia , Zelandia , quatuor Flandriæ officiis & parte quadam Gelriæ , quas Archidiaconus ecclesiæ majoris cum episcopis Trajectensibus semper conjunctim & indiviso jure administrant. Quibus de rebus quum etiam pacta extent & diversæ concordia præsertim inter episcopos & majoris ecclesiæ Trajectensis Archidiaconos abhinc trecentis & amplius annis initæ , Sedis Apostolicæ & Legatorum ejus approbatione corroborata nullo modo sibi persuadent , si Concilium Tridentinum aliquam harum habuisset cognitionem , Reverendos illos Patres tam enorme alienis juribus illaturos fuisse præjudicium , præsertim si cum animis suis expendissent hisce in regionibus protensam undique limitum episcopalium latitudinem , ut hic Episcopi functio ad eum , quem in teneræ adhuc & quotidie adolescentis ecclesiæ incunabulis habebat , statum reduci commode nequeat , uno eodemque Pastore ad tam vasti Ovilis subeundam curam non suffecturo , ut hac ipsa de causa priores illi ecclesiæ hujus episcopi impares sese sacro oneri , quod sustinebant , intelligentes partem suæ sollicitudinis sponte in Archidiaconos transtulerint , singulis ipsorum certis assignatis limitibus , in quibus gregi sibi commisso diligenter invigilarent , & licet huic incommodo subventum esse videri posit per attributos plures episcopo Trajectensi Suffraganeos , tamen singulis horum tantum oneris in præsentia incumbit , quantum olim uni episcopo Trajectensi , quum sibi cogeretur adsciscere Archidiaconos , ob magna*

† Regi Hisp. Philipp. II.

gna

gna quæ modo conspicimus pagorum & urbium iis in locis incrementa, quæ ante vasta solitudinis ferarum lustra & omni erant habitatore deserta. Super secundo gravamine respondent, cum punitionem horum delictorum, quorum Canones isti mentionem faciunt, Archidiaconi ante tempora, quorum nulla est memoria, præscripserint, neque Episcopi nec eorum officiales ne quidem hoc tempore multiplicatarum sedium Cathedralium puniendis extirpandisque malis iis, quæ sese quotidie pro dolor agminatim offerunt, sufficiant, nemini causam hanc paulo attentius & æqua trutina expendenti posse obscurum esse, quum magis ex honore & re ecclesiæ futurum sit, si eorum loco, quos Episcopi novitios cogerentur deligere ministros, Archidiaconis vetera sua jura linquantur illæsa, quorum authoritas, utpote qui in prima post Pontificalem dignitate constituti sunt, major & delinquentibus formidabilior erit, atque eorum, quibus hanc functionem committerent episcopi, neque verisimile est Concilium Tridentinum, quum ordines minores eorumque officia tam studiose restituat, præcipuam hanc ecclesiæ dignitatem abolere voluisse, quæ tamen aut funditus tollatur oportet, aut remanebit titulo tenus & umbratilis, nisi jurisdictionis ad eam pertinentis conservationi consulatur, cum plerisque ex Archidiaconis Trajectensibus parum aut nihil præter jurisdictionis emolumenta annuorum proventuum suppetat. Præterea quum in omnibus ecclesiis Trajectensibus Archidiaconorum nominatio ad Catholicam pertineat Majestatem, ejus certe magnopere interest, ne ista dignitates intereant & antiquentur, ad quas præsumendum est Majestatem suam tam idoneas nominaturam personas, qui injuncti sibi muneris provinciam tam rite sunt administraturi, atque facturi essent episcopi. Consuleturque hoc pacto publicæ utilitati, nam litigatoris duæ manebunt salvæ instantiæ, prima coram Archidiaconis, altera coram Archiepiscopo, quarum priorem extinctis Archidiaconis si tollas, & magnis partes gravabuntur impensis Romam appellando, & crebriores in tribunalia ecclesiastica ob appellationum frequentiam irrepent abusus &c.

Enituit tamen vulgo Decani auctoritas. Idem fateor qui Præpositus & Archidiaconus Ultrajecti, sed certo etiam respectu Decano dicto audiens. Diserte supra in juramento: *Vocatus ad Capitulum a Decano meo seu Capitulo veniam, nisi prepeditus fuero legitima prepeditione.* Et ne id quidem mirum. Nam & Præsul dicto audiens, ut dixi *cap. præced.* Et præterea, quod notandum, interdum & Decanus Vicarius episcopi. Ut in charta apud Hedam Friderici Badensis *hist. Ultraj. p.* 321. *Cujus fundamenti primum lapidem per venerabilem Dominum Hermannum de Lochorst Decanum ecclesiæ nostræ sancti Salvatoris Trajecten-*

 sis

sis nostrum in spiritualibus generalem Vicarium collocari fecimus &c. Interdum & Cardinalis, ut in charta Ann. 1378. *Nuper sanctissimus in Christo pater & dominus noster dominus Gregorius divina providentia Papa undecimus quandam commissionis sive supplicationis cedulam per suum certum cursorem nobis Petro Gastonis legum doctori Canonico, Capellano suo, & ipsius sacri Palatii causarum Auditori fecit more Romanæ Curiæ præsentari, quam nos cum ea qua decuit reverentia recepimus, tenorem, qui sequitur, continentem: Beatissime pater, dudum venerabilis vir, dominus Egidius Bellemere vestri sacri palatii causarum Auditor in causa quæ vertebatur coram ipso inter Reverendissimum in Christo patrem dominum* Petrum *sanctæ Romanæ ecclesiæ Cardinalem & Vicecancellarium, Decanum ecclesiæ sancti Johannis Trajectensis, & Capitulum suum ipsius ecclesiæ sancti Johannis ex parte una, & Dominum Pe*trum de Velde *Præpositum ejusdem ecclesiæ de & super quibusdam bladis &c.* Sed nec semper nec ubique Decano Archidiaconum, Decanum etiam alibi Archidiacono præponunt. Sic Ivo Carnotensis *epist.* 194. *Ivo Dei gratia Carnotensis ecclesiæ minister Hugoni ecclesiæ Aurelianensis decano & Vulgrino ejusdem ecclesiæ archidiacono & communi capitulo prædictæ ecclesiæ salutem.* Alibi extra controversiam etiam major Decanatus. Acta Cenomannens. episcop. apud Mabillon. 3. *analect. A domno Hildeberto, ejusdem ecclesiæ venerabili episcopo, primo flore juventutis Archidiaconus factus est, cujus cum prudenter fungeretur officio, ad Decanatus meruit celsitudinem sublimari.*

Utriusque ergo in ecclesia non exiguus olim splendor. In publicis processionibus a dextris episcopo erat Præpositus summi templi, a sinistris Decanus. Ordo in MS. majoris ecclesiæ *tit. de major. & obed.* Verba ita se habent: *Maximus in ecclesia & primus in stallo est Episcopus in latere dextro. Post eum Archidiaconus noster primus in dextro latere. Post hoc Decanus noster primus in sinistro latere.* † *Post hoc Archidiaconus & Præpositus sancti Salvatoris in dextro latere. Post hoc Archidiaconus & Præpositus Embricensis, & dehinc Arnhemensis in sinistro latere. Post hoc Præpositus Daventriensis, & dehinc Præpositus Aldenzalensis in dextro. Deinde Præpositus sancti Petri in dextro latere, Et dehinc Præpositus sancti Johannis, & dehinc sanctæ Mariæ in sinistro. Post hec Decanus sancti Salvatoris in sinistro. Post hec Decanus sancti Petri in dextro latere. Post hec Decanus sancti Johannis in sinistro latere. Post hec Decanus sanctæ Mariæ in dextro latere. Post hec Chorepiscopus in dextro latere. Post hec Canonici omnes secundum ordinem adeptionis Canonicatuum suorum &c.* Comparatio omnis claudicat. Sed quid si Consuli Decanum, contra Archidiaconum comparemus Prætori.

† Perperam ergo Martin. Schoockius de bon. ecclesiast. sect. 2. cap. 2. *Archidiaconus, qui solum in ecclesia cathedrali, & consequenter non omni Capitulo, notatur &c.*

tori. Ut constat, Prætor præfertur Consuli, προεδρία concessa. Sed Consulum major vis, ut nulli non notum. Quod autem Chorepiscopus Decanis postponitur, id hanc exceptionem habet, nisi idem & Decanus & Chorepiscopus simul ut olim non semel Decanus S. Johannis. Ex Actis Ann. 1549. *des Woensdachs den 16. Jul.*

Die Rait heeft belieft, datmen den Choirbisschop van Utrecht voertaen in deser Stadt wyncedellen setten, ende wyn laten volgen sel op alsulcke tyden ende manieren, als die Prelaten van Utrecht wyn gegeven wert, Zoe hy oeck voer een Prelaet gerekent wert, en de Rayt aengegeven is, dat zyn voersaten 't selve te hebben plagen voir de tyt dat die Deken van sint Jans noch geen Choirbisschop en was.

Chorepiscopus, qui ruri præest ut episcopus, qui pagis, villis aut vicis, qui ecclesiis rusticanis, lustrando, visitando. Unde & περιοδευτής, circuitor, visitator, adjutor, συλλειτουργός, comminister episcopi. Vicarius etiam alibi. Et quod Vicarius non mirum. Vicem functus episcopi, præsertim dum is absens, aut valetudine impeditus, *can. non debere dist.* 80. Ferrandus Diaconus in *breviat. Canon. cap.* 79. *Ut Chorepiscopi, id est, Vicarii episcoporum, nec Presbyteros, nec Diaconos ordinent, nisi tantum Subdiaconos.* Isidorus: *Vicariis episcoporum, quos Græci Chorepiscopos dicunt.* Concil. Antiochen. *can.* 10. Ancyran. *can.* 12. Laodicen. *can.* 57. Neocæsar. *can.* 14. Vicem saltem in plerisque. Nam plenitudinem officii episcopalis non nactus. Non Presbyteros, aut Diaconos ordinandi potestas, non virgines vel viduas benedicendi, velandi, non ecclesias consecrandi, non consignandi baptizatos, hæreticos aut pœnitentes in ecclesiam recipiendi, formatas literas tribuendi, nisi siquid ab episcopo ex his ei in specie & nominatim injunctum, *can. quoniam can. quamvis dist.* 68. Concil. Antiochen. *d. can.* Synod. Meldens. *can.* 44. De cœco Gauzioleno Cenomannensi episcopo Acta Cenomannensium episcoporum apud Mabillonium *tom.* 3. *analect. cap.* 17. *Tamen præfatum episcopatum Cenomannicum auferre noluit, sed Chorepiscopum ei Seufredum ordinare præcepit, qui populum in eadem parochia prædicaret, & Christo lucraret. Ipse enim Seufredus Chorepiscopus per beneficium Gauzioleni cæci episcopi monasteriolum sancti Symphoriani de suo episcopio, quod Tilidus nominatur, usque ad obitum suum habuit, &c.* & mox: *Post ejus quoque discessum Desideratus Chorepiscopus sub Gauzioleno in eadem parochia fuit.* Cura pauperum alendorum & ærarii ecclesiastici dispensatio ei data.

Vi-

Visitabat, prædicabat, & si in locis longe dissitis, ad salutandum episcopum, ut testaretur se subjectum, accedebat quotannis. Concil Neocæsar. *d. can.* Concil. Nicen. Arab. *can.* 57. Caroli Magni Capitularia *lib.* 7. *cap.* 394. *Similiter & hoc statutum est, ut a Chorepiscopis qui juxta sanctorum decreta locum septuaginta discipulorum, id est, Presbyterorum, tenent, vel ab ipsis Presbyteris, nec virginum consecratio, nec sancti Spiritus traditio, nec ecclesiarum vel altarium consecratio, vel illa quæ solis episcopis debentur fiat.* Acta Cenomannens. episcoporum apud Mabillon. *tom.* 3. *analect. cap.* 14. *Petrus Cenomannicæ partis parochiæ temporibus Theodorici regis Chorepiscopus & adjutor domni Aigliberti fuit. Ipse enim domnus Aiglibertus Archicapellanus & princeps Episcoporum regni erat. Ideo ei concessum erat, ut haberet adjutorem sibi & Chorepiscopum, ut quando ipse præoccupatus in servitio regali erat, prædictus Chorepiscopus ei adjutorium procuraret aliquod, non id faciendo tamen quod ei licitum non erat, propter summam episcopalis ministerii, sed quantum a prædicto ei domino Aigliberto licite & canonice concedebatur.*

Sed dum aliud agunt episcopi, dum immiscent se aulæ, dum genio indulgent, dum stertunt, dum venantur, præliantur, Chorepiscopi tumidi, & ipsis etiam episcopis paulatim infesti. Et multum deinceps laboratum, ut tumor reprimi rursum posset. Capitulare Aquisgranense *cap.* 9. *Item & in eodem Concilio simul & in Ancyronensi, ut Chorepiscopi cognoscant modum suum, & nihil faciant absque licentia episcopi, in cujus parochia habitant.* Caroli Magni Capitularia *lib.* 5. *cap.* 321. *Qui in vicis vel in possessionibus Chorepiscopi nominantur, quamvis manus impositionem episcoporum perceperint, & ut episcopi consecrati sint, tamen sancta synodo placuit, ut modum proprium recognoscant, & gubernent subjectas sibi ecclesias, earumque moderamine curaque contenti sint.* Add. *lib.* 7. *cap.* 98. Schobinger. ad Vadian. 1. *rer. Alamann.* Interdum repressi. Interdum ordo & damnatus & damnatus in totum. Damnatus Damasi decreto *epist.* 4. Quod quamvis multis suspectum, inter canones tamen extat *can. Chorepiscopi dist.* 68. & quod plus est confirmatum etiam Capitularibus regiis, *lib.* 6. *cap.* 119. *Placuit ne Chorepiscopi a quibusdam deinceps fiant.* Capitulare interrogationis de Presbyteris criminosis apud Baluzium *tom.* 1. *Capitul. p.* 330. *Siquis ab episcopo & non a Chorepiscopo, qui non episcopus sed Vicarius episcopi, priusquam prohibiti essent, & erant & dicebantur &c.* & mox: *Sed quia olim, ut dictum est, jam dicti Chorepiscopi prohibiti sunt, ideo modo nihil sunt, nec Spiritum paracletum ullo unquam tempore tradere non potuerunt, nec modo possunt.* Damnatus tamen non ubique,

que, & utut centies damnatus, episcoporum ignavia tamen, dum seculi negotiis obsessi & impediti, dum otio suo consulunt, paulatim revixit. Sed nec eadem iis vis, nec quæ olim auctoritas. Honore olim certabant Archidiaconus & Chorepiscopus. Uterque episcopo adsidebat. Archidiaconus ad dextram. Chorepiscopus ad sinistram. Concil. Nicen. Arabic. *can.* 57. *& seq.* Olim autem, ut putant, in conventu ecclesiastico sinistra honoratior. Unde & Paulus a dextra in chartis Pontificiis, Petrus a læva, ut observavit Baronius. Sed utut sit de sinistra, & utut olim honoratior, constat tamen quod nec passim, nec ubique id observatum. Et deinceps Chorepiscopus nec a dextris episcopi, nec etiam a sinistris, Archidiaconis, Præpositis, Decanis postpositus, ut ex iis patet, quæ adduxi jam. Præpositis, Archidiaconis, postponit Ebo Rhemensis etiam in opusculo de ministris Rhemensis ecclesiæ, quod ad calcem Flodoardi adjunxit Sirmondus. Officium Ebo describit ita: *Chorepiscopi vero ministerium est omnem sacerdotalem totius regionis sibi commissa conversationem corrigere atque dirigere, id est, in conficiendis divinis sacramentis & baptisterio omnium intellectum aperiens excitare, populum regionis prædicare, confessiones exigere, pœnitentiam cum discretione caute imponere, hospitalitatem sectari, infirmos visitando obsequia benignitatis, & benedictionis, & sanctæ unctionis inferre. Communioni sanctæ dignos fieri populos assidua commonitione exercere, mortuos cum commendationibus animæ & orationibus dignis obsequiis sepulturæ venerabiliter tradere, pro vivis etiam ac defunctis totius ecclesiæ filiis rationabili assiduitate exorare &c.*

Ultrajecti Chorepiscopus, ut videtur, in urbe. Ruri Suffraganei & alibi per diœcesim. Suffraganei habebant titulum, habebant sedem, ecclesiam, si non in diœcesi, in solo saltem barbarico, aut in partibus transmarinis. Vid. *supr. cap.* 8. Chorepiscopi sine titulo. Nec episcopi etiam proprie postquam semel damnati, sed potius Presbyteri, præsertim ab episcopo electi, promoti. Nam electos ab episcopo si tres alii ordinassent major eorum vis. Nec episcopi tum tantum, sed & titulum tum nacti, & habiles eo ipso ad succedendum episcopo. Acta Cenomannens. episcop. apud Mabillon. *tom.* 3. *analect. cap.* 17. *Qua de re invenerunt sapientes & Doctores ejusdem Caroli gloriosissimi Regis, una cum Legatis Apostolicis, & omnes episcopi inter se sanxerunt secundum priorum sanctorum Patrum instituta, ut nullus Chorepiscopus chrisma conficeret, virgines sacraret, Spiritum Paraclitum traderet, neque ecclesias dedicaret, vel altaria erigeret, seu aut sacraret, etiam oleum ad infirmos ungendos benediceret, nisi a tribus esset ordinatus episcopis: quæ vero omnia summis Sacerdotibus & non Chorepiscopis debentur. qui licet ordina-*

dinationem habeant, tamen summi Pontificatus apicem non habent, quia nec in tabernaculo Domini, quod Moyses fecerat, alius altaria non erigebat, aut deponebat, nisi tantummodo Moyses & Aaron, qui summi Pontifices erant, & quorum typum hodie in sancta ecclesia gerunt episcopi &c. Ideoque medicinam invenientes prædicti Pontifices, & eruditi Doctores, renuntiaverunt domino Carolo prædicti Sacerdotes, ut Chorepiscopus jam dicti Gauzioleni cæcati episcopi, a tribus episcopis in id ipsum convenientibus ordinaretur, & nomen a titulo villano, quæ Græco sermone χώρα *vocatur, haberet, & non ab ordinatione, ministerium quoque episcopale tali benedictione, si condignus fuerit, adepta, devotissime una cum interrogatione & consensu atque permisso Gauzioleni cæcati episcopi, propterea quia ipse facere non poterat, & non aliter contingere nullo modo quicquam de suo ministerio præsumeret. Gloriosus igitur Rex Francorum &c.* & mox: *Supradictus enim Gauziolenus hæc audiens gavisus est valde; eligensque quendam sacerdotem de monasterio Aurianno, Merolum nomine, & dedit ei Salicam vicum publicum & canonicum, sive alia beneficiola: obnixeque deprecatus est dominum Carolum per suam epistolam, & sanctam Synodum, ut supradicta conditione ad titulum ecclesiæ sancti Petri, quæ est constructa in Salico vico canonico, prædictus sacerdos Merolus Chorepiscopus sacraretur, ut ministerium episcopale facere & exercere canonice atque perficere posset. quod & ita annuente Domino factum est, & prædictus sacerdos Merolus memorata conditione a tribus episcopis est Chorepiscopus ordinatus, a* χώρῃ, *id est, villare sortiente vocabulo.* Gauzioleno dein mortuo *gloriosus Carolus rex Francorum nullum inveniebat, cui ipsum episcopatum ita desolatum dare aut commendare potuisset.* Merolo ergo dedit, *licet Chorepiscopo, a tribus tamen episcopis supradicta conditione ordinato. quod & ita consultu fidelium suorum factum est.* Et hinc est, quod Hincmarus ad agnatum suum scribens Hincmarum Laudunensem apud Flodoard. *hist. Remens. lib. 3. cap. 21. & excepto*, inquit, *quod a pluribus episcopis es ordinatus, pene vicarium episcopum, quem Græci Chorepiscopum vocant, debueras recognoscere, ac per hoc non privilegium tibi adscribi, sed municipatum.* Quicquid sit, de eo constat quod Chorepiscopo non multum licuit ἄνευ τῆς γνώμης τοῦ ἐπισκόπου. Supra in *verb. & non aliter contingere nullo modo quicquam &c.* Bosquet. ad Innocent. 1. *epist.* 174. Alteserr. 1. *diss.* 9. Ultra siquid tentarit, id facti, non juris. Et hinc *temeritas Chorepiscopalis* apud Flodoard. *lib. 3. cap.* 10.

Por-

Porro inutilis est quæstio, cur hodieque adhuc Præpositi, Decani, Scholastici, cum Sacerdotes, Diaconi, Subdiaconi, jam nulli. Eadem opera enim quæras, cur hodieque adhuc Canonici, cum non vivant amplius secundum Regulam, a qua Canonici olim dicti. Ivo *epist.* 69. *Ideo Canonici appellati estis, quod canonicas regulas vos velle observare cæteris arctius devovistis.* An non Consul etiam is qui Consulatu jam abiit? An non Prætor? An non Quæstor? An non Senator etiam is, qui Senatu jam motus? & pupillus qui jam pubes, *l.* 4. *ff. de reb. cred. junct. l.* 4. *ff de tut. & rat. distr?* An non re jam mutata vetus nomen tamen remanet *l.* 183. *& seq. ff. de verb. sign.?* Qui non amplius Asiarchæ, sed, ut, valde est verisimile, jam ad Christum conversi, an non tamen Asiarchæ in Actis Apostol. *cap.* 19. *v.* 31? Asiarchæ sacerdotes, qui ludis prærant & spectaculis per Asiam institutis in honorem Deorum. Asiam scilicet Minorem. Nam in Asia etiam Cappadocia, Syria, Lycia, Bithynia. Sed his sui Sacerdotes, Cappadocarchæ, Syriarchæ, Lyciarchæ, &c. Nec ludis singuli tantum præerant, sed & reliquis sacerdotibus per universam provinciam, *l.* 8. *pr. ff. de vacat. & excus. mun. l.* 8. *C. de mun. patrim. l. ult. C. Th. de expens. lud. l. qui ad sacerdotium* 75. *l. Africani* 145. *l. exceptis* 176. *C. Th. de decur.* Euseb. *lib.* 8. *hist. eccles. cap.* 14. Ἱερέας τε εἰδώλων κατὰ πάντα τόπον καὶ πόλιν, καὶ ἐπὶ τούτων ἑκάστης ἐπαρχίας ἀρχιερέα τῶν ἐν πολιτείαις ἕνα γέ τινα τῶν μάλιστα ἐμφανῶς διὰ πάσης ἐμπρέψαντα λειτουργίας, μετὰ στρατιωτικοῦ στίφους καὶ δορυφορίας ἐκτάσσων. *Adhæc Flamines in singulis locis atque urbibus constituit, iisdemque Sacerdotem cujusque provinciæ præfecit, eum qui cunctis in Curia muneribus egregie perfunctus esset, addito ei militari satellitio.* Multi flamines in Galatia, ἱερεῖς, sacerdotes. Unus Sacerdos, κατ' ἐξοχὴν ἀρχιερεύς, Galatarcha &c. Julianus Imp. ἀρχιερεῖ Γαλατίας, ad Sacerdotem Galatiæ, epist. 49. Καὶ οὐκ ἀπόχρη τὸ σεμνὸν εἶναι τοῦτον, ἀλλὰ πάντας ἁπαξαπλῶς, οἱ περὶ τὴν Γαλατίαν εἰσὶν ἱερεῖς, ἢ δυσώπησον, ἢ πεῖσον εἶναι σπουδαίους, ἢ τῆς ἱερατικῆς λειτουργίας ἀπόστησον, εἰ μὴ προσέρχοιντο μετὰ γυναικῶν καὶ παίδων, καὶ θεραπόντων τοῖς θεοῖς, *Neque satis est illud solum sancte observari, sed velim omnes nostros sacerdotes omnino, qui Galatiam incolunt, vel minis impellas, vel ratione persuadeas, ut sint honesti, vel sacerdotali ministerio abdices, si non Deos religiosissime colant una cum uxoribus, liberis & famulis.* Add. Sozomen. 5. *hist.* 16. Justell. ad *Canon. African.* 97. Vales. ad Ammian. *lib.* 28. *hist.*

Et forſan eo intuitu Martyrologium Romanum: *Smyrnæ, natalis Sancti Polycarpi, qui Beati Joannis Apoſtoli diſcipulus, & ab eo ejuſdem civitatis epiſcopus ordinatus, totius Aſiæ Princeps fuit.* Eo, inquam, intuitu, quod ut olim Aſiarchæ ſummi ſacrorum arbitri, ſic ſimiliter Polycarpus τοῦ κοινοῦ τῶν πιστῶν in Aſia olim Princeps. Sed id credant Pontificii. Credat Auctor Martyrologii. Credant hierarchiam eccleſiaſticam defendentes. In eccleſia primitiva nomen Principis inauditum. Nec adduci poſſum, ut credam Polycarpum modeſtiæ & humilitatis exemplum eum titulum ab aliis olim tribui ſibi paſſum. Sibi certe non tribuit. Nam ſic epiſtola quæ extat incipit: Πολύκαρπος καὶ οἱ σὺν αὐτῷ πρεσβύτεροι τῇ ἐκκλησίᾳ τοῦ Θεοῦ τῇ παροικούσῃ Φιλίππους, *Polycarpus, & qui cum eo ſunt Presbyteri, eccleſiæ Dei, quæ eſt Philippis.* Si revera is Princeps Aſiæ, mirum, quod quos habuit ſucceſſores non vindicarint eundem illum Principatum, ut Papæ qui Petro & qui Marco Alexandriæ ſucceſſerunt Patriarchæ. Epheſi potius epiſcopus, non Smyrnæ, Princeps Aſiæ. Joannis enim Apoſtoli Epheſinus ſucceſſor. Unde & ὑπέρτιμος ἔξαρχος πάσης Ασίας dictus, ut eſt apud Codinum *de offic. eccleſ. Conſtant.* Sed ignota Hierarchiæ & ſeculi faſtoſa nomina adhuc tempore Polycarpi. Nec ulla adhuc contentio tum, niſi de virtute, de fidei augmento, de pietate, de charitatis primatu, ut optime obſervavit Clariſſ. le Moyne Collega plurimum honorandus ad ejuſd. epiſtol. in *not. pr.* quamvis tamen, quod mirum, idem in Prolegomenis ſecutus Martyrologium Aſiæ principem eum dicat. Tantum abeſt certe ut is Princeps. Ne primi quidem epiſcopi etiam diu dein poſt, (nequis cavilletur, quod princeps merito non dignitate) ut ſuperbum nimis, nomen toleratum, admiſſum. Sic enim diſerte in *c. prima ſedis diſt. 99. Primæ ſedis epiſcopus non appelletur princeps ſacerdotum, vel ſummus ſacerdos, aut aliquid hujuſmodi, ſed tantum primæ ſedis epiſcopus.* Add. *c. nullus d. diſt. c. multi c. quicunque diſt.* 40. *Quicunque deſideraverit primatum in terra, inveniet confuſionem in cœlo, nec inter ſervos Chriſti computabitur, qui de primatu tractaverit.* Schobing. ad Vadian. *rer. Alamann. to.* 1.

Sacerdos porro, de quo dixi, creabatur a communi totius gentis Concilio, quod & *Commune* ſimpliciter dicitur, & Græcis τὸ κοινὸν, *l. 37. ff. de jud. l. 5. ff. ad l. Jul. de vi publ. l. 1. §. 1. l. 25. ff. de appell. l. ſi duas 6. §. 2. ff. de excuſ.* Cic. 3. *in Verr. Commune Myliadum.* Idem 2. *in Verr. Cui ſtatuæ Romæ ſtant inauratæ a Communi Siciliæ, quemadmodum infra ſcriptum*

ptum videmus data. Symmach. 4. *epist.* 46. *Legationem illis Campanorum Provincialium commune mandavit. Euseb.* 4. *hist. eccles.* 14. Αὐτοκράτωρ καῖσαρ Αὐρήλιος Ἀντωνῖνος σεβαστὸς, Ἀρμένιος &c. τῷ κοινῷ τῆς Ἀσίας χαίρειν, *Imp. Cæsar Aurelius Antoninus Augustus, Armenicus &c. Communi Asiæ Sal.*

Creabatur quotannis. Plerique enim sacerdotes apud ethnicos olim annui. Qui perpetui dicti διὰ βίου. Inscriptio apud Gruterum *p.* 313. ΔΗΜΗΤΡΙΟΝ ΕΡΜΟΠΟΔΕΙΤΗΝ ΑΡΧΙΕΡΕΑ ΤΟΥ ΣΥΜΠΑΝΤΟΣ ΞΥΣΤΟΥ ΔΙΑ ΒΙΟΥ. Valef. ad Eufeb. 10. *hist. eccles. cap.* 4. Annui etiam Asiarchæ. Quotannis alius succedebat. Ἀσιαρχῶν quidem mentio in Actis Apostolorum, sed mentio ibi de iis, qui abierant magistratu jam. Qui & *Sacerdotales*, ut & Duumvirales, qui Duumviratu jam functi, *l.* 1. *ff. de alb. scrib.* ut observat Valesius ad Ammian. Marcellin. *lib.* 28. *hist.* Quod revera enim unus ex Eusebio etiam patet *lib.* 4. *hist. cap.* 15. ἐπιβοῶν καὶ ἠρώτων τὸν Ἀσιάρχην Φίλιππον, ἵνα ἐπαφῇ τῷ Πολυκάρπῳ λέοντα, *Clamabant, rogabantque Philippum Asiarcham, ut leonem adversus Polycarpum emitteret.*

Creabatur ex electis in singulis municipiis. Singula enim municipia quotannis aliquem nominabant. Eligebat Concilium, ut docet ex Aristidis 4. *orat.* Valef. in *not. ad d. lib.* 4. Ludos edens habebat Petalum, coronam auream, in capite. Tertullian. *de idololatr. cap.* 18. *Purpura illa & aurum, cervicis ornamentum, eodem more apud Ægyptios & Babylonios erant insignia dignitatis, quo more nunc sunt prætexta, vel trabea, vel palmatæ, & coronæ aureæ Sacerdotum provincialium.* Euseb. *lib.* 3. *cap.* 25. ὡς ἐγενήθη ἱερεὺς, τὸ πέταλον πεφορηκώς. *Cum esset Sacerdos, petalum gestavit* Epiphan. *hæres.* 29. ἀλλὰ καὶ τὸ πέταλον ἐπὶ τῆς κεφαλῆς ἐξῆν αὐτῷ φέρειν. Ammian. Marcellin. *lib.* 19. *hist.* Salmas. *de com. p.* 214. Alteserr. *ad Anastas. in Sergio.*

Edebat sumptu interdum publico, interdum de suo, *l.* 8. *C. de mun. patrim. l. un. C. de per. success. par. l. un. C. de offic. Com. Or.* Certi reditus destinati, *l. ult. C. de fund. patrim. l. pen. C. de div. præd. tam urb. qu. rust.* Sed si hi non sufficerent, ipsi necesse, ut defectum suppleret, *d. l. un.* Munus patrimoniale enim sacerdotium provinciæ, *d. l.* 8. Unde & Strabo observat creatos Asiarchas ex Trallianis potissimum, quod cives ejus urbis valde essent opulenti. Συνοικεῖται δὲ καλῶς, inquit lib. 14. εἴπερ ἄλλη

τῆ κατὰ τὴν Ἀσίαν ὑπὸ εὐπόρων ἀνθρώπων, καὶ ἀεὶ τινὲς ἐξ αὐτῶν εἰσὶν οἱ πρωτεύοντες κατὰ τὴν ἐπαρχίαν, οὓς Ἀσιάρχας καλοῦσιν, *Civibus optime frequentata est, ut ulla alia per Asiam, opulentis, & semper aliqui eorum sunt principe in provincia loco, quos Asiarchas appellant.* Et sic passim tum moris. Jul. Firmicus *lib.* 4. *cap.* 15. *Faciet quoque nobili potestate pro climate & genitura mensura, Gymnasiarchas, Asiarchas, provinciarum sacerdotes, claros semper, ac nobiles, & quorum honoris insignia per totius orbis spatia perferantur.* Censorin. *lib. de die Natal. cap.* 15. *Tu tamen, officiis municipalibus functus, honore sacerdotii in Principalibus tua civitatu conspicuus.* Add. Pancirol. 1. *var. lect.* 47. *&* 2. *lect.* 68.

Cæterum quamvis jam Canonici non id agant, quod olim, nequis tamen existimet obstrictos tantum ad otium, obstrictos ad nihil aliud, quam ut vitam velut pecora silentio semper transigant, sciat aliud constitutum & edicto de eo Ordinum & ipsorum statutis. Docet libellus supplex, quem Anno hujus seculi XXI. Ordinibus obtulit Decanus & Capitulum summi templi: *Vertoonen ende geven met behoorlycke reverentie te kennen Heeren Domdeecken ende Capittele ten Dom, hoe dat de statuten van hare kercke seer lofflick van outs hebben geordonneert, dat alle die geenen, die onder haer achtien jaren tot een prebende worden geadmitteert, gehouden syn alhier t'Utrecht hare fondamenten te leeren, ende daerna achtien jaren oudt geworden synde in een fameuse Universiteyt te vertrecken, ende aldaer vier jaren te studeren, ende eenige gradum in jurisprudentia te verwerven, eer sy ad Capitulum sullen mogen worden geadmitteert, 't welck tot geen andere fine is gestatueert, dan omme de Capittelen respective, wesende den eersten Staet vant landt, met geleerde en verstandige mannen te voorsien, daer van 't lant dienst soude mogen geschieden. Ende hoewel men niet en denckt of U Ed. Mog. sullen van gelycken altyt van deselve intentie syn geweest ende gebleven, sonder oyt de meyninge gehadt te hebben, ofte noch te hebben 't voorsz Statuyt te niet te doen; So schynt nochtans, dat die genen, die ettelicke jaren herwaerts ende nu noch dagelycks tot de Prebenden worden geadmitteert, hem laten beduncken, dat sy vermits seeckere U Ed. Mog. appointement, dat deselve persoonen op haer achtien jaren gehouden sullen wesen te verclaren, met wat middelen sy begeeren t' lant te dienen, t' sy met geleertheyt in de rechten, of met wapenen te peerde; poogende alsulex t' selve U Ed. Mog. appointement te interpreteren, als of sy daer door ongehouden waren te studeren, ende de voorsz Statuyten te observeren: Maer want t' selve nae der Supplianten beduncken soude strecken tot ondienst, achterdeel, ende disreputatie van den Lande van Utrecht,*

Utrecht, ende niet anders soude causeren dan in comparatie van andere landen een schandelycke ignorantie, die gemeenlicke is geaccompagneert met een arrogantie, ende verloop, so wel in het een als in het ander, ut juxta Ennium nec domi norint nec militiæ. *So hebben de Supplianten evenwel bearbeyt om volgende haer Statuyten t' voorsz* quadriennale studium *te mainteneren, ende verstaen dat U Ed. Mog. meeninge niet en is geweest t' voorsz. Statuyt te niet te doen, maer wel dat deselve personen de voorsz vier jaren souden moeten studeren om t' lant daerna t' sy met geleertheyt of met wapenen dienst te doen; Als kennelyck dat geleertheyt die wapenen niet in de wege en is, noch en belet: maer dat deselve wapenen des te seeckerder, vaster, ende met meerder luyster gaen, hoe deselve met meerder geleertheyt ende wysheyt worden geadministreert, gelyck in verscheyden Capiteynen ende Oversten, die alle geleerde mannen syn geweest, ende sulcks oock in zyn Exc. die mede heeft gestudeert, is gebleecken. t' Welck dan geconsidereert, ende ten eynde de Supplianten daer in met meerder authoriteyt sullen mogen gaen, ende U Ed. Mog. in de Capittelen oock stof sullen mogen vinden van geleerde mannen, so in revisie als anders, als het van nooden sal mogen wesen: So versoecken de Supplianten U Ed. Mog. interpretatie op der selver appointemente, daer by deselve sullen believen te verclaren, datmen de voorsz Statuyten sal hebben te observeren, ende dat het* placet *op anders geen voet en is te verstaen, dan t' selve statuyt voor behouden en ongekrenckt.*

Et hactenus libellus supplex, ad quem rescriptum ab Ordinibus ita, ut sequitur: *Die Staten van den Lande van Utrecht genegen wesende omme de Heeren Remonstranten in desen te accommoderen, ende by hare E. Statuiten te mainteneren naer behooren, Confirmeren by desen t' Statuyt van het Capittele van den Dom hier inne geroert, Ordonnerende allen den genen, die voortaen met eenige prebenden ofte Canonisyen souden mogen versien ofte gebeneficeert worden, t' voorsz Statuyt te observeren, ende henluyden daer na te reguleren, want de Staten voornoemt verstaen het* placet *in desen gementioneert op geenen anderen voet te verleenen, dan voorbehoudens ende ongekrenckt t' voorsz Statuyt, mits dat oock alle de voorschreven, die voortaen met eenige der voorsz Prebenden ofte Canonisyen souden mogen worden voorsien ofte gebeneficeert, int stuck van hare studien nopende de frequentatien van de Universiteyten tot bevorderinge van dien, gehouden sullen syn haer mede te reguleren volgens de Placcaten van de Hog. ende Mog. Heeren Staten Generael der Vereenichde Nederlanden dien aengaende gemaeckt, ende noch te maecken, Ende verstaen noch de Staten voornoemt, dat dit niet*

alleen

alleen geobserveert ende achtervolcht sal worden ten reguarde vant Capittel van den Dom, maer oock van de respective Capittelen van Oudemunster, St. Peter, St. Johan, ende St. Marien t' Utrecht. Gedaen t' Utrecht den 28. Augusti 1621.

Ter Ordonnantie van myne voornoemde Heeren die Staten,

Ant. van Hilten.

Caput. XLI.

Prælatorum electio. An olim libera, nec ne. An electio olim Papæ. Ultrajecti quid juris. Papa olim a quo electus. Quæstio de investitutis inter Papam & Principes. Inter eos transactio. Per quid facta investitura. Pallium Principis olim munus. Cui datum id & quo ritu. Paparum fastus, ambitio. Paparum sordes, Simonia. Infamis eorum vita, impotentia, nequitia. Quid cambuta, & cur incurva hæc. Alia etiam nonnulla.

Sed ad Decanos ut revertar, electio eorum olim libera. Eligebat Capitulum. Episcopi nullum jus. Canonicus præbendatus quidem, sed cui nec locus nec vox in Capitulo. Statuta MSS. majoris ecclesiæ: *Electio Decani nostri pertinet ad Præpositum nostrum & Capitulum. Et in hoc negotio & ea contingentibus Præpositus noster est Capitularis.* Verum Cæsar transcripto ei diœcesis dominio magistratuum vim omnem in se solum trahens multum minuit libertatem. Et deinceps filius Philippus rex. Alius non electus tum, quam quem ipsi nominassent. Magni res momenti, sed multum interim abhorrens ab institutis Pontificum. Olim enim quid Papam aliud magis torsit, vexavit? Quid sollicitum magis habuit, quam libertas ecclesiæ? Quid majori vi actum? Quid aliud in votis, quam nequid tentarent Principes, quo electio redderetur difficilior, impeditior, aut quod clamabant hæreticum, a Principis penderet nutu? Quid aliud Germaniam, quid

quid totum terrarum orbem tot bellis implicuit, tot flammis miscuit & incendiis, quam controversia hac de re inter Papam & Cæsarem? Sed postquam Papæ satisfactum, postquam Cæsar exclusus Italiæ possessione, post ingentes contentiones extorto ei jure veteri, quo usus olim in electionibus, quo usus Papa jam electo (nam † pallium Principis olim munus) multum rabies Papæ & impotentia, multum furor deferbuit. Nec si nihil hinc ad eum lucri apud exteros ad electionem sic ut olim attendit. Vindicantes electionem, proscripti ut hæretici, percussi fulmine olim Principes. Philippus I. Francorum rex cum ad regimen ecclesiarum promoveret, quos vellet, in eum Hildebrandus ut venditorem ecclesiarum & destructorem invectus. *Noverit*, ait 1. *regest. epist.* 35. *nos duram inobedientia contumaciam canonica austeritate coërcituros. Nam aut rex ipse repudiato turpi Simoniaca hæresis mercimonio idoneas ad sacrum regimen personas promovere permittet, aut Franci pro certo, nisi fidem Christianam abjicere maluerint, generalis anathematis mucrone percussi illi ulterius obtemperare recusabunt.* Non loquor tantum de episcopis. Loquor etiam de aliis. Ad Sacerdotium, ad ordinem, per manum laicam post Hildebrandum vix quisquam admissus. Ivo *epist.* 219. *Prædictus adolescens infestus est mihi, quod eum non permitto contra canones & conciliorum edicta per manum laicam in quadam ecclesia presbyterium usurpare.* Concilii Claromontensis canon: *Ut nullus ecclesiasticus aliquem honorem a manu laicorum accipiat.* Vid. Juret. ad Ivon. *epist.* 233. Verso deinceps rerum ordine cum favor Principis inciperet Papis multum necessarius esse ad tyrannidem retinendam, Papa ultro concessit, de quo olim tam acriter & tanta irarum vi & tot annos certatum, ob quod gesta tot bella, perpetratæ tot cædes, tot millia extincta & ad Orcum transmissa. Cleri libera electio olim volente Papa & contendente vi & gladiis coruscantibus, & tot jactis fulminibus. Volente eodem restricta, & multum rursum limitata, & tantum non Principi concessa effectu inspecto. Nequis neget documenta & probationes in promtu sunt:

† Liberat. Diacon. breviar. cap. 21 & 23 Strauch. 3. amæn. jur. Can. 4. cap. 31.

Extract uyt het derde Memoriaelboeck s' Hoofs van Utrecht, Roerende die Heeren van Ste. Catherine, ende d'electie van den Balier.

Achtervolgende de mondelinge Commissie by den Hove van Utrecht ons Gerrit van Renesse *Ritter, ende* Leo Gilkens, *Raden in den selven Hove gegeven op huyden den* 15. *Augusti* 1561. *hebben wy ons gevonden in den Convente*

vente der Balien van Ste. Catharinen t'Utrecht, des morgens tusschen seven ende acht uyren, ende naerdien wy den Prior mette gemeene Religieusen aldaer wesende doen convoceren hadden in sekere sale van den voorsz Convente, sonder dat aldaer by ons bevonden syn geweest eenige Commandeurs van de voorsz ordre, dan die Commandeur van Oudewater, Prior van den voorsz Convente, hebben hemlieden van Con. Majts. wegen te kennen gegeven, dat t' voorsz Hoff verstaen hebbende d'aflyvicheyt van wylen Heer Willem van Heteren heuren Balier ende Oversten, henlieden uyt krachte van sekere Ordonnantie van syn Majt. dede verbieden, sy luyden niet en souden procederen tot de electie van eenen nieuwen Oversten op peyne van te vallen in de indignatie van syne Majt. voorsz, ende dat sulcke geeligeerde niet en soude aengenaem wesen syne Majt., waer gehouden ende geacht voor onbequaem ende incapabel tot den Staet ende officie voorsz. Waer op ons Commissarissen van den Prior vant voorsz Convent tot antwoort gegeven is, dat die van den voorsz Convente, naer heurlieder oude gewoonte ende Privilegie alrede geprocedeert hadden tot electie van eenen nieuwen Balier ende Oversten, als namentlyck van den persoone van Heere Peter van Berck gebooren van Zutphen, haerlieder mede Commensael ende Kockmeester van Ste. Catherine voorsz, verhopende deur dien de Con. Majt. in syne hoocheyt ende præeminentie niet vercort, noch de voorsz Ordonantie tegen gegaen te hebben, te min sy luyden geen kennisse daer van gehadt en hebben, noch en waer deselve Ordonnantie henluyden oyt geinsinueert geweest, als sy luyden oock deur die ende andere heure Privilegien niet en vermeynden onder de voorsz Ordonnantie begrepen te wesen. T' welck hoorende wy Commissarisen voorn. hebben den voorn. Prior ende gemeen Conventualen van syn Majts. wegen, ende op gelycke penen als boven bevolen, Dat sy luyden den voorn. Heere geeligeerde in de possessie van de voorsz Balie niet stellen en souden, mitsgaders den selven geeligeerde, wesende als ons dochte een man van omtrent XXVIII. jaren) daer niet inne te treden ter tyt ende wylen syne Maj. van der sake geadverteert, ende daerinne gedisponeert soude hebben naer behooren. Waer op de voornoemde Religieussen by monde van heurlieder Prior voorsz ons geseyt hebben, dat sy luyden hen altoos begeerden te dragen als goede onderdanige ondersaten van syne Majt. versoeckende Copye van onsen jegenwoordige gebesoigneerde.

Aldus gedaen t'Utrecht ten dage ende plaetse voorsz By ons ende was onderteeckent

de Renes, ende L. Gilkens.

Ex-

Extract uyt het selve boeck, nopende de interdictie de non eligendo gedaen aen die van den Capittle van St. Jans t'Utrecht.

T' Hoff Provinciael van Utrecht geadverteert synde van de aflyvicheyt van Mr. Daniel vander Heyden, *Deken St. Jans t'Utrecht, heeft achtervolgende sekere acte van de Maj[t]. van de Coninginne van Hongaryen, Hoochloffelycker Memorie, Regente deser Nederlanden in date den 7. Februar.* xv[c]. *een ende veertich gecommitteert* Mr. Leo Gilkens *Raedt Ordinaris ende Procureur Generael in den voorsz Hove, omme te interdiceren den Heeren Capitulaten van de voorsz Kercke te procederen tot electie van eenen nieuwen Deken, op de pene in de acte voorsz begrepen, Welcke interdictie by den voorn. Commissaris op huyden date van desen gedaen synde den Heeren voorsz* Capitulariter *vergadert synde in de voorsz Kercke, hebben na eenige communicatie door monde van Heere* Adriaen van Zuylen, *heurluyder mede Capitulair verklaert, dat sy niet in meeninge waren yet te doen, t'welck tenderen soude tot prejudicie van de Con. Maj[t]. ofte van de Hoocheyt van de Hertoginne van Parma &c.*

Actum t'Utrecht den 29. Maji xv[c] LXV. In kennisse van my, ende was onderteyckent,

D. de Gouda.

Interdictie de non eligendo gedaen die van der Abdye van Oostbroeck.

T' Hoff Provinciael van Utrecht geadverteert synde vant overlyden des Prelaets ende Abts van Oostbroeck, heeft achtervolgende d'expresse ordinantie van syn Maj[t]. gecommitteert ende committeert by desen Heere Gerard van Renesse *Ridder ende* Mr. Jan van Lent *Raden in den voorsz Hove, Omme terstont te trecken in den Convente van Oostbroeck, ende te bevelen den Conventualen aldaer van s'Coninckx wegen, dat sy niet en procederen tot electie van eenen nieuwen Prelaet ter tyt ende wylen syne Maj[t]. genomineert sal hebben; Op pœne van te incurreren de indignatie van syne Maj[t]. ende dat de gene, die contrarie van desen geeligeert sal wesen, gehouden ende gereputeert*

sal worden voor onbequaem ende niet ydone totte Prelature voorsz, ende dat syne Majt. evenwel procederen sal tot nominatie van eenen anderen syne Majt. aengenaem wesende.

Actum t'Utrecht den 27. Febr. 1566. Ende was onderteyckent,

G. Schryvers.

Idem.

Achtervolgende sekere Commißie van den Hove van Utrecht in date den 27. Febr. 1566. *op ons* Gerrit van Renesse van Wulven *Ritter, ende* Jan van Lent *Raden in den Hove van Utrecht by den selven Hove gedecerneert, Syn wy (by ons genomen hebbende* Jan Baecx, *Secretaris in den selven Hove als adjunct) op ten voorsz dage gereyst in der Abdye van Oostbroeck, ende aldaer gecomen wesende hebben doen convoceren ende vergaderen alle die Conventualen van de voorsz Abdye, den welcken wy vertoent onse Commißie, ende uyt krachte van dien geinterdiceert ende bevolen hebben van Con. Majts. wegen, dat sy lieden niet en souden procederen tot electie van eenen nieuwen Abt ofte Prelaet, ter tyt ende wylen toe syne Majt. een genomineert soude hebben op pene van te incurreren de indignatie van syne Majt., ende dat de geeligeerde gereputeert soude worden voor onbequaem ende niet ydone totter selver Prelature, ende oock niet jegenstaende heure electie syne Majt. evenwel procederen soude tot nominatie van eenen anderen, Waer naer hebben die selve Conventualen (naerdien sy lieden van ons vertrocken ende metten anderen een wyle tyts gecommuniceert hadden) ons door monde van* Christoffel, *Administrateur van deselve Abdye ter presentie van deselve Conventualen ten antwoort gegeven, als volgt, Dat sy lieden bereyt waren die bevelen van de Con. Majt. t'obtempereren ende t'achtervolgen, Daer by voegende, dat sy lieden verhoopten, dat de Con. Majt. henlieden in heur oude usantie ende Privilegie aengaende de Religie niet en soude vercorten.*

Actum in de voorsz Abdye ten dage ende jare voorsz. By ons, ende was onderteeckent,

G. Renes, J. Lent, *ende* J. Baecx.

Quem Princeps vellet & electus, & inductus in possessionem, & investitus, & non alius.

Ex

Ex eodem Memoriali.

Achtervolgende sekere besloten missive van de Hertoginne van Parma, Regente &c. in date den 22. Augusti lestleden hebbe ick Hippolytus Persyn *President in den Hove van Utrecht my gevonden in den Convente ende Abdye van Outwyck buyten Utrecht, Ende hebbe ter presentie van de Priorinne ende gemeene Conventualen aldaer Juffrou van Oostrum geleyt op de Abdye van den voorsz. Convente, ende die selve gestelt in de possessie van der Abdye voorsz. Waer van ick den Griffier s'Hoofs van Utrecht aldaer present synde bevolen hebbe acte te maken, Aldus gedaen binnen den Convente van Outwyck den 27. Septemb. 1567. ende was onderteyckent*, G. Schryvers.

Haud dubie id tamen clerum non leviter irritavit, causa etiam progressu temporis, cur conspiratum in Hispanos, cur uno impetu, uno animo, abjecto ipsorum jugo vindicata libertas. Sensim jacta fundamenta.

Extract uyt het selve boeck, Roerende s'Capittel van den Dom, en d'electie van den Domdeken.

Also s'Hoff Provinciael van Utrecht geadverteert synde van het overlyden van Heer Adriaen van Renesse Domdeken t'Utrecht ons Marium de Vos *Raedt, ende* Giljam Schryvers *Griffier in den Hove van Utrecht gecommitteert hadde, Omme die van den Capittle van den Dom voorsz. achtervolgende sekere Ordonnantie van Loflycker Memorie die Coninginne van Hongaryen Regente &c. te verbieden, dat sy lieden hen niet en souden vervorderen te procederen tot electie van eenen niewen Deken, ter tyt ende wylen die Majt. van den Coninck, onsen Aldergenadichsten Heere, eenige persoonen syne Majt. aengenaem daer toe genomiteert soude hebben, blyckende by sekere acte van Commissie ons gegeven op huyden date van desen, onderteekent* D. de Gouda, *Syn wy Commissarissen voornoemt ten selven dage s'morgens tusschen acht ende negen uyren gegaen voor 't Cleyn Capittelhuys in de Domkercke voorsz. alwaer die van den voorsz. Cappittle Capitulariter vergadert waren, als ons geseyt werde, ende oock naderhant gebleecken is, Ende om te volbrengen onse voorsz. Commissie hebben wy aen de voordeur van den voorsz. Capittelhuyse metter hant geklopt, sulcx dat daer eene uyt is gekomen tot aen de voorsz. deure, deselve geslooten houdende, ende vragende wie daer voor was, is hem-*

hem by ons geantwoort, T'is vrient, doet die deure open, Wy comen van s'Hoofs wegen, Maer is de voorn. persone (ons onbekent synde) weder int Cappittelhuys gegaen, sonder de voorsz. voordeure open te doen, ofte vorder Antwoort te geven, Ende sekere merckelycke tyt gewacht hebbende, hebben wy andermael geklopt, ende is daer weder een uyt den voorsz Capittle gecomen, tot aen de voorsz gesloten voordeure, vragende wat wy begeerden, Ende dochte ons uytter stemme, dattet was Heer Cornelis van Nyenrode, een van de voorsz Capitularen, waer op by ons overluyt geseyt is, dat wy waren gecommitteert by den Hove van Utrecht, die den Capittele van s'Coninckx wegen sekere saken wilden te kennen geven, hem daeromme bevelende van sijne Majts. wegen die deure open te doen, waer op by den selven, die binnen was, tot antwoorde gegeven is, datmen daer niemant en soude inne laten, ende mitsdien is hy weder int Capittelhuys gegaen, als wy genoech mochten hooren by 't sluyten ende ontsluyten van de binnen deure van den voorsz Capittelhuyse, Ende wy Commissarissen aenmerckende t'refuys van de openinge der deure voorsz hebben wy uytten ommestanders van volcke, dat in grooten getale was, by ons geroepen Mr. Ian Baex *Griffier van de Leenen, ende* Harmen de Ionge *borger t'Utrecht, ten eynde sy getuygenisse souden dragen van t'refuys van de openinge van de deure voorsz. Ende hebben in heurlieden presentie noch twee verscheyden reysen geklopt aen de voordeure voorsz ende naer den lesten klop is de voorsz deure open gedaen, ende sijn meest alle de voorsz Capitularen genoech met eenen gedruysch uytten Capittelhuyse gecomen, sonder dat ymant ons te woorde wonde staen, uytgesondert twee van de outste Capitularen lest uytcomende, als namentlijck Heer* Hendrick Goertsfen *Vicedeken, ende Heer* Ian Beyer *Canonick ten Dom voorsz, den welcken Vicedeken, ende oock alle den anderen Capitularen, so vele als ons deur 't voorsz gedrangh ende haestigh uytgaen mogelijck was, ende bysonder Heer* Cornelis van Nyenrode *voorn. (die t'meeste geruchte ende empeschement maeckte, comende tot drie reysen by ons, en met verstoorde manieren seggende tot ons dese woorden, Ghy en hebt my niet gesien, noch gesproken) Wy Commissarissen expresselijck ende overluyt van* Co. *Majt. wegen verboden hebben op pene van indignatie van sijne Majt. dat sy niet en souden procederen tot electie van eenen nieuwen Deken, ter tyt sijne Majt. daer toe ymant genomineert soude hebben, Waer op de voorsz Vicedeken ons antwoorde, dattet Capittel gescheyden was, ende dat hy hoorde ende sach, en so verre wy begeerden van nieuws t'Capittel geleyt te werden, was bereyt t'selve te doene, Ende naerdien wy ons wedervaren voorsz gerelateert hadden myn Heere die President s'Hoofs van Utrecht, syn wy volgens*

volgens syn bevel ende advis wedergekeert in den Dom, aen den Vicedeken voorñt begeerende t'Capittel geleyt te werden jegens tien uyren van den selven daghe als geschiet is, Ende t'voorsz Capittel vergadert synde hebben wy Commissaris henluyden verclaert onse Commissie, ende naerdien wy by den Secretaris van den voornoemden Capittle henluyden hadden doen voorlesen de acte van de Majt. van de Coninginne boven gementioneert, hebben wy henluyden gedaen d'interdictie van niet te procederen tot electie van eenen nieuwen Deken, ende dat op de pene in deselve acte begrepen, Waer op naer voorgaende communicatie die van den Capittele voorn. by monde van den voorsz Vicedeken ons ter Antwoorde doen seggen hebben, dat sy niet gedaen en hadden, noch en begeerden te doen, dan t'gene sy lieden voor syne Majt. verhoopten te verantwoorden, ofte gelijcke woorden in effecte, Ende dien volgende, syn wy van henluyden gescheyden sonder verder woorden. Aldus gedaen t'Utrecht op den 8. Decemb. 1559. Oirconde ons hantteycken hier onder gestelt, Ende was onderteyckent Rossius *ende* Schryvers.

Ex eodem Memoriali, Beroerende die van den Capittle van St. Marien t'Utrecht.

Achtervolgende die Commissie ons onderschreven Commissarisen op huyden date onderschreven by den Hove van Utrecht gegeven, hebben wy ten selven dage ons laten vinden in de kercke van St. Marien alhier binnen Utrecht, alwaer gecomen synde hebben wy die Canonnicken Capitularen in haer Capittelhuyse doen vergaderen, ende aldaer vergadert synde voor gehouden, hoe dat Co. Majt. van allen ouden tyden geprevilegieert was volgens seker indult van de Pauselijcke Heylicheyt, dat geen Collegien in den Lande van Utrecht en mochten procederen tot electie van eenen nieuwen Deken ofte anderen Prelaet, maer dat deselve gehouden waren syne Majt. daer van te adverteren, omme van eenen Prelaet versien te mogen worden, Ende also des nachts van te voren za. Heer ende Mr. Ian van Hoochlande *haerlieder Deken in Godt gerust was, hebben deselve belast ende bevolen, ende oock op sekere pene scherpelijck geinterdiceert, dat sy luyden hen niet vervorderen en souden te procederen tot electie van eenen nieuwen Deken, maer gehouden souden sijn hem te reguleren volgende t'voorsz. indult en de acte van der Majt. daer op gedepescheert, die wy Commissarisen voorgelesen hebben, Op t'welck die van den voorsz. Capittle naer eenige deliberatie ons voor antwoort hebben doen geven, hoe dat haerlieder Deken des namiddachs gestorven was, ende dat sy luyden*

luyden Capitulariter *vergadert synde s'morgens geprocedeert hadden tot electie van eenen nieuwen Deken, soo henluyden voor die tyt geen interdictie gedaen en was, te weten die persoon van Heer* Lambert van der Burch, *Zoon van Zal. Mr.* Adriaen van der Burch, *in zyn leven President van Co. Majts. Rade haer luyden medebroeder, als daer toe seer nut ende bequaem synde, Wiens persoon sy seyden, dat sy niet en twyfelden, of sonde Co. Majt. aggreabel ende aengenaem wesen, gemerckt zyn voorn. Zal. Vader syn Majt. veel ende diversche diensten gedaen hadde, ende dat sy luyden dese electie geaccelereert hadden niet in contempte van Co. Majts. Ordinantie ende privilegie, maer alleen omme niet lange te syn sonder een hooft ofte Prelaet van heur kercke, ende tot conservatie van heur oude Privilegien ende gerechticheden, als oock om te obvieren, ende te voorcommen veel en verscheyden inconvenienten ende swaricheden, die op dese periculose ende sorgelijcke tyt henluyden dagelijcx ende vol nae alle uren syn voorcomende, ende te beduchten is noch meer te sullen voorcommen, daer op sy anders ende by gebreck van een Hooft ofs Prelaet niet lichtelijck en souden weten ende cunnen resolveren ende disponeren, Begeerende dat syne Majt. ende die Hoocheyt van den Eertshertoghe als in der tyt Gouverneur Generael van syne Majt. Landen dese haerlieder intentie ende meyninge voor goet wilden aennemen, Ende dat wy Commissarissen aen myn Heere die President ende die andere Heeren van den Rade onse medebroeders sulx ten besten souden willen aengeven, ende relateren.*

Actum t'Utrecht den IX. Decemb. 1578. Ende was onderteyckent,

P. van der Burch ende Pauw.

Variæ hic rationes, sed, quæ movit, præcipua, vetustissimum jus id, quo usi hactenus in eligendo. Ægre id eripi sibi passi. Ægre a Papa circumcidi. Circumciderat tamen Papa aut gratia Cæsaris aut metu. Cæsar autem, e cujus re erat, ut Prælatos, ut clerum, & præsertim Decanos, quorum magna erat vis, haberet devotos, devinctos, obnoxios, summi loco beneficii rem, ut æquum habebat, nihil facile nec ipse, nec ejus filius Philippus rex, de eo detrahi sibi passus. Et Capitula multum poterant, & multum apud Capitula Decani, Præpositi. Membrum Ordinum Capitula & quidem primum & validum, ut malo suo id expertus etiam Præfectus Belgii Dux Albanus. Reidanus de eo *lib.* 5. *hist.* ad Ann. 1586. *Ante*

1586. *Ante omnes etiam magna sub Albano ecclesiastici pro libertate præstiterant. Etenim Ultrajecto Albani decreto legibus suis orbato, quum Franciscus Valdesius Hispanorum in urbe præsidio impositus, extorquere Albani jussu Magistratus urbis acta, Regum, Principumque in eum beneficia complectentia conaretur, armata manu, vim, ni parerent intentaturus, non equestri ordine, non magistratu factam ad Regem provocationem persequi ausis; solis Ecclesiasticis id audentiæ fuerat, ut magnis sumptibus animisque negotio incumbentes, irritum apud Regem Albani edictum fecerint. Hujus meriti cum recens apud Equites esset memoria, partim sanguinis vinculo, partim proprii commodi spe (quando aut ipsi, aut liberi eorum talia consequi beneficia poterant) pati noluere, ut quicquam in Ecclesiasticos gravius statueretur.* Nec silentio obliterandum, quod magno animo olim ausus Guilielmus Vueselius Decanus S. Petri, qui stupentibus ceteris Albano etiam ipsi, cum a sacris rediret, quod conculcaret privilegia & diœcesin universam ad exitium vocaret, diem dixit Bruxellis, ut se sisteret Madriti apud regium Senatum redditurus rationes: Vid Martin. Schoock *de bon. vulgo ecclesiast. sect. 3. cap. 4.*

Quod ad Papæ rescriptum, nequis deinceps de eo dubitet:

Ex literis Clementis VII.

Ac electione per Capitula ipsa in episcopum Trajectensem absque ipsius Caroli Regis & successorum suorum, Ducum Brabantiæ & Comitum Hollandiæ prædictorum nominatione, nec non electiones Decanatuum, illorum Decanatuum occurrente vacatione, de aliis personis quam Carolo Regi & ejus successoribus gratis & acceptis pro tempore factas, nullas, nulliusque roboris vel momenti existere, eadem authoritate decernimus &c.

Antiquissimum jus id, & quo passim Principes olim usi, quotquot usque ad Hildebrandum, turbarum primum incentorem, aut si non primum, præcipuum saltem, terrarum orbi imperarunt Quo reges Franciæ. Quo Hispaniæ. Quo Græci in Oriente. Nullo contradicente Prælati, episcopi ab ipsis investiti olim. Vetus vitæ S. Romani episcopi Rothomagensis, qui vixit circa Annum DCXXIII. sub Clodoveo & Clotilde, Auctor: *Fit itaque inter Palatinos proceres de viro sancto communis assensio, qui omnes unanimiter regi consulunt, ne grex Christi suo fraudetur desiderio, sed divina protinus ad effectum ducatur electio. quo*

† id est: possessiones ecclesiarum. Idem *investitura* quod possessionis traditio. Idem quod possessio. Alibi *vestitura* est. Ivo epist. 181 *Sed quia monachi sancti Luciani rem quamvis suam absque Judicibus ab invasoribus acceperunt, in concilio Exolidunensi adjudicata est Vigeliacensibus sola vestitura usque ad tempus legitimæ discussionis.*

Rex gratulatus consilio, convocatis tam episcopis quam abbatibus baculum illi contulit pastoralem. Inthronizatur ergo pontificali apice &c. Vitæ S. Ottonis episcopi Babebergensis Auctor cap. 3. *Per id tempus Imperatores † ecclesiarum investituras conferebant, ac quoties episcopus aliquis decessisset e vita, ecclesia, cui præfuerat, pedum & annulum ad Imperatorem transmittebat, ab ejus aula petens sibi dari episcopum. Itaque multi nobiles & præstantes viri, cognati & filii Principum Imperatoris aulam sequebantur, Capellanorum ei ministerium exhibentes spe alicujus episcopatus obtinendi.* Idem paulo post de Ottone Imperatore: *Annulum episcopi ejus digito apposuit, pedum tradidit, & ita investitum legatis attribuit.* Add. Willelm. Tyrium *lib. 1. de bell. sacr. cap.* 13. Selden. ad Eadmer. *pr.* Choppin. *de Doman. Franc. lib. 2. tit. 1. §. 6. & seqq.* Cujac. *ad lib. 2. feud. tit. 3.* Chapeavill. ad Anselm. *de gest. Pontif. Leodiens. Tungrens. &c. cap. 66.*

De Anglis idem Eadmerus in *præfat. hist. Novor. Ipsa denique causa nova res huic nostro seculo esse videtur, & a tempore, quo in Anglia Normanni regnare cœperunt (non dico prius) Anglis inaudita. Ex eo quippe, quo Wilhelmus Normanniæ Comes terram illam debellando sibi subegit, nemo in ea episcopus vel Abbas ante Anselmum factus fuit, qui non primo fuerit Homo regis, ac de manu illius Episcopatus vel Abbatiæ investituram per dationem virgæ pastoralis susceperit &c.*

Quod ad Græcos in Oriente Theod. Balsamon *ad Synod. Carthag. can.* 16. Ὁ *βασιλεὺς*, inquit, *ἐπ' ἀδείας ἔχει ἐπισκοπὴν εἰς μητρόπολιν ἄγειν, καὶ ἀποξενοῦν ἐκ τῶν οἰκείων μητροπόλεων, ὡσαύτως ἐνορίας ἀρχιερέων διαιρεῖν, καὶ ἐκ νέου ἐπισκόπους καὶ μητροπολίτας καθιστᾶν, Imperatori competit jus episcopatum in metropolim mutare, & a propria metropoli alienare, quin & diœceses Pontificum disterminare, atque de novo episcopos & metropolitas constituere.* Add. eund. *ad can. 4. Concil. Chalcedonens.* Nec quicquam novi, quod hic ait. Jam antiquitus usitatum. Socrat. *lib. 7. hist. cap.* 40. Τότε δὲ καὶ ὁ *βασιλεὺς Θεοδόσιος σοφῶς τοῦ πράγματος προενόησεν, ἵνα γὰρ μὴ πάλιν περὶ ἐπιλογῆς ἐπισκόπου ζήτησις ᾖ καὶ ταραχὴ τῇ ἐκκλησίᾳ κινήσηται, μὴ μελλήσας, ἀλλ' ἔτι κειμένου τοῦ σώματος Μαξιμιανοῦ τοῖς παροῦσιν ἐπισκόποις ἐνθρονίσαι τὸν* Πρόκλον *ἐπέτρεψεν, Tunc autem & Theodosius Imp. causæ huic sapienter providit; etenim ne denuo in electione episcopi disceptatio oriretur, & ecclesia perturbaretur, incun-*

ctante

stanter nondum humato Maximiani corpore præsentibus episcopis præcepit, ut Proclum ordinarent. Scio clerus eligebat, sed quod notandum non solus. Etiam populi erant partes. Et utut centies olim clerus. Clerus non eligebat sine Principis nutu. Plerumque & missum & destinatum & electum a Principe. Princeps autem cum mitteret investitum mittebat. Occurrit locus apud Ægidium Aureæ vallis Religiosum *de gest. Pontif. Leodiens. Tungrens. &c. cap.* 10. quem operæ pretium ut hic addam, ut quemadmodum se res habuit, cum procedendum ad electionem, eo clarius adhuc constet: *Post decessum*, inquit, *Dñi Theoduini* (episcopi Leodiensis) *exorta est contentio inter potentes agendæ electionis, sed dum plures fieri vellent episcopi, nulli eorum, ut episcopus esset, contigit. Nam Dux Bullonii Godefridus, cum persensisset Theoduinum episcopum obiisse, precibus suis obtinuit apud † Regem nemini concedendum donum episcopii, nisi quem ipse præsentaret ei. Moxque misit ad Henricum cognatum suum Virdunensem Archidiaconum, virum vita & genere nobilissimum, filium scilicet, Frederici Comitis Tullensis, & ei, ut remota omni dilatione ad se veniret, mandavit. Festinavit ille Duci occurrere incertus omnino quid vellet. Leodienses vero propter contentionem præfatam nulla adhuc electione firmata, ne videretur injuriosum Regi baculum Pastoralem paulo morosius referri, ut eum referret, injunxerunt Theoderico Abbati. Quidam autem de Clericis anticipans alter alterum Curiam irrepserant, sperans quisque se vel episcopium obtenturum, vel alterius gratiam suo suffragio promeriturum. Interea suggessit Dux Henricum adesse, cui Episcopium donandum destinasset, dignaretur Rex, ut mos est ejus donationis agenda, pro tribunali sedere, & vocatis Leodiensibus episcopum illis constituere. Leodienses evocati, licet morderentur latenter nemini eorum, quod speraverant provenisse, ne tamen voluntati Regiæ, quæ in negotio præponderabat viderentur deesse, Theoderico Abbati ex consilio referendam imposuerunt Domini Henrici electionem. Qui cum cæteris assistens Regi, ut erat vir urbanæ elegantiæ, promptusque latialis eloquentiæ, eligat, inquit, eum Deus, & ab eo praelectum nos quoque voluntarie eligendum decrevimus.*

† Henricum IV.

Dixi investitum. Nihil certius. Nihil verius. Anselmus Canonicus Leodiensis *de gest. Pontif. Leodiens. Tungrens. &c. Mittitur Radisbonam electus noster cum convenientibus ecclesiæ simul & populi civitatis personis, & cum eo baculus pastoralis.* & mox: *Nec defuere malevoli, qui electionem sine regis nutu factam dicerent fore cassandam: ex Capellanis potius aliquem, qui Regiam frequentassent Curiam, debuisse eligi, Wazonem palatinis nunquam intendisse negotiis.* Et ubique id sic obtinuit. Assensu Principum & præcepto

electio olim facta. Nunquam ipsis inconsultis. Nunquam insciis, & invitis. Ut multis constat exemplis. Gregor. Turonens. 3. *hist.* 2. *Cum autem hac Theodorico nuntiata fuissent, jussit inibi sanctum Quintianum episcopum constitui, & omnem ei potestatem tradi ecclesia.* Idem 4. *hist.* 18. *Denique cum Ptentius episcopus ab hac luce migrasset apud Parisios civitatem, Pascentius qui tunc Abbas erat Basilica sancti Hilarii ei succedit ex jussu regis Chariberti, clamante Austrapio sibi hunc redhiberi locum.* Idem *lib.* 7. *cap.* 31. *Nuper enim in Aquensi urbe episcopus obierat, & Nicetius Comes loci illius, germanus Rustici vici Juliensis episcopi praeceptionem ab Chilperico elicuerat, ut tonsuratus civitati illi Sacerdos daretur.* Idem 3. *hist.* 17. *Igitur Dinisio episcopo apud Turones decedente Ommatius tribus annis prafuit, hic enim ex jussu Chlodomeris regis ordinatus est.* Add. eund. 9. *hist.* 23. & *seq.* Et hinc scribit sic ad Sigebertum Francorum regem Desiderius Cadurcæ urbis episcopus: *Domino gloriosissimo atque piissimo, ubique praecelso, sancta ecclesia Filio Sigeberto Regi Desiderius servus servorum Dei, atque per gratiam ejus Cadurca urbis episcopus.* Literæ apud Canisium sunt *tom.* 5. *antiq. lect.* Add. Aimoin. 3. *hist.* 54. Jac. du Breul ad eund. 3. *hist.* 2. Choppin. *lib.* 1. *monast. tit.* 1. *art.* 4. & *lib.* 2. *sacr. polit. tit.* 8. *art.* 27. *in marg.*

Et ne id quidem contra Canones. Datum Regi diserte Synodorum decretis. Synodus Aurelian. 5. *can.* 10. *Ut nullum episcopatum premiis aut comparatione liceat adipisci, sed cum voluntate Regis &c.* Ipse id etiam agnovit nec mutavit Zacharias Papa. Lupus Ferrariensis *epist.* 81. *Idque vestra prudentia Dominus noster nobis jussit suggerere non esse novitium aut temerarium, quod ex palatio honorabilioribus maxime ecclesiis procurat Antistites. Nam Pipinus, a quo per Maximum Carolum, & religiosissimum Ludovicum Imperatores duxit Rex noster originem exposita necessitate hujus regni Zacharia Romano Papa in Synodo, cui martyr Bonifacius interfuit, ejus accepit consensum &c.*

Nunquam dixi inconsultis. Exemplum forsan hoc aut illud. Sed non multum id attendendum. Post obitum Galli Arvernensis episcopi Cato cleri suffragiis successor ejus lectus omisso Regis consensu, non diu rerum potitus est. Statim enim Cautinus livore in eum motus clam profectus ad Theodebertum filium Theoderici ab eo tulit episcopatum, & Metis ab episcopis regio jussu inauguratus. Gregor. Turonens. 4. *hist. cap.* 12. Aimoin. 2. *hist. cap.* 36. Alteserr. 6. *rer. Aquit. cap.* 4. Sub tertia Regum stirpe mutatio demum facta. Electio tum cleri, sed plerumque impetrato prius

Regis

Regis consensu. Synodus Valentina *can.* 10. *Si quando alicujus civitatis episcopus vocatione Domini decesserit, a gloriosissimo Principe supplicando postuletur, ut canonicam electionem clero & populo ipsius civitatis permittere dignetur.* Theobaldus Blesensis Comes & Franciæ Seneschallus ad Ludovicum scribens Francorum regem apud du Chesne *tom.* 4. *hist. epist.* 384. *Decanus sperabat, quod prius episcopus sepeliretur, & postea omnes insimul convenirent, & ad vos more solito nuntios destinarent pro danda eis a vobis eligendi licentia, quod non fecerunt, ut audivi, & in hoc contra vos egerunt. Sed res, si voluntas vestra fuerit, bene poterit emendari, & ipsi in hoc bene corrigendi sunt.* Vita S. Glodesindis apud Labb. *tom.* 1. *Biblioth. p.* 739. *Inde a Principe electione petita & impetrata virum magni post futurum praeconii Dominum Adalberonem hac Sancta sedes adepta est.* Add. histor. episcop. Autissiodorens. apud eund. *ibid. p.* 770. Apud Rigordum in testamento Philippi Augusti: *Si forte contigerit sedem episcopalem vel aliquam Abbatiam Regalem vacare, volumus, ut Canonici ecclesiæ, vel monachi monasterii vacantis veniant ad Reginam & Archiepiscopum, sicut ante nos venirent, & liberam electionem ab eis petant &c.* Sugerius S. Dionysii Abbas cœnobii ejusdem monachos affectos convitiis ait, & in carcerem conjectos, quod elegissent se Abbatem non petita prius venia *lib. de vita Ludovici Crassi* apud du Chesne *tom.* 4. *hist. Denuntiat,* inquit, *communem de persona nostra pleno conventu factam electionem, sed quia inconsulto Rege factum fuerat, meliores & religiosiores fratrum, milites etiam nobiliores cum obtulissent domino Regi electionem, ut assensum praeberet, multis affectos convitiis, Aurelianis castello inclusos reportat.* Add. Ivon. *epist.* 54. & 89. & Juret. *ad epist.* 104. Robert. de Monte *in append. ad Sigebert. ad Ann.* 1141. Et ut supra jam attigi multum hac in re sibi tribuit Philippus I. Francorum rex. De eodem Lisiardus episcopus Suessionensis in vita S. Arnulphi *cap.* 9. *Instigante ambitionis spiritu Pontius quidam pseudomonachus gradu comparativo non secundum grammaticam sed juxta simoniam a Rege Francorum Philippo nomen & sedem Abbatis adipiscitur.* Respicit etiam haud dubie eo Ivo Carnotensis *epist.* 102. cum scribens ad Manassem Remorum Archiepiscopum, *Sanum,* inquit, *consilium mihi videtur, ut communicato & confirmato cum episcopis consilio consecrationem electi prædictæ ecclesiæ acceleraretis, ne differendo vel non faciendo, quod vestrum est, honorem vestrum alteri detis &c.*

Scotis etiam idem jus. Etiam aliis olim passim. Matth. Paris ad Ann. 1290. Alteserr. *ad cap. Quod sicut ext. de elect. & el. pot.* Et id quamvis

vis Hildebrando ad Papatum evecto controversum, incertum, quamvis ferro de eo disceptatum, quamvis flammis & sanguine, a Papis tamen ipsis, & non diu dein post, cum armis jam satis fessi, terrarum dominis restitutum. Extant literæ Edwardi Tertii ad Romanum Pontificem apud Selden. *ad Eadmer. in not. ad lib.* 1. *hist. Progenitores*, inquit, *nostri, qui dudum fundarunt & dotarunt ecclesiam, singulas cathedrales ecclesias regni nostri vacantes olim libere contulerunt Regio jure suo, sed postmodum ad supplicationem cleri, ac reverentiam & rogatum summi Pontificis, qui tunc universali præsidebat ecclesiæ, concessit Dominus rex Angliæ, qui tunc erat, Capitulis ecclesiarum cathedralium, quod cedente vel decedente loci Pontifice, sacrorum corporum votis alius esset designandus, qui tamen necessario solennem Regis assensum, tametsi non investituræ formulam, quam diximus, expectaret &c.* Et hinc apud Eadmerum *lib.* 4. *hist. Inter hæc electus est ab Alexandro rege Scotiæ & clero & populo monachus quidam Dunelmensis nomine Turgodus ad episcopatum Sancti Andreæ de Scotia. &* mox: *Quoniam autem Regi placuit consilio Baronum suorum & nostra concessione, ut vestra persona eligeretur ad Archiepiscopatum Eboracæ.* Idem 5. *hist. Interea clerici Menewensis ecclesiæ, quæ sub patrocinio beati Andreæ & sancti Davidi in Walis fundata consistit, episcopum sibi, defuncto episcopo suo Wilfrido a Rege postulavere, & electus est in hoc opus Bernardus quidam Capellanus Reginæ, vir probus, & multorum judicio sacerdotio dignus.*

Fateor tamen non invitus, quod pro temporum ratione, pro Paparum, pro Principum voluntate & affectu aliter atque aliter id olim se habuit. Guil. Malmesburiens. *lib.* 2. *de gest. Angl. cap.* 8. *Rex Edgarus monachis electionem sui Abbatis perpetuum manere censet., sibi vero suisque heredibus tribuendi fratri electo pastoralem baculum potestatem retinuit.* Apud Seldenum ad Eadmer. *in not.* Edgarus rex ipse: *Præfato equidem Synodali conciliabulo hoc attendendum magnopere cuncti decreverunt, ut Abbatum & Abbatissarum electio cum Regis consensu & consilio Sanctæ Regula ageretur documento. Episcoporum quoque &c.* Ingulphus Abbas Crowlandensis Guilielmi I. æqualis: *A multis annis retroactis nulla electio Prælatorum erat mere libera & Canonica. Sed omnes dignitates tam episcoporum quam Abbatum per annulum & baculum Regis Curia pro sua complacentia conferebat.*

Non est res hujus loci. Alibi dicam de eo plenius. Sed tempus quo ne libera quidem electio ipsius Papæ. Tempus, quo quidem libera, sed

si

si Princeps dissentiret, plane nulla & inefficax. Electio non Cardinalium. Sero nomen id auditum. Cleri erat & populi. Sed si simul etiam Princeps accommodaret consensum. Flodoard *hist. Remens. lib.* 5. *cap.* 17. *Nicolaus Papa &c. obiit. Cui Adrianus Papa electione clericorum & consensu Ludovici Imperatoris in Pontificatu successit.* Et sic constanter se res habuit usque ad Hildebrandum. Unde & meminit ut rem novam, quod Principe inconsulto factus Papa Hildebrandus, Lamb. Schafnaburgensis ad Ann. 1073. *Alexander Papa II. qui & Anselmus*, ait, *decessit. Cui Romani protinus, inconsulto Rege, successorem elegerunt Hildebrandum.* Relata in literas est electio, & his quidem verbis, ut apud Platinam leguntur: *Nos sanctæ Romanæ ecclesiæ Cardinales, clerici, acoluthi, Subdiaconi, Presbyteri, præsentibus episcopis, Abbatibus, multisque tam ecclesiastici quam laici ordinis eligimus hodie &c.* Sed is factum tum ut prorsus insolens excusavit, ut potuit. Nec nisi postquam excusasset se commotus Princeps acquievit. Idem ibid. *Statim Rex a latere suo Eberhardum comitem misit, qui Romanos proceres conveniens causam ab eis sciscitaretur, quare præter consuetudinem majorum, rege inconsulto, Romanæ ecclesiæ Pontificem ordinassent, ipsumque si non idonee satisfaceret, illicite accepta dignitate abdicare se præciperet. Is veniens Romam benigne a prædicto viro susceptus est, Cumque illi mandata regis exposuisset, respondit; se Deo teste honoris hujus apicem nunquam per ambitionem affectasse, sed electum se a Romanis & violenter sibi impositam fuisse ecclesiastici regiminis necessitatem: Cogi tamen nullo modo potuisse, ut ordinari se permitteret, donec in electionem suam tam Regem quam Principes Teutonici regni consensisse certa legatione cognosceret. Hac ratione distulisse adhuc ordinationem suam, & sine dubio dilaturum, donec sibi voluntatem regis certus inde veniens nuncius intimaret. Hoc ubi Regi est nuntiatum, libenter suscepit satisfactionem &c.* Ut Luitprandus Ticinensis scribit jurarunt religiosissime Othoni Primo Romani, clarissimo Imperatori, nunquam se in posterum sine ipsius consensu electuros Pontificem, moti crebris factionibus, studiisque eorum, qui Pontificatum, rem alioquin sanctissimam, habebant passim venalem. Memoriæ etiam proditum venisse oratum legatos Roma ad Henricum Imp. III. ut daret Papam, ut designaret, atque cum quidem quem vellet, & quem sede Apostolica non indignum judicasset. Vid. Lamb. Schafnaburg. *ad Ann.* 1047. Idem accidit sub Henrico, qui IV. ejus nominis, ut idem tradit Lambertus, Legatis iterum testatis, nolle se cum Clero, nisi expectata prius Principis sententia, quenquam eligere. Add. Vadian. *rer. Alamann. lib.* 1.

Sed

Sed non tempus tantum, quo necesse, ut & Princeps consentiret. Tempus, quo humiliter etiam Principi supplicandum. Nec supplicandum ab electo. Supplicandum a Clero. A populo universo. Quo parandi, quærendi, qui intercederent apud Principem, ut electum admitteret. Quo prensandi, qui in aula præpotentes & illustres. Patriarcha etiam Constantinopoli. Exarchus Italiæ. Et inprimis Exarchus, cujus terror erat ingens, in cujus manu Italia, in cujus manu exercitus, & militum robora. Omnem lapidem movebant ne is esset impedimento. Extant formulæ literarum in libro Diurno Romanorum Pontificum, præclaro & illustri antiquitatis monumento, quod e latebris tandem prodiit beneficio Garnerii Societatis Jesu Theologi Anno hujus seculi LXXX. Parisiis: Principi sic supplicabant.

Cum non sine divina misericordia nutu sit, ita post mortem summi Pontificis in unius electionem omnium vota concurrere, & convenire consensum, ut nullus penitus inveniretur, qui discors posset existere &c. Obeunte itaque beatissimæ recordationis Papa nostro Ill. in electionem Ill. venerabilis Apostolicæ sedis Archidiaconi, omnium, Deo volente, declinavit assensus &c.

Ideoque lacrymabiliter cuncti famuli supplicamus, ut dominorum pietas servorum suorum obsecrationes dignanter exaudiat; & concessa pietatis suæ jussione, petentium desideria, pro mercede imperii sui, ad effectum de ordinatione ipsius præcipiat pervenire. Quatenus per sacros Clementiæ suæ apices, sub Pastore eodem constituti, pro vita imperioque serenissimorum dominorum nostrorum, omnipotentem Dominum, & beatorum Apostolorum Principem, cujus ecclesiæ dignum ordinari gubernatorem concedit, jugiter exoremus &c.

Exarcho autem ita: SUPERSCRIPTIO. *Domino excellentissimo atque præcellentissimo, & a Deo nobis longaviter in Principalibus ministeriis feliciter conservando, Ill. Exconsuli Patricio, & Exarcho Italiæ, Presbyteri, Diaconi, & familiaris universus clerus, Axiomati etiam, seu exercitus & populus hujus Romanæ urbis supplices.*

Novit humanis rebus providentia divina succurrere, & mœrentium fletus ac gemitus in exultationem convertere &c & mox: *Et ideo supplicantes quæsumus, ut inspirante deo celsæ ejus dominationi, nos famulos voti compotes celeriter fieri præcipiat &c.* Mox: *Cum hæc ita sint, iterum atque iterum impensius, præcelse & a Deo servate Domine, supplicamus, ut celerius, Deo operante, vestrisque præcordiis inspirante, Apostolicam sedem de perfecta*

fecta ejusdem nostri Patris atque Pastoris ordinatione adornare pracipiatis, utpote per gratiam Christi ministerium Imperialis fastigii feliciter atque fideliter peragentes: quatenus & nos exigui famuli desiderium nostrum maturius expleri cernentes, incessabiles Deo & Imperiali clementia, atque eximia ac Deo placita Dominationi vestra gratiarum actiones valeamus exolvere &c

Sed hoc obiter tantum. Quod autem ad Hildebrandum, de Hildebrando res certa est. Primus qui controversiam movit, qui, quod Princeps misceret se, totum Terrarum orbem ob id flammis miscuit & incendiis, fuit Papa Hildebrandus. Ceteri strenue imitati, qui deinceps successerunt. Per virgam & annulum investitura fiebat. Sic dabat episcopatum, Abbatiam, olim Princeps. Etiam per pallium episcopatum Romanum. Et id Principis olim munus. Liberat. Diac. *Breviar. cap.* 21. *Anthimus vero videns se sede pulsum, pallium quod habuit, imperatoribus reddidit.* Add. *& cap.* 23. Pet. de Marca *de concord. sacerd. & imp. lib.* 6. *cap.* 6. Strauch. I. *amœn. jur. Can.* 4. *cap.* 11. Papæ etiam nonnunquam, sed Principe assentiente. Garner. ad Liberat. Diac. *diss.* 4. *cap.* 17. Nec petenti Auxanio episcopo Arelatensi ausus mittere id Vigilius priusquam & Iustinianus accommodasset consensum. Strauch. *d. loc.* Et diu id obtinuit. Etiam imperante adhuc Constantino Pogonato. Hier. Rubeus *hist. Ravenn. lib*, 4. Altelerr. ad Anastas. *in Leon. II.* Sed a Papis excussa paulatim Principis reverentia Paparum tantum munus. Ab iisdem, sed prius fortiter & instanter petitum, & Archiepiscopis inprimis missum. Nec per Principis manus, sed clausum capsula argentea susceptum per manus Nuncii aut Legati Pontificis, & solemni quodam ritu, ingenti cultu ac devotione, velut donum Divi Petri ab altari susceptum. Lectu dignum, quod Eadmerus habet *lib.* I. *hist. Cum autem de Pallii*, inquit, *susceptione ageretur, & quidam pro captanda Regis gratia virum ad hoc ducere molirentur, ut pro Regia Majestatis honorificentia, illud per manum Regis susciperet, non adquievit, rationabiliter ostendens hoc donum non ad regiam dignitatem, sed ad singularem beati Petri pertinere auctoritatem: unde cum omnes silentio pressi conticuissent; statutum est, ut a quo Pallium in Angliam delatum est, ab eodem Cantuariam super altare Salvatoris deferretur & inde ab Anselmo quasi de manu beati Petri pro summi, quo fungebatur, Pontificatus honore sumeretur. Adquievit istis &c.* & mox: *Deinde Doroberniam properavimus illic adventum Romani episcopi prastolaturi. Qui episcopus, juxta condictum, die Dominica, qua erat quarto Id. Iunii venit pallium in argentea capsula decentissime deferens. Itumque est obviam a monachis in ipsa metropoli sede domino*

Christo famulantibus, associato sibi Fratrum conventu vicinæ beatorum Apostolorum Petri & Pauli Abbatiæ cum numerosa clericorum nec non immensa laicorum diversi sexus, ætatis, multitudine. Pater etiam ipse episcopis, qui ob hoc Cantuariam venerant, dextra lævaque stipatus ac sustentatus, sacro beati Apostolorum Principis muneri, nudis pedibus, sed indutus sacris vestibus, devotus occurrit. Tali devotionis cultu pallium super Altare delatum ab Anselmo assumptum est, atque ab omnibus pro reverentia sancti Petri suppliciter deosculatum. Idem 5. *hist. Itaque juxta quod fuerat præordinatum, præfatus Anselmus pallium, in vase argenteo honorifice ferens, Cantuariam venit, itumque est illi obviam, usque ad portam Civitatis, ab utroque Conventu duarum ecclesiarum, Archiepiscopatus scilicet & vicinæ Abbatiæ sancti Augustini, cum omnibus, qui pro hoc ipso illo confluxerant. Pater stipatus episcopis, & indutus, ut alii, vestibus sacris, nudis pedibus devotus occurrit. Sicque delatum super altare Salvatoris pallium est, & a Pontifice inde susceptum, facta prius Romano Pontifici de fidelitate & Canonica obedientia professione. Deinde pro reverentia Beati Petri ab omnibus deosculatur, & indutus eo &c.* Sic ambitio palliata. Sic jugum Regum excussum. Sic obsequium iis debitum, dum quicquid Papæ defertur, B. Petro etiam ipsi, cujus Papa successor est, deferri existimatum. Sic cum animis tandem vulgi injecta religio, cum superstitio jam valida, cum Papa aspiraret ad immanem tyrannidem, ad dominatum Italiæ, & quid dico Italiæ? ad imperium Europæ, vetita investitura etiam per virgam & annulum. Nec tantum investitura de ipso episcopatu, Abbatia &c. Etiam de possessionibus, de terris, de prædiis. Homagium etiam vetitum, & juramentum fidelitatis, ne ullum scilicet episcopi, ne Abbates aut clerici præter Papam agnoscerent. Præter Papam agnoscerent, dico. Vera enim hæc ratio: Ut obstrictos sibi & devotos haberet Papa non Princeps. Aliam reddunt Papæ, sed falsam partim, partim impiam & ineptam, ne manus creantis cuncta creantem Deum ancillæ fierent earum manuum, quæ dies noctesque obscœnis tactibus inquinantur. Meis verbis non utar. Utar potius Eadmeri, qui dilucide & apposite quod ad Papæ decretum 2. *hist. Inter ultima vero Synodi in adversarios sanctæ ecclesiæ excommunicationis sententiam*, inquit, *cum toto Concilio Papa intorsit; qua sententia omnes quoque laicos investituras ecclesiarum dantes, & omnes easdem investituras de manibus illorum accipientes, necne omnes in officium sic dati honoris hujusmodi consecrantes pari modo involvit. Eos nihilominus sub ipsius anathematis vinculo colligavit, qui pro ecclesiasticis honoribus Laicorum hominum Homines fiunt, dicens nimis execrabile videri manus, quæ in tantam eminentiam excreverint, ut quod nulli Angelorum concessum*

cessum est, † *Deum cuncta creantem suo ministerio creent, & eundem ipsum pro redemptione & salute totius mundi summi Dei Patris obtutibus offerant, in hanc ignominiam detrudi, ut ancillæ fiant earum manuum, quæ die ac nocte obscænis contagiis inquinantur &c.* Profecto ratio ejusmodi, ac ea est, quam reddunt, cur quarto gradu simpliciter matrimonium sit prohibitum in linea obliqua, quia scilicet quatuor sunt humores in corpore, *cap. non debet pen. ext. de cons. & affin.* aut cur in sexto in eadem, quia scilicet sex ætatibus finitur mundi generatio *c. nulli c. nullum c. de affinitate 35. qu. 2. & 3. c. consanguinitas 35. qu. 4.* Tam cynici & fusci Paparum olim patroni. Nec Paparum patroni tantum: Papæ etiam ipsi. Fusci, superbi, impii. Scribens Anglorum regi Paschalis Papa II. apud Eadmer. *lib. 3. hist. Ipsius*, inquit, *Imperatoris lege cautum est, ut nec professio, nec ingressus ad Imperatorem, sine Metropolitani literis, pateret episcopo. Quem ergo in Curia tua sine Metropolitani literis admittere non debes, eum vis, o Rex, in ecclesia Principem constituere? Monstruosum profecto est, ut Patrem filius generare, homo Deum creare debeat. Sacerdotes namque in Scripturis sanctis Deos vocari tamquam Dei vicarios manifestum est.* En quæsitas rationes! En ineptiam! En impudentiam! Et id scilicet est, de quo Principes olim questi. De quo questus inprimis Fridericus Barbarossa. Questus non fastum tantum, sed summam animi impotentiam, qua in jura Majestatis figmento ejusmodi impudenti, ausus Papa invadere. Egregie apud Radevicum is *lib. 2. cap. 30. Episcoporum Italiæ ego quidem non affecto hominium, si tamen & eos de nostris regalibus nihil delectet habere; qui si gratanter audierint a Romano Præsule, Quid tibi & Regi? consequenter quoque eos ab Imperatore non pigeat audire, Quid tibi & possessioni?* Tempus quidem, quo Papa juramentum permisit. Tempus etiam, quo episcopi pro usu terræ investiti. Sed post multas demum contentiones. Et tempus non diuturnum. Eadmer. *1. hist. Novor. Ille igitur more & exemplo prædecessoris sui inductus, pro usu terræ, Homo Regis factus est, & sicut Lanfrancus suo tempore fuerat, de toto Archiepiscopatu saisiri jussus est.* Simoniaci passim habiti, qui a Principe investiti, & infames hæretici. Et quid necesse ut miremur? Passim jam invaluerant hominum traditiones & decreta Pontificum. Et his plurimum tributum. Rara erant concilia. Et, si habita, habita ad Paparum arbitrium. Romæ ut plurimum, non alibi. Confluebat ad hæc clerus. Confluebant Cardinales, Abbates, episcopi, statuentes publice id inprimis, quod vel privatim sensissent, vel quod priorum Pontificum impiis & ambitiosis præjudiciis conforme. In ore iis quidem etiam sacra scriptura. Sed revera hæc

† Add. eund. 3. hist. pr. & 3. hist. in fin. & 4. hist. pr.

non tanti. Decretis Pontificum, quæ habebant pro oraculis, nihil non tum discussum. Extat fidei confessio, quam Paschalis II. Henrico V. imperante Romæ in Synodo Lateranensi fecit, quod jus investituræ contra majorum Gregorii scilicet VII. & Urbani Tertii decreta dedisset Imperatori in confessu insimulatus. Digna hæc mihi visa, quam hoc loco referrem. Extat apud Urspergensem, & ita se habet: *Amplector omnem divinam scripturam veteris & novi testamenti, legem a Moyse scriptam, & sanctis Prophetis; amplector quatuor Evangelia, septem Canonicas epistolas gloriosi Doctoris B. Pauli Apostoli, sanctos Canones Apostolorum, quatuor Concilia universalia sicut quatuor Evangelia, Nicenum, Ephesinum, Constantinopolitanum, Chalcedonense, & Antiochenum concilium, & decreta sanctorum Patrum Romanorum Pontificum, præcipue decreta Domini mei Papæ Gregorii Septimi, & beatæ memoriæ Papæ Urbani. Quæ ipsi laudaverunt, laudo, quæ ipsi tenuerunt, teneo, quæ confirmarunt, confirmo, quæ damnaverunt, damno, quæ repulerunt, repello, quæ interdixerunt, interdico, quæ prohibuerunt prohibeo, in omnibus, & per omnia, & in his semper perseverabo.* Et hactenus Paschalis, orsus quidem a scripturis, sed præjudiciis obsessus, quibus solis defendi potuit, propter quod ab Hildebrando tot & tam horrendi excitati tumultus. Fiat. Admittantur etiam decreta Pontificum, sed si cum lege Dei, cum sacris literis concordent. Egregie Gerbertus scribens ad Sigulnum Archiepiscopum Senonensem, *Sit lex*, inquit, *communis ecclesiæ Catholicæ, Evangelium, Apostoli, Prophetæ, canones spiritu Dei constituti, & totius mundi reverentia consecrati, decreta sedis Apostolicæ ab his non discordantia, & qui per contemptum ab his deviaverit, per hæc judicetur, per hæc abjiciatur.* Add. Synod. Remens. habitam sub Hugone & Roberto Francorum regibus *in fin.*

Sed pluris semper præjudicia. Clavam citius Herculi extorsisses quam Papis, & perpulchris eorum asseclis, quod semel ab iis haustum, quo imbuti, quod semel nacti, ἢ δόλῳ, ἠὲ βίῃ, ἢ ἀμφαδὸν, ἠὲ κρυφηδὸν ut Homer. Odyss. 14. *vel vi, vel dolo &c.* Et frustra objecisses primitivam ecclesiam. *Ecclesia primitiva*, ut idem apud Urspergensem Paschalis II. episcopis nonnullis ob spretam & abjectam Henrici V. auctoritatem nonnihil tumultuantibus, *ecclesia*, inquit, *primitiva Martyrum tempore floruit apud Deum, & non apud homines: dein ad fidem conversi sunt Reges, Imperatores Romani, Principes, qui matrem suam ecclesiam sicut boni filii, honestaverunt, conferendo ecclesiæ Dei prædia & allodia, sæculares honores & dignitates, regalia quoque jura & insignia, quemadmodum Constantinus, cæterique fideles, & cœpit ecclesia florere tam apud homines quam apud Deum.* Quæ sententia

necess-

successoribus in tantum deinceps placuit, ut Julios etiam cataphractos & Alexandros terrarum orbis nihil non perpetrantes & audentes inspexerit. Sed meminisse oportuit Paschalem verborum Christi ad Pharisæos: *Vos estis, qui justificatis vos ipsos coram hominibus, Deus autem novit corda vestra, quia quod hominibus excelsum est, abominandum est coram Deo.* Certum, nec quisquam ambigit, quin eo purior & sincerior, quo antiquior, ecclesia. Postquam opes invectæ, multum luxus afflixit eam. Multum ambitio. Mutati mores, corrupti. Ad sordes abducti animi, & a Deo distracti, ut quæ sua sunt quærerent, non quæ Jesu Christi. Conditionis suæ obliti, inanis gloriæ tantum cupidi. Prorsus autem egregie Isidorus *Synonymis cap. ult. Qui curis terrenis se implicat, a Dei amore se separat. Qui in rerum amore defigitur, in Deo nullatenus delectatur. Curæ enim rerum ab intentione Dei avertunt. Nemo potest amplecti Christum simul & sæculum. Difficile est cœlestibus & terrenis curis pariter inservire. Difficile est Deum simul & mundum diligere; utrique simul amari non possunt. Propter Deum ergo renuntia omnibus; a sæculi curis te propter Deum suspende. Sine impedimento seculi Deo deservire stude. Nullus te amor mundi a Dei amore separet: nulla te sollicitudo rerum ab intentione Dei suspendat.* Nec curam rei domesticæ nec magistratum vetat gerere. Vetat nequis se faciat hujus mundi mancipium. Vult ut quanto quis superior tanto gerat se submissius, devotus semper Deo quacunque præditus potestate. Idem *eod. lib. cap.* 42. *Qui præficitur ad regimen, taliter erga disciplinam subditorum præstare se debet, ut non solum auctoritate verum etiam humilitate clarescat. Sed tamen ita erit in eo virtus humilitatis, ne dissolvatur vita subditorum in vitiis, atque ita auctoritas aderit potestatis, ne per tumorem cordis severitas existat immoderationis.* Sed id parum ad Papas, augendæ tantum tyrannidi intentos maximam partem, de grege parum sollicitos, modo Regum & Principum formidabiles cunctis tantum colla calcarent. Nihil etiam plane ad Paschalem II. qui captus Roma surrepta ab Henrico Imper. qui V. ejus nominis ingenti cum exercitu in Italiam descenderat, cum fecisset privilegium de investituris episcopatuum & Abbatiarum Imperatori, restitutus quod fecerat vecors fastu impotenti & immani quodam ambitu, nihil pensi ac moderati habens, rescidit rursum universum. Sic se habet epistola ad Guidonem Archiepiscopum Viennensem de ea re:

Paschalis episcopus servus servorum Dei venerabili fratri Viennensi archiepiscopo Guidoni & apostolicæ sedis legato salutem & Apostolicam benedictionem. Si constantiam tuam sæva illa barbaries minis, blandimentis, aut aliis modis

tentat inflecti, prudentia tua immobilis perseveret. Si enim in viridi ligno sic factum est, quid fiet in aliis? Si de capite sic perpetratum est, quid fiet in membris? Igitur frater carissime in tuo bono incœpto constanter & viriliter Deo præstante permaneas. Minæ vel blandimenta aut alii suasionis aut dissuasionis modi providentiam tuam non moveant, sed ita Domino auxiliante perdura, ut aliis tua constantia salutaris perseverantiæ sit exemplum. Quæ cognoscere postulasti, hæc sunt. Scripta, quæ in tentoriis, in quibus cum multitudine clericorum & civium urbis & totius provinciæ custodiebamur, pro libertate ecclesiæ & pro absolutione captivorum omnium, & pro excidio, quod ecclesiæ, urbi, & universæ provinciæ superincumbente undique gladio imminere videbatur, de electione seu de investitura personarum facta sunt, videlicet ut electione libera facta sine vi & symonia, consensu Regis, facultatem habeat investiendi per virgam & annulum, & electus a clero & populo non consecretur, nisi a rege investiatur, ego canonica censura cassa omnino & irrita judico, & sub damnatione perpetua permanere decerno, ut nullius unquam auctoritatis sint, & nullius bonæ memoriæ. Ea vero quæ sacri Apostolorum canones, & Antiochenum ac universa concilia, & prædecessores nostri, & præcipue felicis memoriæ domnus Gregorius & Urbanus de his prohibuerunt, damnaverunt, statuerunt, & firmaverunt, ego prohibeo, damno, constituo, & confirmo, & me illorum sanctiones profiteor servaturum.

Sed versatilis Paschalis hic, tum hoc statuens tum illud, dum frustra niti se videt, post effusam irarum molem contentionibus tandem fessus, ex speciali velut gratia hominia episcoporum servatis sibi investituris Anglorum Regi concessit. Eadmerus, *lib. 4. hist. Papa in sententia, quæ exinde promulgata fuerat firmus stans, concesserat Hominia, quæ Urbanus Papa, æque ut investituras interdixerat, ac per hoc Regem sibi de investituris consentaneum fecerat &c. Dehinc, præsente Anselmo, stante emultitudine, annuit Rex & statuit, ut ab eo tempore in reliquum nunquam per dationem baculi pastoralis vel annuli quisquam episcopatu vel Abbatia per Regem vel quamlibet laicam manum investiretur in Anglia, concedente quoque Anselmo, ut nullus in prælationem electus pro Hominio, quod Regi fecerat, consecratione suscepti honoris privaretur.* Transactione etiam facta, qui Paschali successit, Calixtus idem Cæsari, quod Paschalis Anglorum regi. De ipso episcopatu ut & de Abbatia, investitura tum Papæ. Cæsaris de Regalibus, de terris, de prædiis. Duplex scilicet jurisdictio erat. Principes temporalem, Ecclesiasticam dabat Papa. Per virgam Princeps; per sceptrum. Per virgam etiam Papa, sed quæ in summo incurva. Nec per virgam duntaxat. Per virgam & annulum. Etiam, quod notandum, tum diserte id concessum, ut si forsan dissensio esset, posset Princeps pro arbitrio

quem

quem vellet eligere. Ægidius Aureæ vallis monachus apud Chapeavill. *de gest. Pontif. Leodiens. Tungrens. to. 2. cap. 59. Respondet turbidus Imp. id non esse justum, nec sibi aequum, nec Imperio suo dignum, esse juris sui & honoris Imperii, & hoc a patre suo accepisse divæ memoriæ Imper. Friderico, ut in omnibus ecclesiis, quæ ad donum ejus spectant, si partes sunt inventæ in electione celebranda, partibus in electione dissidentibus, electionis vocem & meritum prorsus exspirare, & penes se omne jus esse & omnem potestatem, ut ipse cui voluerit extendat manum suam, eligatque & investiat, quem dignum censuerit.* Et hinc illud Guntheri *lib. 1. vers. 364.*

Hoc etenim sibi jus collatum a Præsule summo
Rege sub Henrico testatur Curia quinto
Ut si forte novo certet de Præsule sedes,
Nec valet imposito sopiri sine querela,
Debeat ipse suas mox interponere partes,
Arbitrioque suo pastorem ponere sedi,
Nec prius electum quenquam de jure sacrandum
Quam Princeps sceptro regalia præstet eburno.

Sceptro inquit *eburno.* Et hinc nescio an satis recte & an non error apud Bekam in Gosuino episcopo: *Dominus autem Cardinalis ad postulationem Archiepiscopi Coloniensis extunc Henricum de Viana cathedrari jussit, cui similiter & ipse Rex per pastoralem baculum & annulum temporalem jurisdictionem dedit.* Loco quem citavi Eadmerus diserte: *Quibus ita dispositis pene omnibus ecclesiis Angliæ, quæ suis erant Pastoribus diu viduatæ, per consilium Anselmi ac Procerum regni sine omni virgæ pastoralis aut annuli investitura Patres a Rege sunt instituti.* Diserte etiam Henrici V. diploma apud Hedam *hist. Ultraj. p. 154. In nomine S. & Individ. Trinit. Ego Henricus Dei gratia Rom. Imp. Aug. Pro amore Dei & sanctæ Rom. ecclesiæ & domini Papæ Calixti, & pro remedio animæ meæ, dimitto Deo & SS. Dei Apostolis Petro & Paulo, sanctæque Catholicæ ecclesiæ omnem investituram per annulum & baculum, concedo in omnibus ecclesiis, quæ in regno vel Imperio meo sunt, canonicam fieri electionem &c.* Calixti item Papæ apud Mader. *antiq. Brunsvic. p. 57. Ego Calixtus servus servorum Dei, dilecto filio Henrico Dei gratia Romanorum Imperatori semper Augusto, concedo electiones episcoporum & Abbatum Teutonici regni, quæ ad regnum pertinent, in præsentia tui fieri absque simonia & aliqua violentia. Et siqua inter partes discordia emerserit, judicio vel consilio saniori assumto, auxilium prebeas.*

Electus autem regalia per sceptrum a te recipiat, exemtis omnibus, quæ ad Romanam ecclesiam pertinere noscuntur. Ex aliis vero partibus Imperii consecratus infra sex menses regalia per sceptrum a te recipiat. Et nec alibi quicquam tale. Idem Beka in Otton. II. *De consensu metropolitani sui suscepit episcopalem benedictionem apud Frankevordiam, ubi consimiliter a Frederico Cæsare temporalem acceptavit justitiam.* De Carolo IV. Albertus Argentinensis: *Ipsum episcopum in gradibus ecclesiæ indutus regalibus insignibus, habens coronam auream in capite, & pomum & sceptrum in manibus, de suis regalibus præstito sibi homagio solenniter investivit.* Add. Bangert. ad Helmold. I. *Chron.* 20.

Aliud virga seu sceptrum. Aliud virga pastoralis. Pastoralis, *cambuta* etiam, *cambota*, *cambutta*. Auctor vitæ S. Magni aut Magnoaldi apud Canis. *cap.* 12. *Qui & baculum ipsius (quem vulgo cambutam vocant) per Diaconum transmiserunt.* Generalis quidem vox. Etiam claudi sustentaculum, ut in Chron. Casinens. *lib.* 4. *cap.* 74. *Ad hujus vero perpetuæ rei indicium ejusdem claudi cambuttas ante fores ecclesiæ jam dicti Patris Benedicti suspenderunt.* Sed quæ Præsulum incurva. In summo scilicet, ut dixi. Et hic apex, seu summum virgæ, etiam olim exemptilis. Eburneus etiam aut argenteus. Adrevald. *de mirac. S. Bened. lib.* I. *cap.* 22. *Baculo quod gestabant incurvo more veterum Antistitum.* Arnolfus Comes *de vita S. Emmeram. lib.* I. *cap.* 8. *Videbam quasi Domini mei Martyris Emmerammi præ oculis pendere pastoralem virgam, quam vulgo dicunt cambotam vel ferulam. Cujus unco ad faciem meam converso &c.* Titulum Leo Ostiensis vocat *lib.* 2. *Chron. Casinens. cap.* 52. *Virgam quoque pastoralem, cum titulo nihilominus argenti, opere pulchro vestivit.* Nec titulus tantum talis. Etiam baculus nonnunquam. Gesta Abbat. Autissiod. *cap. ult. Item duos baculos pastorales argenteos, ac etiam deauratos, ditissimos, & insuper valde pulchros.*

Curabant eum episcopi per notarios, quos habebant sibi olim præferri, ut ad Socratem Valesius docet *lib.* 5. *hist. cap.* 22. *ex lib.* 2. *de vit. & mirac. Cæsarii Arelatensis: Cum ergo*, inquit vitæ illius Auctor, *vir Dei Cæsarius per eadem loca ad eandem pergeret ecclesiam, Clericus, cui cura erat baculum illius portare, quod notariorum officium erat, oblitus est; in quo ministerio inutilis ego serviebam.* Apud Græcos gestabat Κουβουκλής seu κουβουκλήσιος τῆς ἐκκλησίας, Cubicularius ecclesiæ. Δικανίκιον Codinus vocat. Vid. ad eum Jac. Goar *p.* 9. & 14.

Cer-

Certum id & conspicuum dignitatis argumentum. Sic liber Abbatibus & Abbatissis prælatus. Buchaugiensi Abbatissæ & liber & gladius. Mart. Crus. 1. *annal.* 2. *p.* 6. Conring. *cens. diplom. Ludov. part.* 1. *cap.* 10. Crux Summo Pontifici, Patriarchis, Archiepiscopis, & ei, qui in provinciis Vicarius erat Papæ, *c. Archiepiscopo clement. de privil.* Calixti diploma in *Antiq. Viennens. p.* 80. Gesta Innocentii III. *p.* 61. Bosquet. ad Innocent. 3. *epist.* 18. Pancirol. 1. *var. lect.* 20. Ziegler. *de Diacon. cap.* 8. *n.* 33. Baluz. *ad Concil. Gall. p.* 40. *&* 93. Et hinc toties σαυροφύλακος, *Crucis custodis* mentio in vita S. Euthymii apud Coteler. 2. *monum. eccl. Græc.* Sed alibi de eo latius.

Uncum habebat baculus, ut memor esset, cui datus, ad homines datum attrahendos, ad adducendos ad Christum. Annulus signum sponsaliorum, signum connubii cum ecclesia contracti. Michael Cerularius apud Coteler. 2. *monum. eccles. Græc. p.* 143. καὶ δακτυλίους φοροῦντες ἐν τῇ χερσὶν οἱ ἐπίσκοποι, ὡς δῆθεν γυναῖκας τὰς ἐκκλησίας λαμβάνοντες, τὸν ἀρραβῶνα φορεῖν λέγουσι, *Annulos in manibus ferentes episcopi, quasi ecclesias uxorum loco duxerint, gestari a se arrhabonem ajunt.* Cum episcopus decessisset relatus ad Principem olim baculus. Sed postquam Principi is ablatus ablata investitura relatus ad altare non alii reddendus quam a clero in locum jam defuncti suffecto. Eadmer. *lib.* 4. *hist. Baculus autem episcopalis Cantuariam ab Ernulfo Monacho Roffensi, qui ejusdem episcopi Capellanus extiterat, pro more delatus est, & in præsentia Fratrum super altare Domini Salvatoris præsentatus.*

Videtur tamen arbitrarium id, quo symbolo uteretur quis ad mittendum in possessionem. Nec Papa usus semper annulo. Nec virga etiam semper Princeps. Anonymus apud Seldenum ad Eadmerum *in not. ad lib.* 1. *hist. Ann.* MCLXXXII. *Walterus Roffensis episcopus obiit, cui Gualeranus Archidiaconus substituitur, qui per textum Evangelii de manu Archiepiscopi spiritualem causam episcopatus, per annulum Regalium possessionem accepit. Regalium*, inquit, *possessionem.* Scilicet a Principe. Et sic passim tum factum post factam transactionem. Regalia dabat Princeps. Etsi qui præceptis Hildebrandi imbuti non pauci adhuc Papæ, tyrannidem cogitantes, & ipsi Cæsares se arbitrati, Calixti spreto diplomate, Cæsari etiam deinceps controversiam de eo moverint, ut Frederico Barbarossæ Adrianus, Alexander. Ingenti fastu Adrianus nolebat Romam a Cæsare legatos mitti se ignorante. Nolebat recipi eos per Italiam in palatiis episcoporum. Omnem Romæ magistratum

 B. Petri

B. Petri ajebat esse cum universis Regalibus. Nolebat Cæsari ab episcopis præstari hominium. Hæresin id ajebat. Hæreticum etiam principem Hildebrandum secutus.

Et de eo res nota est. Vetus quoddam fragmentum historiæ a Roberto rege ad mortem Philippi: *Exigebat quoque idem Papa ab eo dimitti dominationem omnium sui imperii ecclesiarum, ne cui baculum pastoralem donaret, juxta quod in antiquorum statutis continetur patrum. Quod ille facere renuit; hæc fuit justior causa excommunicationis.*

Justior, inquit, *causa*. Ob hæresim scilicet, ut dixi. Et hinc brutum illud fulmen. Ex Concilio Viennensi indicto a Guidone Archiepiscopo Viennensi: *Investituram episcopatuum & abbatiarum & omnium ecclesiarum de manu laica, sanctæ Romanæ ecclesiæ auctoritatem sequentes hæresim esse judicamus. Scriptum illud seu privilegium, quod a domno Paschali Papa violenter Henricus rex de investituris, de anathemate in persona sua non sponte extorsit, in virtute sancti Spiritus damnamus, atque irritum esse, & nullius beatæ memoriæ judicamus fieri.* Goffridus Abbas Vindocinensis *tr. de investituris laicor.* expresse: *Investitura laicorum, quæ fit per virgam & annulum merito hæresis appellatur.* Willelmus Malmesburiensis *lib. 2. de gest. Pontif. Anglor.* loquens de Urbano, qui defuncto Victore III. Hildebrando successit: *In hoc Concilio Papa cum omnibus sententiam excommunicationis vibravit in laicos investitores ecclesiarum, & investitos a laicis, & in taliter investitos consecrantes, & in illos, qui pro ecclesiasticis honoribus laicorum homines fiunt.*

Sed egregie Goffridum & Guidonem refutat Ivo *epist.* 236. *Postremo*, inquit, *quod quidam investituram hæresim vocant, cum hæresis non sit nisi error in fide, sicut enim fides cordis est ad justitiam, oris autem confessio ad salutem, ita hæresis error est ad impietatem, professio vero ejusdem erroris est ad perniciem. Et fides & error ex corde procedunt; investitura vero illa, de qua tantus est motus, in solis est manibus dantis & accipientis, quæ bona & mala agere possunt, credere vel errare in fide non possunt. Adhæc si investitura hæc hæresis esset, ei renuntians sine vulnere ad eam redire non posset. Videmus autem in partibus Germaniarum & Galliarum, multas honestas personas* † *purgato isto nævo per quamlibet satisfactionem pastorales virgas reddidisse, & per manum apostolicam refutatas investituras recepisse. Quod summi pontifices minime fecissent, si in tali investitura hæresim & peccatum in Spiritum sanctum latere cognovissent.*

† Vid. Juret. ad Ivon. *epist.* 214.

Lepi-

Lepide etiam Bruno Signinus episcopus in Concilio Romæ habito sub Papa Paschali, ut retractarentur quæ de investituris paulo ante concessa Henrico Imperatori. Verba referam Conradi a Liechtenauw Abbatis Urspergensis in Chron. ad Ann. MCXVI. *Tunc*, inquit, *apostolicus, causam concilii & animi sui intentionem his verbis exposuit. Postquam dominus de servo suo fecit quod voluit &c. Illud autem malum scriptum, quod in tentoriis factum est, quod pro pravitate sui pravilegium dicitur, condemno sub perpetuo anathemate, ut nullius unquam sit bonæ memoriæ, & rogo vos omnes ut idem faciatis. Tunc ab universis conclamatum est* fiat, fiat. *Bruno autem Signinus episcopus altius exorsus est: Gratias agamus omnipotenti Deo, qui dominum Papam Paschalem, qui præsenti concilio præsidet, audivimus proprio ore damnantem illud privilegium, quod pravitatem & hæresim continebat. Ad hæc quidem cavillatorie subjunxit. Si privilegium illud hæresin continebat: qui illud fecit, hæreticus fuit. Joannes autem Cajetanus ad hæc commotus Signino respondit: Tune hic & in concilio nobis audientibus Romanum pontificem appellas hæreticum? Scriptum, quod fecit dominus Papa malum quidem fuit, sed hæresis non fuit, &c.* Et deinde si verum, quod Goffridus *d. tr.* ait, quod Simonia & investitura ambulent pari passu, quid dicemus de iis, qui Simoniace & dato pretio ad Papatum evecti. Quid de ipso Hildebrando? Mathildæ opibus hic evectus Ducissæ Hetruriæ potentissimæ. Nec mirum. Familiaris ei nimium. Etiam stupri suspectus. Multorum scelerum certe & perjurii in Synodo Wormatiensi ab episcopis accusatus, literis ad eum missis, ubi ita *in fin. Quia igitur introitus tuus tantis est perjuriis initiatus, & ecclesia Dei tam gravi tempestate per abusionem novitatum tuarum periclitatur, & vitam conversationemque tuam tam multiplici infamia dehonestasti, obedientiam, quam tibi nullam promisimus, nec de cætero ullam servaturos esse renuntiamus. Et quia nemo nostrum, ut tu modo publice declamabas, tibi hactenus fuit episcopus; tu quoque nulli nostrum a modo eris Apostolicus.* Vid. Theodor. Engelhus. *de antiq. Brunsvic. apud Mader. p.* 51. Quid de Benedicto? De Gregorio VI. qui Benedicto successit? Largitionibus uterque & pecuniarum vi ingenti ad Papatum promotus. Verbis meis si utar, non credent Pontificii. Loquatur Pontifex ergo ipse, qui Hildebrando successit, vir magni olim nominis, Casinensis primum Abbas, dictus tum Desiderius, post factus Cardinalis, & tandem Victor III. Is ergo in Dialogis *lib* 3. *Benedictus*, inquit, *quidam nomine, non tamen opere, cujusdam Alberici Consulis filius, Magi potius Simonis, quam Simonis Petri vestigia secutus, non parva a Patre in populum profligata pecunia, summum sibi Sacerdotium vendicavit, cujus quidem post adeptum Sacerdotium vita, quam turpis,*

quam fœda, quamque execranda extiterit, horresco referre, &c. & mox: *Cumque se a clero simul & populo propter nequitias suas contemni conspiceret, & fama suorum facinorum omnium aures impleri cerneret, tandem reperto consilio, quia voluptati deditus, ut Epicurus magis, quam ut Pontifex, vivere volebat, cuidam Ioanni Archipresbytero, qui tum in urbe religiosior ceteris clericis videbatur, non parva ab eo accepta pecunia, summum Sacerdotium relinquens, tradidit &c. Interea Ioannes, cui Gregorius nomen inditum est, cum duobus annis &c.* Nec dubitavit referre hæc doctissimus jam Casinensis Abbas Angelus de Nuce ad Chron. Casinens. *n.* 1146.

Si hæresis Simonia, improbissimi hi hæretici. Pestes Bonizo vocat Sutriensis episcopus, quem & Martyrem Ferrarius vocat in Catalogo Sanctorum apud Lambec. *lib. 2. comm. de Biblioth. Cæsar. p.* 798. *Ceterum*, inquit, *siquis de Theophylacto Tusculano, qualiter Ioanni Sacerdoti vendidit Papatum, & quomodo uno eodemque tempore Theophylactus, & Gregorius, & Sylvester Romanum non regebant, sed vastabant Pontificatum, & qualiter Henricus rex Conradi filius Romanam ecclesiam a talibus pestibus liberavit, gnarus esse voluerit, legat librum &c. Monstra* Synodus Remensis sub Hugone & Roberto Francorum Regibus habita Ann. DCCCCXCI. & non simpliciter tantum monstra. Monstra etiam horrenda. Sed quid vetat quo minus verba ejus addam hic cap. 28. *Nam quid sub hac tempora non vidimus? Vidimus Iohannem cognomento Octavianum, in volutabro libidinum versatum, etiam contra eum Ottonem, quem Augustum creaverat, conjurasse: quo fugato Leo neophytus in pontificem creatur. Sed Ottone Cæsare Roma discedente, Octavianus Romam redit, Leonem fugat, Iohannem Diaconem naso, dextris digitis ac lingua mutilat, multaque cæde primorum in urbe debacchatus in brevi moritur, cui Benedictum Diaconem, cognomento Grammaticum, Romani substituunt, eum quoque Leo neophytus cum suo Cæsare non longe post aggreditur, obsidet, capit, deponit, perpetuoque exilio in Germaniam dirigit. Succedit Ottoni Cæsari Cæsar Otto, natura, ætate cunctos principes, armis, consilio, ac scientia superans. Succedit Romæ in pontificatu horrendum monstrum Bonifacius, cunctos mortales nequitia superans, etiam prioris Pontificis sanguine cruentus: sed hic etiam fugatus, atque in magna Synodo damnatus, post obitum divi Ottonis Romam redit, insignem virum Apostolicum Petrum Papiensis ecclesiæ prius Antistitem, data sacramentorum fide, ab arce urbis dejicit, deponit, squalore carceris affectum, perimit. Num talibus monstris hominum ignominia plenis scientia*

divinarum

divinarum & humanarum rerum vacuis, innumeros sacerdotes Dei per orbem terrarum scientia & vita merito conspicuos subjici decretum est? Quid est hoc Reverendissimi patres &c. De Bonifacio IX. Chron. Citizens. p. 845. *Fuit denique maximus Simoniacus, & Simonia cultores multis dignitatibus sublimavit, emptiones multas pro pecunia fecit, compluresque Abbates claustrales prece & pretio pontificalibus mitris ac ornamentis insignivit &c.* An non multo generosius Guntchramnus Francorum rex: *Non est*, inquit, *principatus nostri consuetudo sacerdotium venundare sub pretio, sed nec vestrum eum pramiis comparare, ne & nos turpis lucri infamia notemur, & vos mago Simoni comparemini.* Vid. Alteserr. *lib.* 6. *rer. Aquit. cap.* 11. Et an mirum, quod erumpat ob rei indignitatem in verba hæc Rodulphus Glaber *lib.* 4. *hist. cap.* 5. *Nam ipse*, inquit, *universalis Papa Romanus nepos scilicet duorum Benedicti atque Ioannis, qui ei precesserunt, puer ferme decennis, intercedente thesaurorum pecunia, electus extitit a Romanis, a quibus exinde frequenter ejectus & inhoneste receptus nulla potestate viguit. Et ut jam superius taxavimus cateros etiam ecclesiarum Pralatos aurum potius vel argentum exaltabat quam meritum. Proh. pudor*; Vid. Bosquet. ad Innocent. 2. *epist.* 87. Conring. *tr. de constit. episcop. Germ. per tot.*

Pessime etiam Paschalis Papa. Rupto fædere & concordia perjurii etiam reus. Facto enim privilegio partitam eucharistiam Henrico Imperatori, cum eum coronaret, in amoris individui, seu *impartibilis*, ut Sugerius ait, & pacti conservationem velut obsidem dederat. Imo imprecatione etiam usum Petrus Diaconus ait *Chron. Casinens. lib.* 4. *cap.* 32. *Cumque ad hostia*, inquit, *consecrationem venisset, partem ipse sumens, reliquam Imperatori tradidit dicens: sicut pars ista vivifici corporis divisa est, ita divisus sit a regno Christi, qui pactum istud rumpere & violare tentaverit &c.*

Pessime etiam Hildebrandus, Pessime & nefarie quod ad investituram. Et fatentur id Pontificii. Certe ex iis non pauci. Extat apud Mathæum Paridem in Wilhelmi secundi vita historia de Ulstano Wigornensi episcopo, qui impetitus ab adversariis virgam reddere episcopalem nisi tumulo regis Eodvardi a quo acceperat, noluit, quæ ibidem affixa nullius nisi Ulstani manu avelli rursum potuit, Deo tali miraculo, ut tum putabant, comprobante justissime illi virgam a rege antea concessam. Waltramus Naumburgensis tractatu de investituris: *Pure & integre servanda est antiqua constitutio, ne pusilli*

Christi scandalizentur, nihil enim refert sive verbo, sive praecepto, sive baculo, sive alia re, quam in manu tenuerit, investiat, aut inthronizet Rex *& imperator episcopum: qui die consecrationis veniens annulum & baculum ponit super altare, & in curam pastoralem singula accipit a stola & authoritate S. Petri. Sed congruum magis est, quod per baculum qui est temporalis & spiritualis, praecedens investitura per regem, in fundis & rebus ecclesiæ contra tyrannos & raptores quieta & pacifica reddit omnia.* Testatus etiam liberrime est Onuphrius Panvinius Italorum doctissimus in libro quem scripsit de vita Hildebrandi, *superiore illo suo decreto non tantum Imperatorem Henricum quartum, sed & omnes Reges Latinos & Occidentales petitos fuisse, deinde episcopos & universum clerum Galliarum, Germaniæ & Italiæ, majestatem quoque & dignitatem Romani imperii eversam: quodque longe pejus erat ea fundamenta jacta, quibus illius potestas omnino labefactabatur.*

Quam autem id indignum? Extorta Principi investitura & inter cetera hoc prætextu, quod auro episcopatus Simonis magi vestigia sequens transferret in indignos. Sed quid Papæ post extortam? An gratis dederunt ipsi? Si non sufficiant, quæ dixi, si placet, audiamus adhuc Abbatem Urspergensem de dissidio Philippi & Ottonis Impp. *Vix remansit*, inquit, *aliquis episcopatus, sive dignitas ecclesiastica, vel etiam parochialis ecclesia, quæ non fieret litigiosa, & Romam deduceretur ipsa causa, sed non manu vacua. Gaude mater nostra Roma, quoniam aperiuntur cataractæ thesaurorum in terra, ut ad te confluant rivi & aggeres nummorum in magna copia. Lætare super iniquitate filiorum hominum, quoniam in recompensationem tantorum malorum datur tibi pretium. Iocundare super adjutrice tua discordia, quia erupit de puteo infernalis abyssi, ut accumulentur tibi multa pecuniarum præmia. Habes quod semper sitisti, decanta canticum, quia per malitiam hominum non per tuam religionem orbem vicisti.* Sed jam satis est, ut puto. Alibi dicam de eo fusius.

CAP.

Caput. XLII.

Curia Provincialis quæ olim potestas.

Quando erecta, & a quo.

Quod ad Curiam Provincialem, siquis miretur, quod miscuerit se etiam iis, quæ ad regimen attinebant, Curiæ Provincialis tum ingens potestas. Potestas non tantum administrandi justitiam, sed Rempublicam etiam ipsam. Viarum ruri habebat curam, pagorum, fluminum per diœcesim. Edicta etiam proponebat. Summo studio in id intenta, nequid civitas, universitas, acciperet detrimenti. Multa rei argumenta. Exempli causa quædam addam.

Extract uyt het derde Memoriael boeck s'Hoofs van Utrecht

Die President ende Raden s'Coninx t'Utrecht, Gesien hebbende seker Concept ende Raminge by den Regierders der Stadt Utrecht gemaeckt omme te mogen vervallen de costen van de jegenwoordige nootlicke fortificatie der Stadt Utrecht, mits stellende op elcke tonne biers, die binnen Utrecht gebrouwen, gebracht, gedroncken, ende ingevoert sal worden twee stuyvers ende dit geduyrende tot Victoris toecomende, Waer inne niemant exemtie ofte vrydom genieten en soude, Geestelyck noch wereltlyck, van wat state ofte conditie die wesen mochten, Gesien oock seker ander Ordonnantie gemaeckt op de werckluyden, mitsgaders op de Borgeren, ende ingesetenen deser Stadt, die opt werck van de fortificatie deser Stadt aengenomen ende bescheyden sullen werden hebben ten ernstigen versoecke van de Regeerders der voorsz Stadt aenschouw nemende op den jegenwoordigen periculosen tyt, voor so veel in henluyden is geconsenteert ende consenteren by desen in de contributie van de voorsz twee stuyvers op elcke vat biers tot Victoris toecomende, mitsgaders om op heurlieder beurte een bequaem persoon te schicken tot hulpe van de fortificatie deser Stadt, ende dat al sonder prajudicie van de Privilegien, exemtien, ende prarogativen, die van den voorsz Raedt competerende, blyvende deselve anders in haer cracht ende vigeur, Waer van die Regierders voornoemt eerst ende voor all den Hove sullen leveren acte in behoorlycker forme.

Actum t'Utrecht den 28. Jul. 1572.

Ex

Ex eodem Memoriali

Opt versoeck aen den Hove gedaen by den Burgemeesters ende Regeerders der Stadt van Amersfoort begeerende volgens heur oude maniere ende costume van doen te mogen maecken een settinge over de gemeente, omme daer mede te doen provisie van rogge tot onderhout van den Armen, in desen jegenwoordigen dieren tyt, t'voorsz Hoff na deliberatie siet voor goet aen, dat de Supplianten de voorsz settinge sullen mogen doen volgende heur gepretendeerde oude costume.

Actum t'Utrecht den 28. Octob. XV$_{c}$. LXV.

Ex primo Curiæ Memoriali

Op't versoeck voor den Hove Provinciael van Utrecht gedaen by den Domdeecken, ofte hem die Staten s'Lants van Utrecht, als sy om eenige saecken behoefden te vergaderen, geoorloofst soude syn te ontbieden ofte beschriven, of hoe hy hem daer in soude dragen, is hem by myn Heere den Stadthouder eerste ende andere Raeden van Utrecht in presentie van de Gedeputeerden van de Staeten verclaert, dat soo wanneermen de Staten s'Lants van Utrecht, woonende binnen ofte buyten dese Stadt om eenige noodelijcke saecken sal moeten ontbieden, beschryven, ofte vergaderen, sal t'selve by de Domdeeckenen ofte andere den Raed voorsz te kennen gegeven worden met die saecke, waer toe die vergaderinge soude dienen, ende sullen alsdan die Staten voorsz by den Raede in den naem van den Keyser verschreven worden tot eenen seeckeren dage om te vergaderen, die propositie te hooren, daer op te beraeden ende te concluderen, ende haer conclusie voor het scheyden den voorsz Hove t'samentelyck overbrengen, om daer in gedaen te worden, alsmen bevinden sal tot welvaren van den Lande te behooren.

Actum t'Utrecht op den seventienden dach Aprilis, Anno vyftien hondert een ende dertich.

Ex tertio Memoriali.

Also tot kennisse van den Hove gecomen is, die Staten van den Lande van Utrecht binnen Utrecht woonachtich dagelix te vergaderen ten huyse van den Domdeken, ende aldaer heurlieder deliberatie te houden sonder eenige bescherminge ofte wetenschap van den Rade, ende dit contrarie de Ordinantie van K. Majt hoochlosselycker memorie, die oude usantie, ende dickwylen geitereerde acten van interdictie den Domdeken in der tyt hier voormaels gedaen, Soo heeft t'Hoff den Domdeken in den Rade ontboden hebbende den selven t'gunt voorsz is by myn Heere die President doen voorhouden, begeerende dat hy hem voortaen soude willen reguleren volgens de voorsz Ordonnantie ende oude gewoonte, ofte anders dat sy lieden daerinne souden moeten doen voorsien naer behooren, Waer op den voorn. Domdeken geantwoort heeft de dagelycksche vergaderinge, die t'synen huyse gebeurde, nergens anders omme gedaen en geschiet te syn dan s'morgens ten acht uyren, ten welcken tyde die Heeren uten sermoene comende t'synen huyse vergaderden omme t'samen te spreken, oft'er eenige sonderlinge swaricheden (als in desen periculosen tyt dickwylen vallen) voor handen syn, omme die myn Heere den Grave van Meghen te communiceren, ende daerinne te doen voorsien ende anders nergens omme, Seggende niettemin te vreden te sijn, de voorsz vergaderinghe achter weghen te laten, ende hem volgende de voorsz Ordonnantie te reguleren, waer van t'Hoff my Griffier bevolen heeft acte te maken, ende is dese,

Actum t'Utrecht den XVII. Maert. 1567.

Ex eodem.

Roerende t'modderen in de Vecht by die van Loosdrecht.

Op den XVI. Octob. Ann. XVc. ses en vystich is by den Hove van Utrecht op het different aldaer hangende ongedecideert tusschen d'ingesetenen van de Loosdrecht, Requiranten ter eenre, ende de drie Staten s'Lants van Utrecht gerequireerde, mitsgaders den Procureur Generael van desen Ed. Hove met hemlieden gevouchde, ter anderen syde verclaert, dat de schouwen die uyt

Loosdrecht by den Officier s'Lants van Utrecht aengehaelt, achtervolgende de Placcaten van den selven Hove by den Rentmeester van d'exploicten vercoft sullen worden, Accorderende niettemin den voornoemde Requiranten Relief d'Appel sonder eenige clausule van inhibitie ofte surcheantie, Om jegens de voornoemde Gerequireerde ende gevouchde voorts te procederen tot cassatie van de voorsz placcaten, so haren goeden Raet gedragen sal, Blyvende niettemin t'selve placcaet in syn geheele effect ende vigeur.

In kennisse van my, ende was onderteyckent,

G. Schryvers.

Ex eodem.

Roerende de Gasthuysmeesters tot Wyck.

Alsoo Dirck *van* Oostrum *ende* Otto *de* With *als Gasthuysmeesters tot Wyck den Hove van Utrecht te kennen gegeven hadden, hoe dat sy (aengesien desen jegenwoordigen zeer dieren ende benauden tyt) geerne sekere quantiteyt van coorn coopen, ende distribueren souden den armen personen tot Wyck ende in de vryheyt van dien woonende, ende so sy geen liggende gelt en hadden, Begeerden daeromme by den Hove geauctoriseert te worden om op renten te mogen houden die somme van vier off vyff hondert gulden, so ist dat t'voorsz. Hoff bevindende t'versoeck van de Supplianten redelyck ende goet geauthoriseert hebben, ende authoriseren by desen den voornoemden* Dirck van Oostrum *ende* Otto de With *in de qualiteyt voorsz om te mogen vercoopen renten ter somme toe van vierhondert gulden tot XX. stuyvers Brabants t'stuck mits die penningen daer van comende employerende tot behouff van den rechten armen, ende daer van doende Rekeninge, bewys, ende reliqua t'allen tyden des vermaent synde,*

Aldus gedaen t'Utrecht den 22. Januar. 1557.

Ex eodem.

Decretement van sekere Ordonnantien voor Schout van Duyst ende Haer.

cap. 13. *Sane omnia placita coram Abbate seu ejus Nuncio infra portam atrii tenebuntur, & Sultetus cum consilio Abbatis substituetur.* Cœmiteria etiam sacra. Sed Ultrajecti in cœmiteriis etiam plebis conventus. Secessio etiam armata in S. Ioannis. Unde & *Campus famis*, ut Io. Bomelius *de bell. Ultraj.* Haud dubie quod nec fames truces animos & efferatos ad discedendum compelleret. Spatiosum olim id & amplum, & prato ei adjacente, vulgo *sint Johans velt*, spatiosius quam jam est. Unde & præter secessionem etiam plebis Comitia ibi. Et quidem quater quotannis. Ex veteri charta, *der Gilden brieff*, Ann. 1455. *Item so selmen op sinte Iohans Kerckoff tot ewiger dagen durende vier gemene morgenspraken alle jair hebben, te weten telken des eersten werkedages, na dat onser Stadt sysen vercoft wesen sellen, ende dair selmen dan lesen een ygelik in sinen gilde den gildebrieff, op dat den gemenen gildebroederen dat inhouden des briefs int hoeft blive, om een igelic hem daerna te rechten.* Siquis miretur, miretur etiam hoc, quod grassantibus olim bellis in vicis, in pagis, passim per Germaniam cœmiteria munita, in quæ rustici recipiebant se adversus hostis insultum. Quod horrea in his, in his cellæ, & suæ singulis apothecæ, quibus fruges a flammis tutæ. Nec in Germania tantum sed & alibi præsertim adversus crebros Normannorum insultus. Hincmarus in vita S. Remigii apud Surium: *Cum autem defuncto Ludovico Imperatore Aquitani gentilitia nobilitate, absque jugo Principis, prout quisque poterat se efferre, & ad invicem pugnare ac per continuos pagos debacchari cœperunt, pauperes homines substantiolas suas in ecclesiis reponere studerunt.* Add. Mutium *lib.* 21. *hist.* Sed securior ætas non tulit, etsi tamen non statim sed sensim id exolevit. Calixtus II. *Ecclesias*, inquit, *a laicis incastellari aut in servitutem redigi auctoritate Apostolica prohibemus.* Honorius Papa Tertius apud du Chesne *to.* 5. *hist. p.* 853. *Præsentium tibi auctoritate mandamus, quatinus ecclesias tua largitionis incastellatas excastellari facias, & incastellari de cetero non permittas.* Imo & alibi in ecclesiis, in cœmeteriis, in ambitu, tabernæ, merces, negotiatio. Quamvis sæpius id vetitum. Charta apud Lambec. *lib.* 2. *rer. Hamb. n.* 509. *Item quia domum Dei decet sanctitudo, non permittemus, quod institores & alii negotiatores suas negotiationes in ecclesiis seu capellis S. Anne majoris ecclesia exerceant, vel quod ibidem stent aut sedeant cum suis mercimoniis, nisi propter pluvias vel nives inopinatas &c.* Chapeavillius de *gest. Pontif. Leodiens.* in Gerardo a Groesbeeck *cap.* 20. *Cum Præsul adverteret Cathedralem ecclesiam jam pridem, non obstantibus pluribus tum suis tum prædecessorum suorum mandatis, quotidianis laicorum & ecclesiasticorum deambulationibus, confabulationibus, nec non procuratorum processibus, scriptionibus, stipulationibus, citationibus, appellationibus, aliisque innumeris ejusce generis actibus juridicis, nec*

non

non mercatorum negotiationibus per claustra ecclesiæ officinas aperientibus, mirum in modum profanari difformarique, Zelo domus Dei motus &c. severe edixit, nequis cujuscumque status aut conditionis ibi ambularet, confabularetur, litigaret, processus, aut contractus ullos formaret mercaretur ve &c.

Ende dede lange cleder an. Apud Snoyum est: *ac reliquo ornatus Canonicorum habitu &c.* Mitra scilicet, sandalis, chirothecis, annulis &c. Vid. *probat. hist. Trenorciens. apud Chifflet. p.* 358. Nec mirum. Ipse etiam Canonicus. In Statutis MS. majoris ecclesiæ: *Episcopus noster vocem in Capitulo nostro non habet, quamvis Canonicus noster præbendatus existat.* Necesse ergo, ut accederet decenti veste ut Canonicus. Virgis cæsus Canonicus, & cæsus a Decano, quod extranea cum collegis suis chorum intrasset. *Decanus*, ut Cantipratanus refert *lib. 2. apum cap. 39. convocavit Capitulum, & Radbodum objurgans, dixit: Surgite & satisfaciatis ecclesiæ, & dorsum ad disciplinam coram fratribus præparate, eo quod sine veste nuptiali chorum cum Canonicis contra Regulam introistis. Nec mora surgens & procumbens electus* (Catalaunensis) *vestes exuit, & a manu Decani validissimam disciplinam accepit.* Vestis Canonicorum rubra holoserica. Scilicet secularium, cujusmodi & Trajectini. Regularium vestis linea & ad talos demissa. Cappa nigra super scapulas & in dorsum extensa, præstans simul usum & cuculli & togæ. Chronic. Windesem. *lib. 1. cap. 23. Habitus Canonicorum regularium est vestis linea, sive toga linea, quam Romani roketum Romanum, Germani subtile, sarracium, sive scorlicium appellant. Rubra* dico *holoserica*, aut si non hæc saltem varia. Nam forsan aliquid speciale hic ob eminentiam dignitatis. Charta apud Miræum *lib. 1. don. Belg. cap. 137. Idemque investitus seu Præpositus, ut disparitas habitus, quatenus possibile fuerit, evitetur, in choro, in Capitulo, ad instar Decani & Canonicorum debet esse indutus superpellicio, similiter uti almutio vario canonicali.*

Den Landbrieff. Charta est admodum insignis Arnoldi van Hoern, & quæ, cum passim non extet, digna quæ inseratur hic. Ita autem se habet:

WY ARNT VAN HOERN BY DER GHENADEN GOEDS BISschop t'Utrecht maken cont allen luden, dat wy lyen ende bekennen, dat alsulcke bede als ons onse Ecclesy, Ridderen, Knechten ende Steden van onsen Gestichte van Utrecht gegeven hebben tot deser tyt, om rechter gonste willen gegeven hebben, onser Kercken Slote ende Ambochte aen dese syde der Ysele mede te losenen, mer van ghenen rechte, ende geloven in goeder trouwe onser Ecclesy, Ridderen, Knechten, Steden, ende den Gestichte van Utrecht voer ons ende voer onsen nacomelingen Bisscopen t'Utrecht ghene mergengelt, huysgelt, noch geenrehande ghemeyne scattinge meer te verghen. Voert zo hebben wy gheloeft voer ons ende voer onse nacome-

melinghe Bisscopen t'Utrecht voersz die Sloten ende Ambochten onser Kercken van Utrecht aen dese zide der Yselen nummermeer te bezwaren, noch te belasten, noch van den Gestichte te ontferren in gheenre tyd. Ende wanneer wy of onse nacomelinghen Bisscopen t'Utrecht voersz aflivich of des Gestichts quyt werden, zo zelmen die Slote ende Ambochte vry ende onbecommert overleveren den anderen Bisscop alse hys begeert, ende hi ontfaen is alse recht is, behoudelyc dat hi eerst confirmieren, zekeren, sweeren, ende loven zel die Slote ende Ambochte niet te beswaren, te belasten, noch te ontferren van den Gestichte voersz in gheenre tyt, ende daer op sine opene brieven geven, Voert so en sel wi of onse nacomelingen Bisscopen t'Utrecht voersz niemant borchsate setten in enich van onser Kercken Slote, noch Ambochte, noch hem die bevelen, hi en zi een welgeboren man, ende wel ghegoedet in den Gestichte ende geboren uyt den Gestichte, also datmen hem des geloven mach. Voert so sellen die borchsate ende Ambochtslude, die wi setten zellen in onser Kercken Slote ende Ambochte, eerst loven, sekeren, ende zweeren in den Capittel voer die Ecclesy, voer Ridderen, Knapen, Stadt ende Steden des Gestichts van Utrecht, tot behoeff des ghemeyns Gestichts van Utrecht voersz, ende daer op hoer open brieve gheven, die voersz Slote ende Ambochte niet te beswaren, noch te belasten meer dan voor een jaer benoemder pensi, die redelic is. Voert so en sel die borchsate of die ambochtsman, die nu in der tyt is, ende altoes voert die slote ende ambochte niet rumen noch overleveren, eer die ander die op dat slot of in sinen ambochte, dat hi te bewaren heeft, wesen zel, eerst geloeft, gezekert, ghesworen, ende syn open brieve gegeven heeft alse voersz is. Ende wi Bisscop of onse nacomelingen Bisscoppen voersz mogen die borchsate ende ambochtslude versetten alst ons genoecht, behoudelic dat dese voerwaerde voersz bliven zellen in alle hoerre machte. Voert waert dat die Stoel van Utrecht sonder Heer waer, of dat die Bisscop in der tyt niet ontfaen en waer, alse recht is, so selmen die voersz lofte doen in den Capittel in tegenwoordicheyt der Ecclesii, Ridderen, Knapen, ende Stat van Utrecht, alse voersz is, tot behoef des Bisscops, die toecomende is in der tyd, ende hem die Slote vry ende commerloes en de Ambochte overgeven, alse hi ontfaen is, ende dese voersz punten eerst gheloeft, ghezekert, ende gesworen heeft, ende zyn opene brieven daer op gegeven heeft. Voort zellen wi ende onse nacomelingen Bisscoppen voersz alle man lantrecht doen, alse in onsen Gestichte gelegen is, behoudelyc dat die Ecclesy ende elc gheestelic persoen na sinen staet daer te rechte sta, daer hi van gewoenten sculdich is te recht te staen, ende nyemant vangen noch zyn ghoet nemen tegens lantrechte, ten waer dat hi mit rechte ende mit oordele eerst verwonnen waer. Ende waert dat enighe welgeboren luden rechts voor ons te doen hadden, die oerdeel en zel wi nyemant vraghen dan welgeboren luden, ende die oerdeel die men voor ons wisen zel, die en zel nyemant

worden

worden beropen vander partyen weghen, dan die partye dient oerdeel tegen gaet. Voert so en sel wi of onse nacomelinghen voersz geenrehande oerloghe aennemen, wi en haddent eerst vervolget bi onser Ecclesien, Ridderen, Knapen, ende Steden van Utrecht, alse van outs recht is, ende geweest heeft. Ende alle dese voersz. punten hebben WI AERNT VAN HOERN *Bisschop t'Utrecht voersz. gheloeft, ghezekert, ende gesworen wittelick ende wel te houden ende niet te breken in gheenre manieren, ende wi Dekene ende Capittele der Ecclesy, Ridderen, Knechten, Stat ende ghemene Steden des Stichts van Utrecht te samen gewilcoert, ende malcandren gheloeft in goeden trouwen alle die punten die in desen brief beschreven staen vast ende stade te houden ende te houden doen. Ende waert sake dat wi* AERND *Bisscop voersz. of onse nacomelinghen enich van desen voersz. punten verbraken, of nyet en hielden, so kenne wi, dat nyemant voer ons noch voer onse ambochtsluden sculdich is te rechte te staen, noch te dienste te comen, noch ons hoersamich te wesen ter tyt toe, dat wi alle dese voersz. punten vol ende al gehouden hadden. Ende waert dat enich borchsate of ambochtsman die inder tyt waer enich van desen voersz. punten verbraken, of nyet en hielden, dat dien die dese punten brake, wi Bisscop off onse ambochtsluyden in der tyt hen ghene recht doen en zellen, ende dat hem nyemant te rechte staen en zel, ende ghene oordeel over nyemant en zel hi mogen gheven of helpen gheven, ende daer zel wi Bisscop, Ridderen, Knapen, Stat, ende Steden voersz. teghen vallen ter tyt toe, dat hi alle dese voersz punten ghehouden hadde, ende men des zeker ende wisse waer. Ende alle dese voersz vorwaerden zellen staen sonder enigherhande argelist. Ende op dat alle dese voersz punten vast ende stade bliven ende onverbroken, zo hebben wi Aernt van Hoern Bisscop, Dekene ende Capittele der Kercken van den Doem, van Oudemunster, van sante Peter, van sante Iohan, van sante Marien t'Utrecht, Giselbrecht Heer van Abcoude ende van Duersteden, Zueder van Abcoude Heer van Putten ende van Strienen, Iohan Heer van Culenborch ende vander Lecke, Giselbrecht Heer van Vianen ende van den Goye, Zueder Borchgrave van Montfoerde, Heynric die Rover van Montfoerde, Zweder van Vyanen, Iohan van Rynesse, Ghiselbrecht van Sterckenborch, Vrederic uten Hamme, Gheryd van Polanen, Dirc van Zulen, Peter uten Hamme, Iohan van Heerlaer, Zweder van Bloemensteyne, Ghiselbrecht van Herdenbroec, Otto van Scoenouwen, Beernt uten Enghe, Steven van Zulen Ridders, Splinter van Loenresloet, Alfuer van der Horst, Henric van Haerlem, Vrederic Zoude van den Ryn, Iohan Zulen, Iohan van Amerongen, Willam Zuermont van Hyndersteyn, Vrederic van Zulen, Bokel van der Haer, Dirc van Houdaen, Willam van Vloeten, Willam van Vronesteyn, Iacob vander A, Gheryt vander A, Ghiselbrecht die Wolf, Philips van Werdensteyn, Aernd van Lunenborch, Iohan over de Vecht Knapen, Ende wi*

Stat van Utrecht ende Steden des Gestichts van Utrecht voersz, alse Amersfoerde ende Renen, onse Zeghelle aen desen brieff gehanghen tot euen oercoude. Ende al waer dat Zake dat aen desen brief een Zeghel of meer gebrake, nochtans soude dese brieff bliven in alle Ziure machte ghelikerwys of hi vol ende al besegelt waer. Ende desen brieve is meer alleens sprekende. Ghegheven int jaer ons Heeren Dusent drie hondert vyf ende tseventich des donredaghes na sunte Servaes dach t'Utrecht.

Et hæc charta est, in quam deinceps jurejurando sequentes etiam adacti. Florentius van Wevelichoven Ann. 1379. dominica post Simonis & Judæ, Fredericus van Blanckenheim Ann. 1393. Iovis post Simonis & Judæ 14. Novemb. Zuederus van Culenburch Ann. 1425. 18. Augusti. Rudolphus van Diephold Ann. 1477. 4. Ianuar. ut Postulatus, & iterum Ann. 1433. Veneris post Pauli conversionem, cum confirmatus a Papa. David Burgundus Ann. 1456. 6. August. Fredericus van Baden Ann. 1496. 8. Novemb. Philippus Burgundus Ann. 1517. Martis post dominicam vocem 19. May. Henricus Bavarus Ann. 1523. 5. Novembr.

Besegelde ende beswoer. Postquam civitati præstitisset juramentum, Ordinibus rursum præstitit in aulam ductus, in Capitulum majoris ecclesiæ. Prælati ibi aderant. Equester ordo & Senatorius. Per Decanum vocati. Sed postquam Cæsari transcriptum diœcesis dominium, aliud Præsul præstitit juramentum, aliud Cæsar, & successor ejus Philippus Hispaniarum Rex, Præsul tantum clero. Cæsar etiam Ordinibus. Ex schedis MSS.

Die Domdeken Heer Adriaen van Renesse *heeft op Donderdach den 3. Octob. 1549. Philips Prins van Hispanien &c. in den Dom t'Utrecht uyten naem van den Biscop* Georg van Egmont *daer present, ende die Pralaten, ende vyff Godshuysen met een Latynse oratie willecom geheten, ende s'anderendaechs dede hy wederom voor de Coninginne Vrou* Maria *uten naem van de drie Staten een Oratie, ende daerna insgelyx noch een Oratie voer den voersz Prins in zyn Hoff ten huyse van den Deken van Sint Ian* Nykirken, *uten naem voersz. ende daerna als die Prins misse gehoort had in den Doem, zyn Hoocheyt noch staende in zyn Oratorio int Choer, zyn die drie Staten by hem gecomen, ende door den mont van den voornoemden Domdeken aen hem versocht den voersz. Staten te willen den eed doen, in forma als den Domdeken hem deselfde in zyn handen in Latyn op pampier geschreven, leverden. Welcken eet hy op ten H. Evangelio doen dede &c.*

For-

Formulam Pontus Heuterus habet *lib. 9. rer. Austr. cap. ult. Ego Philippus Dei gratia Princeps Hispaniarum &c. promitto ac juro ad hac sancta Dei Evangelia, me Antistitem, Pralatos, ac Capitula ecclesia Ultrajectina, totumque ordinem ecclesiasticum, sanctam ecclesiam Catholicam ac Romanam, nec non Nobiles, Civitates, atque Oppida, omnesque dicta Provincia incolas, eorumque bona ac fortunas, ab omni vi, oppressione, atque invasione protecturum, eorumque jura, privilegia, immunitates, ac consuetudines conservaturum, & adversus quosvis defensurum, tum etiam per universam ditionem me aqua ratione jus dicturum, administraturumque; denique ea omnia facturum, qua bonum probumque Principem decent: ita me Deus omnesque Divi adjuvent.*

Antistitis juramentum deinceps ejusmodi: Ex primo Curiæ Memoriali:

Eedt die den Bisscop van Utrecht voertaen naer die translatie van de temporaliteyt des lants van Utrecht volgende d'Ordonnantie van den Keyser nu Erfhere der selver Landen doen sal den vyf Godshuysen ende Geestelickheyt van Utrecht.

Also overmits die translatie van de temporaliteyt der Stadt, Steden, ende Landen van Utrecht tot profyte van de Keyserlicke Majesteyt, synen erven, ende nakomelingen, Hertoghen, ende Hertoginnen van Brabant, Graven ende Gravinnen van Hollant, int accepteren van den Eerwaerdigen Heere, Heere Willem van Enckevoert, *Cardinael van Derthusen tot den Bisdomme van Utrecht, op de forme ende alteratie van den eedt, die hy ende syne nacomelingen Bisschoppen van Utrecht, in haer admissien den vyf Godshuysen souden doen, questie ende gescheel geweest is tot desen daghe toe, Ende dat eyndelick Keyserlycke Majesteyt onsen aldergenadichsten Heere ende Landfurst opte voerschreve differenten den XI. dach van dese maent syn verklaringe gedaen heeft, hebben die Prælaten, Dekenen, ende Capittelen van de vyff Godshuysen, achtervolgende de voerschreven Ordonnantie der Keyserlicke Majesteyt, daer op gedaen, belieft, ende geconsenteert, believen, ende consenteren mits desen, dat van nue voertaen alle toecomende Bisschoppen van Utrecht by de Keyserlicke Majesteyt als Hertoge van Brabant, Grave van Hollant, ende Heere der Stadt, Steden, ende Lande van Utrecht genomineert,*

ende by der Kercke van Utrecht gecoren ende ontfangen, alleen den Eedt hier naervolgende doen sullen, te weten:

Iura ecclesiæ meæ *conservabo illibata, libertatem exemptionis hactenus habitam & observatam per civitatem & diœcesim Trajectensem nunquam infringam, nulla importuna petitione ecclesias meas gravabo, & unumquemque de jurisdictione mea existentem in suis privilegiis & libertatibus conservabo, eaque non infringam, res ecclesiæ & quascunque possessiones episcopales nullatenus alienabo sine communi consilio, & expresso & libero consensu Prælatorum & cleri. Per præmissa tamen non intendo derogare, aut aliquo modo præjudicium generare translationi temporalitatis in Cæsaream Majestatem tanquam Ducem Brabantiæ & Comitem Hollandiæ factæ juxta* Bullarii Apostolici *desuper confecti tenorem. Et hæc fideliter & firmiter observabo. Sic me deus adjuvet, & omnes sancti, fidesque sanctorum Evangeliorum.*

Ende desen Eedt aldus gedaen hebbende en sullen de vyf Godshuysen van de toecomende Bisschoppen van Utrecht geen vorder particulier articulen van eeden eysschen, maer den selven toecomenden Bisschoppen dies voortaen ongemoeyt laten, nochtans alle Statuyten, privilegien ende gewoonten der vyff Godshuysen voorsz, so verre sy goet ende deuchdelyck syn, ende sy deuchdelyck daer van gebruyckt hebben, in heure waerden blyvende. Actum in den kleynen Capittel huyse ten Doem t'Utrecht, int jaer ons Heeren duysent vyf hondert ende een en dertich op den XVIII. *dach in Junio. Onderstont geschreven*

Extracta est præsens Copia per me Notarium infra scriptum ex libro juramentorum ecclesiæ Trajectensis, & diligenter collationata concordat cum eodem, teste me Wilh. de superiori Trajecto Notario. *Noch onderschreven: Collationata est præsens præscripta Copia ex libro juramentorum majoris ecclesiæ Trajectensis extracta, & exemplata concordat de verbo ad verbum, quod ego Notarius publicus infra scriptus attestor manu & signo meis propriis.* Jo. de Goch Notar.

Sic post multas altercationes, post multa hinc inde discussa & tractata tandem placuit. Ægre enim clerus & vix tandem consensit, ut, quamvis regimen mutatum, * vetus formula mutaretur, vel ex ea pauxillum quid, ut ex iis satis patet, quæ in eodem Memoriali:

* Vid. *supr. cap.* 12.

Bo-

Doleantie by de Domdeeckenen ende andere de Keyserlicke Majesteyt overgegeven van wegen de vyf Godshuysen &c. met dappoinctementen door bevel van deselve Majesteyt daer op gegeven Ann. XVc XXXI.

Alsoo de Keysel. Maj. by t'schryven van den Heere van Borchival *by relatie van den eersten Raedt ende anders geadverteert is, dat die Domdeecken tot diversche stonden gesommeert synde om syn Majesteyts believte te volkomen des onwillich geweest is, heeft men jegens hem van dese executie moeten useren, niettemin en is die meeninge van de Keyserl. Maj. niet, dat gemelte executien geuseert sullen worden jegens die Geestelikheyt in alle andere saacken, ende meent oock wel, dat sy luyden in toekomende tyden, daer toe geen occasie en sullen willen geven.*

Dat den Stalthouder den seventienden Aprilis, ende daer na den vierentwintichsten Maji lestleden den Provoost met Hellebardiers ende Cluyvers in het huys van den Domdeecken gesonden heeft, die seyden last te hebben daer te blyven, tot dat antwoort by den Domdeecken ende Kercke gegeven soude wesen op het registreren van den eedt van den Bisschop &c.

Ex eodem Memoriali.

Op den dach van huyden heeft Willhelmus van Mastricht *Notaris van de Domkercke t'Utrecht in presentie van myn Heeren van den Raede bekent, dat hy d'articulen roerende den Eedt van den Bisschop uyt bevel van de vyff Godshuysen geregistreert hadde, ende soude deselve myne Heeren van den Raede achtervolgende het bevel van de Keyserlicke Majesteyt ende syn voorgaende belofte daer van overgebracht hebben, ende sulex hadde hy die gisteren gecopieert ende geauctentiseert om desen Hove over te leveren, ende geleyt voor de Heeren int Capittel, maer die vant Capittel waren op gisteren van een ander sinne geworden, belastende hem in geschrifte te setten het geene hier na volcht, ende t'selve in den avont te brengen ten huyse van Mr.* Jasper van Hoochlandt *eerste Raedt, het welck hy gedaen heeft. Actum t'Utrecht opden vierentwientichsten Maji Ann. XVc ende dertich.*

Anno millesimo trecentesimo primo XXIII. *Maji hora vespertina Capitulo indicto.*

Venerabiles domini Prælati, Decani, & Capitularis quisque ecclesiasticus Trajectensis, Capitulariter congregati, & matura deliberatione prahabita concluserunt, quod in vim juramenti per Episcopos Deo & ecclesia præstiti & de jure non possunt consentire in registratione articulorum juramenti episcopalis in ea forma, qua nuper fuerunt ex Curia Cæsarea Majestatis missi. Subscriptum Wilhelmus.

Sed transactum non diu post. Ex eodem Memoriali:

Also op de veranderinge van den Eedt des Bisschops van Utrecht langh questie is geweest, op de welcke by die Keyserlicke Majesteyt als erf heer s'Lants van Utrecht, na in syn secreten Raede gesien is geweest, t'gunt van wegen de vyf Godshuysen binnen Utrecht daer op geschreven was, geordineert is seecker form met restrictie ende immutatie, als by Stadthouder ende Raedt van Utrecht, die d'executie gecommitteert was de Gedeputeerde van de vyf Godshuysen in geschrifte overgelevert was. Waer op deselve Gedeputeerden noch swaricheyt gemaeckt hebben, ende eyndelyck naer deliberatie in hare Capittelen daer op gehadt, hebben op huyden by deselve hare Gedeputeerden voor Stadthouder ende Raedt voorsz doen verklaren, dat om af te doen alle die questien vallende op d'alteratie van de particuliere articulen van den voorsz eedt sy te vreden waren, dat die Bisschoppen van Utrecht in toekomende tyden geen ander eedt doen en souden dan den generalen eedt, vervolgens die form van wegen die Keyserlycke Majesteyt den selven vyf Godshuysen binnen s'jaers overgesonden hier na geincorporeert, Jura ecclesiæ meæ conservabo illibata &c. Prorsus ut supra. & mox: *Begeerende dat myn Heer den Stadthouder ende Raedt daer mede souden willen te vreden sijn. Waer op by myn Heere den Stadthouder ende Raeden voorsz deselve Gedeputeerden ter antwoort gegeven is, dat also by de Keyserlycke Majesteyt Ordinantie gemaeckt is op den voorgaenden eedt als voorsz is, hemlieden niet mogelyck en was die Ordinantie te infringeren, ofte te altereren, nochtans so veel in hem is hebben met de voorgaende presentatie van de voorsz vyf Godthuysen te vreden geweest, so verre die selve vyf Godtshuysen* Capitulariter *deden verklaren, dat sy nu noch in toekomende tyden de Bisschoppen van Utrecht geen van de particuliere articulen van den eed, die sy seggen de voor Bisschoppen gedaen te hebben, die nae Bisschoppen die in toekomende tyden wesen sullen, voorleggen, nochte van hem begeeren en sullen, maer sullen te vrede syn alleen met den generalen eedt, ende t'selfde in haer registre doen registreren, ende dit al onder correctie ende die goede geliefte der Keyserlicke Majesteyt. Actum t'Utrecht den 27. May. Ann. 1531. Ende was onderteeckent,*

teeckent, Io. Slacheck *Præpositus.* Iohannes de Vorst *sub beneplacito dominorum meorum. Simili modo ego* Io. Ingewinckel *Præpositus S. Iohannis Trajectensis. Pariformiter ego* G. de Suggerode *Decanus sancti Salvatoris.* Nikercken *Decanus sancti Iohannis.* Hermannus *Decanus beatæ Mariæ. Ita est:* Io. de Winsem. *Ende geschiede in presentie des Stadthouders, eerste, ende andere Raeden van den Keyser in den Hove Provinciael van Utrecht.*

Mutatum quidem regimen, sed ferro Cæsaris, vi, & armis, & si quod res est licet dicere, translatio dominii metu etiam extorta. Electio cleri olim libera. Sustulit Cæsar libertatem. Ad nutum Cæsaris dein facta. Iurabat olim episcopus: *Iura ecclesiæ meæ conservabo illibata, libertatem electionis & exemptionis hactenus habitam & observatam per diœcesim Trajectensem nunquam infringam, aut infringi permittam, &c* Delevit illud *electionis* Cæsar rerum potitus. Omnis hinc difficultas. Nam & ægre id admodum clerus tulit, ut † demonstratum jam supra, etsi metu in conditiones, quæ sequuntur, consensit. † *Vid supr. cap.* 41.

Copye.

Die Keyser sal die Kercken, geestelycke persoonen ende hare goeden houden in haer rechten, privilegien, ende vryheiden, daer af zy deuchdelicken genseert ende gebruyckt hebben, ende sulcx sullen blyven in hare privilegien van de exemptien, collatien, institutien, immuniteyten, gebeurte, ende tour van te confereren in haer maenden, Wel verstaende dat sy luyden geen Bisschop dan by nominatie van den Keyser ofte Dekenen kiesen en sullen dan den genen, die de Keyserl. Majesteyt, ende synen nacomelingen als Hertogen van Brabant ende Graven van Hollant, Heeren ende Vrouwen van den Lande van Utrecht accept ende bequaem sullen wesen, ende sullen heure goeden mit geene contributie belast ofte beswaert worden, dan na alle redelicheyt ende gelegentheyt van den saecken behoren sall, Onderstont, Geextraheert uyt een Register rustende in de Charteren der Kercke van den Doem t'Utrecht fol. xxi. *ende is bevonden daermede concorderende by my, ende was ondertekent*, Bommel *Notar.*

Gecollationeert jegens sekere extract authentycq geschreven in pampier, ende onderteeckent als boven, ende is bevonden daer mede te accorderen by my onderschreven Notaris publycq by den Hove van Utrecht ter exercitie vant Notarisschap geadmitteert &c.

C A-

CAPUT XLVIII.

Etiam Cæsar Canonicus. Etiam Papa &c. Præbenda aut plena aut semiplena. Cæsaris Regia. Imperialis. Preces primariæ. Præbendarii Imperii. An quid dandum pro introitu. Vinum admissionis. De officio ductoris Asini. Formula juramenti a Canonicis præstiti. Formula ejus, quod præstabat olim pistor Capituli. Formula item quod Architatomus, Tector & Vitrifex.

Non est autem, quod miretur quis, quod ipse Antistes etiam Canonicus. Canonici genus hominum non vile aut obscurum, sed illustre & magnificum. Nobiles maximam partem. Duces etiam & Comites. Tempus quo Leodii in ecclesia S. Lamberti novem regum filii, Ducum quatuordecim, Comitum XXXIX. Baronum VII. quorum nomina apud Chapeavillium ad Ægid. Aur. vall. monachum *de gest. Pontif. Leodiens. cap* 27. Charta Henrici V. apud Chapeavill. ad eund. *d. lib. cap.* 19. *Rediens de expeditione &c. Leodium veni, ubi decenter & honorifice ecclesiæ occursu exceptus, & in conventu fratrum frater ipse effectus &c.* Etiam Papa ipse. Morientis etiam Papali mense præbenda ad Papam devoluta. Nec Ultrajecti tantum. Etiam alibi, Chapeavill. *de gest. Pontif. Leodiens. in Gerard. a Groesbeeck cap. 2. Septembris* 14. *Pius* 4. *Pontifex Max. meritis Præsulis inductus & provocatus gratiose indulget, ut quæcunque beneficia ecclesiastica diœcesis Leodiensis ad suam collationem ordinariam pertinentia, vacantia in mensibus S. Sanctitati reservatis, personis idoneis sibi gratis, sub certis modo & forma in indulto expressis conferre & de iisdem providere possit. Quale deinceps indultum & Ernestus Ferdinandusque Præsules propter sua in ecclesiam benemerita obtinuerunt.* Ceteris præbenda aut plena, aut semiplena. Nam & † *Semipræbendæ*, ut & Semicanonici, ut in charta Urbani Papæ VIII. Ann. 1623. apud Chiffletium in *probationib. hist. monast. Trenorciens. Ac sex Semicanonicatus & totidem semipræbendas pro sex Semicanonicis, qui una cum Decano, Cantore, Thesaurario ac Canonicis integris Capitulum ipsius collegiatæ ecclesiæ constituerent, ac tam ipsi quam Semicanonici prædicti &c.* Nec uni tantum una. Spreto jure Canonum *c. de multa x. de præbend. c. proposuit ult.* Altesferr. *x. de concess. præbend.* eidem etiam plures, ut vel ex charta hac satis patet.

† In singulis Capitulis quot Ultrajecti præbendæ olim vid. Matth. van der Houve *Hantvest Chronyck lib.* 1. *cap.* 12. Mart. Schoock. *de bon. vulg. ecclesiast. sect.* 3. *cap.* 3.

Wy

WY ROEDOLPH BIDER GENADEN GOITS BISSCHOP TOT UTrecht maken kondt allen luden, Alsoe als wy vermits onser Bisscoplicker macht Heeren Johan Proeys wyleneer Doemdeken t'Utrecht omme sekere rechtveerdige ende redelike sake ende misdaden wille richtelike ontsat ende gepriviert hebben in tegenwoirdicheyt Prelaten ende Capittelen onser vyff Goitshuysen van alle synen geestelicken leven ende beneficien mit namen Dekenye ende proeven in den Doem, van synen proeven tsant Iohans ende tsant Marien t'Utrecht ende anderen beneficien, Ende want dan die Eerbare Deken ende Capittel onser kerken tsant Iohans voersz die onsettinge ende privatie alse van des voersz Heeren Iohans Proeys proeven in hoere kercken admittiert ende toegelaten hebben, ende die selve proeven alse open ende ledich geworden in hoere maent gegeven ende daermede versien hebben omme onser bede wille Heeren Johan van Wyc, Soe geloven wy voir ons ende onsen nacomelingen Bisscopen tot Utrecht, of die voirsz. Heer Johan Proeys enige moeyenisse, krot, hinder, gewelt, off schade daer omme kierende worde op off aen Proest, Deken ende Capittel voersz, of hoere kercken goede, wair die gelegen syn, dat wy sie scadeloes dair aff houden sullen, ende willen hoere ende hoere kercken goede daer inne voerstaen, verantwoirden, ende beschermen op onser coste, gelyc ons selfs guede sonder argelist. Des tot oirkonde hebben wy onsen segel aen desen brieff doen hangen. Gegeven tot Utrecht int jair onss Heeren Dusent vier hondert negen ende viertich opten tienden dach in der maent van Meye.

Cæsaris dicta Imperialis. Duobus sacerdotibus, qui pro salute ipsius & imperii Deum jugiter exorarent, concedi ab eo solita. Docet charta inedita, quæ ita se habet:

Privilegium Dñi Henrici Regis Romanorum super instituendo duos sacerdotes per Decanum Trajectensem in prebenda Imperii.

HENRICUS divina favente clementia Romanorum Imperator & semper Augustus & Rex Siciliæ, Dilectis fidelibus suis, Præposito, Decano, totique Capitulo sancti Martini majoris ecclesiæ Trajectensis, Gratiam, favorem, & omne bonum. Quum antiquissimis retroactis temporibus Romanorum Reges & Imperatores antecessores nostri vestram sunt experti devotionem, eo quod communi electione & Canonica Regem Romanorum seu Imperatorem pro tempore existentem, & eorum successores, in Canonicum ecclesiæ vestræ & in fratrem elegistis, faciendo prebendam ipsius debitam officiari per duos sacerdotes a Rege seu Imperatore instituendos, qui pro Regibus, Imperatoribus, & tranquillitate pacis Regni Dñum incessanter exorarent, Proinde & nostra Imperiali excellentia vestram ecclesiam protectione tue-

tuebimur speciali. Verum quia nostra excellentia innotuit, quod mortuis sacerdotibus prædictis, Regibusque & Imperatoribus in remotis agentibus, neglectum est hujusmodi in vestra ecclesia instituere sacerdotes. Et cum de his, quæ ad Deum sunt, major a nobis diligentia requiritur, Nolentes per hujusmodi negligentiam ecclesiam vestram debitis in hac parte privari obsequiis, Regia auctoritate statuimus, ut stipendium prebenda nobis assignata per manum Theoderici Decani ipsius majoris ecclesiæ, ejusque successoribus in perpetuum duobus sacerdotibus conferatur, qui illud deservire, &, ut præmittitur, pro nostra salute & Imperii tranquillitate ydonei existant Dñum exorare. Et ut hæc rata maneant, & inconvulsa perpetuo teneantur, Sigilli nostri impressione hanc cartam jussimus insigniri. Datum Anno Regni nostri XI. *Indictione* VI. *mensis Maji die decima quinta, in Christi nomine, Amen.*

Præbendarii hi Imperii: Unde & titulus in Statutis majoris ecclesiæ: *De officio præbendariorum Imperii.* Et in Statutis S. Petri: *De collatione prebenda Imperialis.* Inscriptio Ultrajacti in æde S. Mariæ: *Ann.* MCCCCXC. *die sancta Barbara, quarte Decembris obiit honorabilis vir Dñs Henricus de Wyck Canonicus præbendatus imperialis in hac ecclesia. Requiescat in pace.* Alia ibid. *Obierunt venerabiles viri ac Dñi semipræbendati episcopales hujus ecclesiæ hic sepulti, Henricus de Vollenho Ann. Dñi* MDII. *die* 16. *mensis Novembris, & Wilhelmus Preys Ann. Dni* MDXXV. *die* X. *Novemb. Ætatis suæ* LXXXI. *Requiescant in pace.*

Nec id infra dignitatem aut majestatem Cæsaream. Cæsar Romæ etiam, Argentorati, & Aquisgrani Canonicus. Canonicus S. Petri Romæ simulac coronatus. Sed & ibi præbenda ab eo aliis concessa. Regalis dicta Argentorati. Mutius *lib.* 14. *hist.* de Henrico II. *Cum forte Argentinæ esset aliquando, ceremoniaque & preces sacerdotum illi arriderent, consors eorum regulæ, ut sic loquamur, factus est: sed instituta pro sacerdote viro proba vitæ prebenda, qui regis in sacris esset vicarius &c. Ea prebenda Argentinæ ad nostram usque ætatem vocata est regalis.* De Friderico III. Idem 29. *hist. Alba vestitus in album Canonicorum B. Petri est acceptus, hocque modo Canonicus factus.* Gesta coronationis Maximiliani apud Freherum: *Item venerunt Capitulares ecclesiæ Aquensis, recipientes regem Romanorum in Canonicum, qui ipsis præstitit juramentum, quoad prebendam hanc in eadem ecclesia, & dederunt sibi locum in choro: ipse etiam dedit statuta &* vinum admissionis, *juxta consuetudinem ecclesiæ, & habet duos vicarios in loco, qui capiunt integram prebendam, & supplent locum suum in ecclesia.* Durand. *lib.* 2. *Rational. tit.* 8.

Nec id tantum notandum, sed & dignum, quod notetur hic, quod Cæsar simulac coronatus ex veteri consuetudine in omnibus per Germaniam cathedra-

thedralibus ecclesiis, atque etiam in monasteriis jus habeat & facultatem unius Canonici, quem collegium recipere debeat, pro arbitrio nominandi, *Primarias* vocant *preces*. Sed, ut clarius res innotescat, Caroli IV. diploma addam:

Karolus Dei gratia Romanorum rex semper Augustus & Bohemiæ Rex, honorabilibus Præposito & conventui Canonicorum regularium monasterii in Revengersburch *ordinis S. Augustini Moguntinæ diœceseos devotis nostris dilectis gratiam regiam & omne bonum. Assumpti divinitus quamvis insufficientibus meritis ad culmen regiæ dignitatis libenter personas ecclesiasticas promovemus, ipsisque gratiam nobis a Deo collatam gratiosius impertimur. Cum itaque nobis tam de jure quam antiqua & approbata consuetudine a divis Romanorum Imperatoribus & Regibus prædecessoribus nostris hactenus observata competat, quod ex coronationis nostræ solenniis ad Romanorum regnum, quæ in nobis nutu divino dudum sunt completa, in quolibet monasterio in Imperio constituto unam tantum personam virtute primariarum precum nostrarum ad beneficium ecclesiasticum facere possimus promoveri, Hinc est quod pro dilecto nobis* Petro Conradi de Dysle *presbytero devoto nostro dilecto vobis primarias dirigimus preces nostras, & devotionem vestram attento studio inquirimus & hortamur, vobis nihilominus per regalia sceptra mandantes, quatenus præfato Petro aut ipsius procuratori ac nomine & vice ipsius de beneficio ecclesiastico cum cura vel sine cura quod vacat ad præsens, vel quod primum vacaverit, ad vestram præsentationem, collationem, seu quamvis aliam dispositionem spectans, in quacunque diœcesi aut Moguntina aut Treverensi, aut aliis quibuscunque diœcesibus hujusmodi beneficium constitutum fuerit, autoritate & virtute primariarum precum nostrarum providere debeatis, quavis contradictione cessante, dummodo vobis pro alia persona prius non dixerimus preces nostras: jus nostrum & dictam consuetudinem in præmissis nobis taliter servaturi, prout jura, gratias, & liberalitates vobis & dicto vestro monasterio a divis Romanorum Impp. & Regibus prædecessoribus nostris datas & concessas nos delectet non minuere sed augere, præsentium sub nostræ majestatis sigillo testimonio literarum. Datum Spiræ Anno Domini* MCCCL. *tertio, Indictione sexta, 6. Kal. Decemb. regnorum nostrorum Anno octavo.*

Bis Imp. potest jure eo uti, cum factus Rex Romanorum, & iterum cum Imp. Vid. Gobelin. Person. *Cosmodr. ætat. 6. cap. 94. fin.* Freher. ad Petr. de Andlo *de imp. Rom. lib. 2. cap. 6.*

Quod ad vinum admissionis, cujus obiter statim mentio, charta hæc necdum edita:

Universis præsentes literas inspecturis Decanus & Capitulum ecclesiæ Trajectensis Salutem in domino sempiternam. Cum de antiqua & hactenus in ecclesia nostra

 observata

observata consuetudine is qui in dicta ecclesia nostra noviter in Canonicum quavis auctoritate recipitur, vel electione aut alio quovis modo quacunque auctoritate assumitur, vel admittitur in Prælatum, vinum Decano & Canonicis capitularibus, qui receptioni, assumptioni, vel admissioni suæ interfuerunt, liberaliter dare consueverit, fueritque postmodum per Decanum & Capitulum juxta dictam consuetudinem inter alia statuta declaratum, quod qui vinum in sua receptione non dedisset, de vino solvendo per receptos vel assumptos prædictos nullam recipit portionem. Diversi statutum ipsum diversimode pro sua interpretantes libito voluntatis. Nos igitur omnem dubitationem circa consuetudinem & statutum hujusmodi exortam amovere volentes declarando, Dicimus quod is qui recipitur quavis auctoritate in Canonicum sex, is vero, qui in prælatum dictæ ecclesiæ nostræ qualitercunque quavis auctoritate assumitur vel admittitur, duodecim Amas boni vini Renensis, mensura civitatis Trajectensis Decano & Canonicis actu capitularibus, qui receptioni interfuerunt, vel excusantur ex causa liberaliter & absque difficultate qualibet solvere debebit in civitate Trajectensi suis propriis laboribus, periculis, sumptibus, & expensis. Statuentes quod vinum prædictum infra sex menses a tempore, quo ipsius prælaturæ, vel Canonicatus, seu præbendæ fructus aliquis consuetudine, privilegio, indulgentia, gratia, vel alio quovis modo percipere incepit pacifice per se, vel per alium, vel per eum stetit, quo minus percipiat, & de præsenti statuto certificatus fuit, juxta consuetudinem teneatur solvere supradictam. Et si dictum vinum non solverit, ut est dictum, ex tunc pœnam XII. librarum pro fibulis, cappis sericis, & aliis ornamentis ecclesiæ nostræ comparandis solvendam, eo ipso sine spe remissionis pœnæ hujusmodi, quam nisi cum sorte principali infra alios sex menses, dictos sex menses immediate sequentes, omnino cum integritate solvat, extunc ad majora beneficia per Capitulum nostrum in nostra non promoveatur ecclesia, nullumque sibi officium ecclesiæ nostræ quantumcunque modicum committatur, bastonus nec ulla gratia sibi a Capitulo nostro concedatur. Et nichilominus Camerarius noster major de fructibus Canonicatus seu præbendæ vel prælaturæ sibi tam in vita quam post mortem in dicta ecclesia qualitercunque competentibus, usque ad summam XL. librarum nomine vini & sortis principalis, & XII. librarum nomine pœnæ, præsentis statuti auctoritate, & Capituli nostri nomine recipiat, colligat, & imburset per nos in solutionem dicti vini, & ad usus superius expressos, prout expediens fuit, convertendam. Et si in prædictis per Camerarium nostrum, ut præmittitur, colligendis obstaculum malitiose aliquod per se vel alium interposuerit, statutum contra Canonicos, qui bona, redditus, & pacta ex commisso Capituli recipiunt, vel non ex commisso propria temeritate invadunt, & debito tempore non restituunt, editum, contra ipsum penitus

tus observetur. &c. Datum Ann. MCCCXXVII. *in vigilia Annunciationis beatæ Mariæ virginis.*

Pacta hic *pachten*, mercedes locationum. Charta Ann. 1287. *Universis præsentia visuris & audituris, Ego Rudolfus dictus Koc miles notum facio, quod decimas de Hyre & Oppine tam majores quam minutas, & decimam, quam Gosewinus dictus Halle habuit a Decano & Capitulo ecclesiæ sancti Iohannis Trajectensis in pacto recepi ad quinquaginta & octo annos immediate subsequentes &c.* Charta Ann. 1417. *Quatenus recepimus in emphyteosim & perpetuum pactum quendam agrum &c. circa terras, quas Civitas Trajectensis a domino Præposito & ecclesia sancti Iohannis præfata possidet in pactum & perpetuam pensionem, pro perpetuo pacto sive hereditaria pensione sex loet boni & legalis argenti &c. Bastonus* virgula. *Bastonarius*, qui eam gestat. In eodem statuto: *ut prælati, vel bastonarii defuncti &c.* Si quæratur, quis dicatur sic. Titulus extat in eodem libro; *De officio ductoris Asini. Ad officium illius pertinet parare sub expensis Capituli ea, quæ sunt necessaria ad productionem stellæ die Epiphaniæ domini, & producere eam. Item ea, quæ sunt necessaria ad productionem asini die palmarum & præparare illud. Item pertinet ad eundem cum virgula incedere post prælatos nostros in processionibus cum incedunt. Et est officium laicale, & de isto reperitur in libro Cameræ. &c.* Inscriptio Ultrajecti ad valvas Academiæ: *Hier leyt begraven Mattheus Radic Roeydrager deser Kercken. Int jaer ons Heeren* 1506. XIX. *August.*

Sed quod ad vinum, vetus id institutum. Solenne epulum dabatur, *pastus* nomine aut *pastelli*, *can. nullus Abbas. can. siquis objecerit* I. *qu.* II. ut olim apud gentiles cœna præbita a Sacerdotibus initio Sacerdotii. Aditialis dicta, quod in aditu & honoris auspicio. Plin. *lib.* 10. *cap.* 20. *Pavonem cibi gratia Romæ primus occidit Orator Hortensius aditiali cœna Sacerdotii.* Idem *lib.* 29. *cap.* 4. *Genito mane catulo res divina fit, & in cœnis Deum etiamnum ponitur catulina; aditialibus quidem epulis celebrem fuisse, Plauti fabulæ indicio sunt.* Senec. *epist.* 95. *Et toties tamen sestertio* (*alii legunt & tricies*, Lipsius *& toties tamen DC. HS.*) *aditiales cœnæ frugalissimis viris constiterunt. Eadem res, si gulæ detur, turpis est: si honori, reprehensionem effugit.* Cœnæ admodum sumptuosæ, ut ex loco hoc satis patet. Ex tabulis etiam Pontificum id ostendit Macrobius *lib.* 3. *Saturnal. cap.* 9. *Ante diem nonum Kalendas Septembris, quo die Lentulus flamen Martialis inauguratus est, domus ornata fuit, triclinia lectis eburneis strata fuerunt, duobus tricliniis Pontifices cubuerunt.*

Æris etiam aliquid solvendum pro ingressu non minus ethnicis, quam Pontificiis. *nov.* 56. *nov.* 123. *cap.* 16. Sueton in *Claud. cap.* 9. *Sestertium octogies*

gies pro introitu novi Sacerdotii coactus impendere. Episcopi etiam ipsi Patriarchæ ex consuetudine solvebant ἐνθρονιαστικὸν ὑπὲρ ἐνθρονιαστικοῦ, pro adeptione throni, *d. nov.* 123. *cap.* 3.

Tempus quidem fuit, quo plane id prohibitum. Nam olebat Simoniam, *d. can. nullus Abbas. d. can. siquis objecerit. can. ult.* 1. *qu.* 11. *cap. Iacobus ext. de simonia.* Sed frustra & nequicquam. Ivo *epist.* 133. *Siqua autem adhuc sunt, quæ pro consuetudine antiqua publice exigunt Decanus & Cantor, & alii ministri ab his, qui Canonici sunt, me contradicente & persequente, Romana ecclesiæ consuetudine se defendunt, in qua dicunt Cubicularios & ministros sacri Palatii multa exigere a consecratis episcopis, vel Abbatibus, quæ oblationis vel benedictionis nomine palliantur, cum nec calamus, nec charta gratis ibi ut ajunt habeatur.*

Quod ad juramentum, de eo vetus statutum est;

ANSELMUS Dei miseratione de domo sancti Martini in Trajecto Decanus, & ejusdem ecclesiæ Conventus, Omnibus in Christo pie viventibus Salutem. In nomine Domini notum facimus scripto præsenti præsentibus & futuris. Quia necessitate propter leges aliarum ecclesiarum communes ad salutem nostram communiendam superadditum sit apud nos institutum, Ut quoties aliquis investiendus est Canonica, primo quadam ecclesiæ nostræ jura juramento confirmet, quod aliena insolentia nos docuit non nostra præsumptio vel levitas adinvenit. Experti enim sumus rerum nostrarum distractionibus, nihilominus ærumnosis corporum nostrorum laboribus, quam abusio paucorum nocuerit, quum pene penitus etiam fundamenta disciplinæ subverterit. His ergo experimentis expergefacti lassis tandem rebus Deo opitulante succurrere decrevimus, multiphariis & aucteniicis sanctorum prædecessorum exemplis informati, propter insolentias succrescentes, quibus obviare decrevimus, hanc nobis legem elegimus, & nostris successoribus indubitanter tenendam sanximus. Ut cum aliquis a nobis eligitur Canonicus, antequam investiatur, in consuetudines antiquas & jura Canonica coram nobis juret in hac verba. Ego N. juro *per Deum, qui me sanguine suo redemit, & per hæc sacrosancta dei evangelia, quæ manu mea tango, obedientiam Decano & Capitulo ecclesiæ meæ, fidelitatem & continuum servitium pro posse & nosse meo, nisi Deo vocante me ad majora, & quod servabo justitias & consuetudines bonas hujus conventus, dum particeps ejus esse voluero; Nec ullas contentiones adversus conventum vel quenquam fratrum meorum pertinaciter vel contumaciter assumam, nec ullum negotium claustrale transferam a Decano meo vel Conventu præsenti, vel Episcopo vel Archidiacono, nisi in omnibus audientiis prædictis justitia mihi negata vel ordine judiciario facta non fuerit, nec stipendium præbendale perquiram vel accipiam aliud, quam quod prænominatum est mihi, nisi detur mihi consensu*

sensu

sensu & dono eorum, quorum id juris est, nec pro Canonica quicquam dedi, vel dabo, nec aliquis pro me, me sciente vel consentiente, & siquis promisit, vel dedit, nunquam solvam. Sic me deus adjuvet, & omnes sancti ejus. Nec pro Canonica, inquit, *quicquam dedi, vel dabo.* Non mirum. Crimen id Simoniæ vel prece vel pretio nancisci munus ecclesiasticum *can. ordinationes* 1. *qu.* 1. *c. per inquisitionem ext. de elect. & el. pot. cap. cum super ext. de confess.* Pulsus siquis dedisset quid. Promissio etiam illicita. Iurandum diserte ei, qui petebat se admitti, ut jurabant Carnoti. *Ego N. canonicandus in ecclesia Carnotensi juro super istas sanctas reliquias, quod pro ista prabenda, cujus investituram exspecto, non dedi, nec promisi, nec alius pro me dedit, aut promisit, me sciente, aurum, vel argentum, vel pecuniam aliquam, vel aliud quod per pecuniam aliquam debeat aut valeat comparari: & si promissum fuerit, per me non solvetur. Praterea juro me observaturum bona fide cum auxilio Capituli consuetudines firmatas hujus ecclesia, & quod ego, quamdiu vixero, nihil de corpore prabenda mea ultra quadraginta solidos per annum percipiam, nisi prius in propria persona mansionem fecero in civitate Carnotensi infra muros per dimidium annum, infra spatium quod est ab una nativitate sancti Iohannis ad alteram, salvis exceptionibus a Capitulo receptis, approbatis &c.* Vid. Mabillon. 2. *analect. p.* 563.

Sed quod dixi Ultrajecti id primum jusjurandum. Ad Capitulum se admitti petens (nam non statim, qui Canonicus, ei vox in Capitulo) præstabat hujusmodi: *Juro ad hac sancta Dei Evangelia, quod a prasenti die inantea, quamdiu Canonicatum & prabendam in ecclesia Trajectensi tenuero, quoties ex mandato Decani ad Capitulum vocatus fuero, veniam, utiliora ecclesia consulam, & inutilia pratermittam. Jura ecclesia Trajectensis & res ipsius conservabo, & defendam, ipsas res & jura non alienabo. Alienata recuperabo pro posse & nosse. Secretos tractatus Capitulares & secreta ecclesia nostra pradicta non capitularibus, vel his, quibus celanda commissa fuerint, non pandam. Sic me deus adjuvet, & sancti ejus.*

Valde ad rem tum attenta tota illa cohors, citra jusjurandum vix cuiquam habens fidem. Præstabat jusjurandum etiam pistor Capituli. Etiam Archilatomus, Tector & Vitrifex. Et quidem pistor, ut sequitur:

Dat Zweer ick, dat ick voirt dit jaer uyt van brode wichtich ende gichtich ende van bier voldoen sel na der costume des Godshuys den Heren van den Doem t'Utrecht, ende al den genen, dien die Domproesst schuldich is te dienen van brode ende van bier synre Domproesstien wegen, Alsoo veer als die Domproesst mi voldoet van sulken coorne ende gelde, als hi mi sculdich is te leveren sonder archeit. So mi God help ende syn heyligen.

Archi-

Archilatomus, Tector, & Vitrifex:

Dat Zweer ic, dat ic voert van desen daghé, also lange als ic dat Ambocht hebbe, dat mi nu bevolen is, den Doemdeken ende sinen Capittel, ende der kercken t'Utrecht ten Doem hout ende trouwe wesen sel, Ende dat ic myn Ambocht troweliken, als ic sculdich bin te doen trouwelike voeren sel, dat en sel ic laten om lief noch om lede, om geenrehande saken. So mi God helpe ende syn heyligen.

Quod præstabant vasalli, præstabant nudo capite, verbis his, quæ sequuntur: *Dat Zweer ic, dat ic voirt van desen daghe also langhe als ic t'voornoemde goet hebbe hout ende trouwe wesen sel den Doemdeken enten Capittel enten kercken ten Doem t'Utrecht, ende sel hem helpen houden sulc goet, als si mit rechte winnen mogen. So mi God help ende syne Heyligen.*

Hodie præstant Canonici, mutata nonnihil formula, juramentum ejusmodi:

Ick &c. swere, dat ick van nu aen so lange ick de Canonisye in den Dom Capitule sal besitten, so dickmaels als ick door bevel van den Deken tot het Capittel beroepen sal werden, sal komen, het profytelickste raden, het onprofytelycke verwerpen, de gerechticheyt van den Capittule ende desselfs goederen bewaren ende beschermen, de goederen ende gerechticheden niet en sal vervreemden, de vervreemde sal wederkrygen na myn vermogen en wetenschap, de verborgen handelingen van het Capittel, ende de secreten van dien niet en sal openbaren aen de gene, die niet Capitulair en syn, ofte die voor welcke het secreet moet blyven. So waerlyck help my Godt.

Accordeert met den Eedt by de Ed. Heer Diderick Schaep *Domheer ende tot het Capittel ende Capitulaerschap geadmitteert gedaen, ende so die by alle Domheren van den voornoemden Capittele wert gedaen, In kennisse van my Secretaris, ende was geteeckent.*

Willem van Wede.

Diserte hic omissum id; *Nec pro Canonica quicquam dedi vel dabo, &c.* Nam & lippis notum & tonsoribus, quod præbendarum commercium jam. Recentiori etiam manu deletum vidi id & inductum in libro juramentorum ecclesiæ S. Iohannis, (in quo idem id juramentum,) tanquam quod jam amplius præstari non potest.

CA-

Caput XLIX.

Proprie ut quis Canonicus an prabenda sufficiat. Canonicorum officium. Cursus, hora Canonica. Canonici quomodo investiti. Eorum tonsura. Eorum Vicarii. Cœlebs eorum vita. Stallus. Installatio. An statim Capitulares quicunque investiti.

Quod inter Canonicos, ut & inter præbendas, distinctio ergo patet. Ex Statutis etiam majoris ecclesiæ, quæ Ultrajecti, id patet. Quod alii scilicet Presbyteri, Diaconi, Subdiaconi, Cantores &c. Quod alii Capitulares, alii contra non item. Quod alii proprie Canonici. Alii minus proprie. Aliis vox in Capitulo. Aliis contra non item. In MSS. quæ habeo. *De celebratione missarum: Quum quaritur, qualiter divina in ecclesia nostra fieri debeant, nec in adjutorio hoc cavetur, standum est dispositioni Scholastici, id est, Cantoris, si præsens fuerit, alioquin ebdomadarii presbyteri*, & mox: *Sacerdos ebdomadarius dictis diebus cum cappa postremus incedit ad processionem, die vero Purificationis & Cinerum, Palmarum, Rogationum, feriis sextis per estatem cum cruces portantur, ebdomadarius incedit in loco stalli sui secundum ordinem promotionis sua.* Canonicus, qui hebdomadatim dicebat missam *hebdomadarius*. Ordine autem id faciebant Sacerdotes Canonici. In jam dictis Statutis: *De officio Ebdomadarii presbyteri: Ebdomadarius presbyter a sabbato in meridie usque ad sabbatum sequens in meridie tenetur in choro ecclesia nostra omnibus horis diurnis & nocturnis praeesse, & missam singulis diebus celebrare, infirmos visitare, communicare, inungere, & mortuos sepelire, & omnibus exequiis funeralibus praeesse, fleubothomandos, balneandos, & potionandos licentiare, absente vel negligente Cantore &c.* Hebdomadatim etiam officio functi Canonici, qui Diaconi, Subdiaconi &c. Unde & tituli distincti in Statutis quæ dixi: *De officio Ebdomadarii Presbyteri. De officio Ebdomadarii Diaconi. De officio Ebdomadarii Subdiaconi. De modo scribendi Ebdomadarios in tabula.* Quod autem hi Diaconi, Subdiaconi, Canonici, diserte in titulo, qui sequitur: *De officio lectoris Evangelii & Epistola: Ad istos pertinet supplere vices Canonicorum nostrorum, Diaconorum & Subdiaconorum in lectione Evangelii &c.*

Aliud officium Canonicorum in genere. Aliud in specie, Decani, Scholastici, Ebdomadarii &c. In genere erat cantare, diurnis horis nocturnisque preces ad Deum fundere. Et id *cursus Canonicus*. Cursus est universum divinum officium statis horis diurnis nocturnisque distinctum. Post nocturnas vigilias

gilias sequebantur Matutinæ, Tertia, Sexta, Nona, Vesperæ & Completorium. Et hæ horæ Canonicæ, pensum, cursus Canonicus. Hieronymus in epitaphio Paulæ: *Mane, hora tertia, sexta, nona, vespera, nocte media per ordinem psalterium recitabant.* Chrysostom. in primam ad Timotheum *homil.* 14. ἐκεῖνοι δὲ πάλιν εὐχὰς ἑωθινὰς ἐπιτελέσαντες πρὸς τὴν τῶν γραφῶν ἀνάγνωσιν τρέπονται, οὐδενὸς φλυαροῦντος, οὐδενὸς οὐδὲν λέγοντος, τρίτην, ἕκτην, ἐννάτην, καὶ τὰς ἑσπερινὰς εὐχὰς ἐπιτελοῦσι. *Illi autem, matutinis precibus hymnisque peractis, ad sanctarum scripturarum studia se convertunt, sicque nemine nugante, aut aliud aliquid loquente, tertiam, sextam, nonam, vespertinamque consummant synaxim.* Media nocte incipiebat nocturnum officium, quod exemplo Davidis institutum, ut volunt, *Psal.* 118. *Media nocte surgebam ad confitendum tibi.* Ambrosius in Lucam *lib.* 2. *cap.* 3. *Væ mihi est, si non media nocte surrexero ad confitendum tibi.*

Qui cessantes ad officium excitabat κανονάρχης. Palladius *hist. Lausiac. cap.* 50. ὅτι ἐν μιᾷ νυκτὶ ἠγέρθην, ἐφ' ᾧ τῷ κροῦσαι τὸ ξύλον, ἤμην γὰρ κανονάρχης. *Cum quadam nocte surrexissem, ut pulsarem signum, eram enim Canonarches.* Nec cessatio impunita, his exceptis, qui Canonici honoris tantum causa. Benedicti Papæ XII. literæ ad Capitulum Narbonense apud Baluz. 2. *misc.* *Non solum verbis sed effectivis operibus disponatis, & ordinetis, quod omnes & singuli beneficiati & intitulati in eadem ecclesia horis canonicis diurnis pariter & nocturnis Missarumque solemniis intersint, continue residentes & psallentes & peragentes divina officia, ut tenentur, quodque illi, qui non interfuerint, punctentur, & perdant certam proventuum suorum partem.*

Nec Canonici tamen omnia faciebant per se ipsi. Qui enim per se ipsi? Multa erant quæ agenda. Pro vivis, pro mortuis interdum missæ infinitæ. Obstabat interdum morbus. Interdum ætas. Interdum aliud. Ipsi etiam interdum bene pransi, bene poti. Vicarios ergo habebant, qui supplerent eorum vices. Decanus subdecanum, Diaconus subdiaconum, Cantor succentorem &c. Vid. Ivon. *epist.* 286. *in fin.* Et Vicarii etiam ut Canonici, Sacerdotes, Diaconi, Subdiaconi &c. Charta inedita:

IN DEI NOMINE AMEN, Universis præsentia visuris seu etiam audituris, Decanus & Capitulum ecclesiæ sancti Iohannis Trajectensis, Cum ex constitutione seu ordinatione Vicariorum civitatis & diœcesis Trajectensis hactenus Canonicatus & prabendas ecclesiæ nostræ Sancti Iohannis assecutorum, seu quos Canonici nostri ad Prælaturas earundem ecclesiarum collegiatarum promoti in eadem ecclesia nostra constituere & ordinare consueverunt, cultus divinus fuit & erat diminutus, & sæpius prætermissus, eo quod plerumque hujusmodi Vicarii fuerint in sacris

sacris ordinibus minime constituti, propterea que penitus inutiles ad faciendum debitum servitium circa cultum divinum prædictum in ecclesia nostra memorata consuetum fieri, ex consuetudine legitima, rationabili, approbata, præscripta, & inconcusse observata pacifice & quiete solum per Canonicos ejusdem ecclesiæ nostræ, utpote in tenendo chorum, providendo eidem, missas celebrando, Evangelia, epistolas, & lectiones legendo, Alleluja & versus cantando, & alia debita servitia in choro faciendo, quæ suppleri non poterant, neque possunt per tales quales Vicarios prædictos ex causis prælibatis, Ita quod multotiens ea propter in diebus & septimanis dictis Prælatis contingentibus ad dicta debita peragenda divinus cultus extitit & fuit prætermissus, & ecclesia nostra divinis officiis defraudata. Ideo propter præmissa & etiam ex aliis causis legitimis nos moventibus volentes hujusmodi incommoditatibus & diminutionibus divinorum obviare, constitutionem & ordinationem hujusmodi penitus inutiles & reprobas reputantes vocatis & consentientibus omnibus & singulis Canonicis nostris Capitularibus præsentibus statuimus & perpetuo valiturum ordinamus, ut inantea tales Vicarii in ecclesia nostra nullatenus ordinentur, aut constituantur, nec quomodolibet admittantur, quos etiam in his scriptis tollimus, amovemus, & præsentibus abolemus. Datum & Actum sub Sigillo ecclesiæ nostræ præsentibus appenso. Ann. Dñi Millesimo trecentesimo quadragesimo sexto in crastino Epiphaniæ domini.



Exceptis dixi, qui Canonici honoris tantum causa. Qui propter præbendam tantum. Ut Cæsar, ut Papa, ut episcopi verbi gratia. Ivo *epist.*103. *Reditus quoque præbendæ suæ Parisiensis, de qua specialiter intuitu misericordiæ mandaveratis, nullos recepit, imo sicut dicitur, decanus Parisiensis præbendam suam alteri tradens episcopi præbendam sibi mancipavit.* Nec eædem præbendæ, nec semper consistentes in pecuniaria quantitate. Quod non eædem vel hinc patet. Sed & alia argumento. Præbendæ non cleri tantum. Etiam laicorum. Præbendæ pauperum, aut virorum, aut fœminarum nobilium. Præbendæ Ducum aut Præfectorum, *can. possessiones* 16. *qu.* 1. Gregorius Papa VII. *lib.* 3. *epist.* 17. *Præcipimus etiam ut Canonicam concessam alimoniæ pauperum, quam ab eo usu subtractam diceris vendidisse, ad eundem usum restituas.* Helmold. *lib.* 1. *hist. cap.* 16. *Theodericus Marchio Slavorum, depulsus ab honore & omni hereditate, Præbendarius apud Magdeburg, mala morte ut dignus fuit, vitam finivit.* Imperio etiam pulsus Henricus IV. Imp. præbendam sibi conferri petiit ab episcopo Spirensi, *Ecce*, inquit, *destitutus regno decidi a spe, nihilque mihi utilius est, quam renuntiare militiæ, da ergo mihi præbendam apud Spiram, ut sim famulus Dominæ meæ Dei genitricis, cui devotus semper extiti: novi enim literas, & possum adhuc subservire choro*, apud Helmold. *cap.* 33. *ejusd. lib.* Quod ad Duces Cassiod. 3. *var.* 42. *Ducibus etiam ac Præpositis sufficientem transmisimus pecuniæ quantitatem, ut eorum Præbendæ, quæ non potuerunt convehi, ibi debuissent sine alicujus dispendio comparari.* Et inde in *l. inviti ff. de testib. item is qui quid exercitui præbendum conduxerit.* Ut & id quod apud Livium *lib.* 44. *In eundem diem frumenta, & cetera, quæ belli usus postulabant præbenda publicani se conducturos professi sunt.* Rævard. 5. *var.* 4. Altesert. *ad cap. cum decorem ext. de cleric. conj.*

Præbenda idem quod annona. Ex antiquis ecclesiæ Cluniacensis statutis apud d'Achery ad Guibert. *in not. Item quotidie accipit quotquot defunctorum fratrum est anniversarius, præbendas totidem integras in pane, & vino, in fabis, & generalibus &c.* & mox: *Dantur namque præter ea quæ dicta sunt de granario ad eleemosynam, sex præbendæ, quæ vocantur quotidianæ &c.* Et per se patet hinc, quod consistat non in nummis duntaxat, sed in alia etiam re. Nam & panis Canonicus, & quotidianæ distributiones, manualia beneficia, *c. olim. ext. de verb. sign.* Vita S. Rigoberti Episcopi Remensis apud Surium IV. Januar. *Ante enim illius Pontificatum non dabatur eis panis, ut vocant, Canonicus, nec erant, ut sunt hodie, Canonici.* Ivo Carnotensis *epist.* 219. *Cum enim in quam pluribus Canonicorum Carnotensium desuevisset disciplinæ regularis observantia, ut de negligentibus facerem diligentes, de somnolentis vigiles, de tardis assiduos, ad frequentandas horas canonicas, deliberavi apud me, ut darem eis*

eis dimidiam præposituram, ut inde fieret cotidianus panis, quem acciperent assidui, amitterent tardi, ut ad quod eos panis interni dulcedo non movebat, panis corporei refectio provocaret, quamvis eorum annua prabenda eis ad hoc sufficiens esse deberet. Abbas Urspergensis *Chron. p.* 199. *Deficiente quotidiana clericis per ecclesias prabenda.*

Olim omnia communia. Sed ubi præbendæ distinctæ inter clericos certa pars redituum relicta in commune. Vulgo communis mensa. Quæ mensæ autem communis in distributiones quotidianas impensa, quæ actu tantum servientibus præstitari solebant. Ut sic pristinæ adhuc vitæ & communionis imago esset. *can. in omnibus de consecr. dist.* 5. *cap. quoniam ext. de vit. & hon. cleric. c. cum Martinus ext. de constitut.* Gloss. *ad cap. un. ext. de cleric. non resident. in* VI. Alteserr. *ad d. cap. cum Martinus.* Strauch. 2. *amœn. jur. can. cap.* 10.

Dico *actu tantum servientibus.* Nam & hoc est notandum. Canonici pars cleri. Olim non Canonici sed clerici tantum dicti. Caroli Magni Capitula *lib.* 1. *cap.* 73. *Similiter qui ad clericatum accedunt, quod nos nominamus canonicam vitam, volumus ut illi canonice secundum suam regulam omnimodis vivant.* Canonicorum vox inaudita ante tempora Gregorii episcopi Turonensis, quem primum ajunt ea usum, cum *lib.* 10. *hist. sub fin.* ita de Baudino Turonensi Pontifice: *Hic instituit mensam canonicorum.* Et de *vit. Patr. cap.* 9. *Vacabat jejuniis, delectabatur vigiliis, exercebatur lectione, atque in oratione assidua promptus effundebatur, ut nec ad convivium mensa Canonica cum reliquis accederet.* Sed non omnes indistincte. Multi qui Canonici, sed improprie & abusive, & respectu tantum præbendæ. Præbendati potius quam Canonici. Non pauci ex Canonicis, qui præbendati non erant, quibus nihil præter titulum, præter stallum in choro, & inane honoris nomen. Bosquet. ad Innocent. 1. *epist.* 138. Et contra qui præbendati sed Canonici non item. Nam & pauperes præbendati. Engelhardus Abbas in vita S. Mechtildis apud Canisium: *Filia cujusdam carnalis erat dæmonium habens, cui locum pater impetraverat in monasterio prabendaria non sororis, sed a sororibus sequestratum, & hoc prece non pretio factum.* Theodoricus Engelhusius apud Mader. *antiq. Brunsvic. p.* 26. *Fundavit in Almania ultra* XX. *ecclesias, quas & abundanter dotavit, pro dominabus secularibus, quæ Canonicæ nominantur, utentes habitu Canonicorum regularium S. Augustini, nullam tamen profitentes religionem, nubunt in Domino, quando volunt. Inventa sunt autem pro sustentatione nobilium, pro fide Christi ab infidelibus occisorum, ne talium filiæ cogerentur mendicare, sed in illis monasteriis sustentatæ, cum ad statum nubilem provenissent, virum eligerent, quem vellent.* Aut si Canonici, si adscripti iis, Canonici tamen

non proprie, sed improprie & abusive. Proprie ut quis Canonicus præbenda non sufficit. Ut sit clericus, necesse est. Ut præstito juramento receptus solemniter. Ut tonsus, ut investitus, ut investitus prout moris. Varie id olim factum. Per librum alibi, per panem. Per birretum Ultrajecti, per osculum, per nummum vulgo dictum *een plagghe.* Ivo *epist.* 182. *Nuper cum in capitulo &c. porrecto libro investituram subdecaniæ Fulconi clerico strenuo & in agendis causis ecclesiasticis valde necessario facere vellem.* Formula extat Gelasii Papæ in vetusto exemplari sub tit. de revestimento præbendæ his verbis. *Frater in nomine domini ego te investio per hunc librum & per istum panem de hac præbenda jussu nostri prælatoris, & jussu Canonicorum istius ecclesiæ &c.* Vid. Iuret. ad Ivon. *epist.* 285. Charta Ann. MCCCLXXX. 10 Iul. &c.

In Dei nomine Amen, Anno a nativitate ejusdem millesimo trecentesimo octuagesimo, indictione tertia, mensis Julii die decima sexta, hora prima vel quasi in mei notarii publici & testium infra scriptorum ad hoc specialiter vocatorum & rogatorum præsentia personaliter constituti Venerabiles viri Dñs Theodericus de Gaspaerde, Fredericus de Maerne, Bernardus de Salario, Iohannes de Zande, Fredericus Veltman, Iacobus de Ackehorst, Wilhelmus de Wyc, Wilhelmus Mussche, Wenemarus ten Goye, & Nicolaus Scattere, *Canonici Capitulares ecclesiæ sancti Iohannis Trajectensis Capitulum dictæ ecclesiæ eorum pro tunc facientes & repræsentantes, Decano eorum absente, Capituloque ut asseruerunt ad infra scripta indicto, ex una parte, nec non* Iohannes de Renesse *filius Domini* Iohannis de Renesse *militis clericus Trajectensis ex altera, & in loco Capitulari dictæ ecclesiæ sancti Iohannis existentes, idem Dñs* Fredericus de Maerne *Canonicus memoratus Canonicatum & præbendam ecclesiæ sancti Iohannis prædictæ novissime vacantes per mortem domini* Hermanni de Encheren *Canonici præbendati dictæ eorum ecclesiæ sancti Iohannis dum vixit, nuper per ipsos dominos Canonicos Capitulares prædictos eidem* Iohanni de Renesse *filio D. Iohannis de Renesse militis clerico prædicto in sui absentia coram me Notario publico infra scripto, & nonnullis testibus ad hoc vocatis, salvis certis protestationibus pure & simpliciter propter Deum collatos adhuc per se, ac nomine & vice, ac mandato Capituli, omniumque & singulorum Canonicorum dictæ ecclesiæ sancti Iohannis prædictæ præfato* Iohanni de Renesse *filio dicti Iohannis de Renesse militis ibidem, ut præmittitur, præsenti & recipienti pure & simpliciter propter Deum contulit atque dedit, & per birreti sui traditionem sibi providit de eisdem, salvis tamen statutis & consuetudinibus ac jure dictæ eorum ecclesiæ sancti Iohannis, ac alterius cujuscunque, de quo ipse Dñs* Fredericus de Maerne *Canonicus prædictus pro se & nomine sui Capituli prædicti fuerat prius protestatus. Quibus sic factis ipsi domini*

Canonici

Canonici Capitulares prædictum ipsum Iohannem de Renesse *filium Domini Iohannis de Renesse prædicti singulariter singuli per osculum pacis in eorum Concanonicum & fratrem ecclesiæ sancti Iohannis prædictæ receperunt & admiserunt, Deinde vero mox statim & in continenti idem Dñs* Fredericus de Maerne *Canonicus memoratus de mandato dicti sui Capituli una cum ipso* Iohanne de Renesse *Canonico memorato meque notario publico infra scripto, ac testibus infra scriptis ad chorum dictæ ecclesiæ sancti Iohannis accessit, & ibi ad partem Borealem inferius inter scholares installavit eundem sibi locum assignans ibidem, & in signum veræ possessionis Canonicatus & præbendæ ipsi Iohanni de Renesse Canonico prædicto recipienti quendam denarium argenteum vulgariter dictum* plagghe *tradidit atque dedit. Super quibus & singulis ipse* Iohannes de Renesse *Canonicus memoratus a me notario publico infra scripto sibi fieri petiit unum vel plura publicum seu publica instrumentum seu instrumenta. Acta sunt hæc ubi supra. Præsentibus ibidem discretis viris* Roberto de Hoesden *Campanario dictæ ecclesiæ sancti Iohannis, &* Theoderico de Damen *Clerico Trajectensis diœcesis, ac pluribus aliis testibus ad præmissa vocatis specialiter & rogatis.*

Et ego Gerlacus Iohannis *Clericus Trajectensis diœcesis publicus Imperiali auctoritate notarius hujusmodi collationi provisioni & investituræ ac omnibus aliis & singulis supra scriptis, dum sic ut præmittitur fierent & agerentur, una cum prænominatis testibus præsens interfui, eaque sic fieri vidi & audivi, ac in hanc publicam formam redegi, quam per alium fidelem scribi feci, hic me subscribens, signoque meo solito & consueto signavi in testimonium veritatis omnium præmissorum rogatus & requisitus.*

Alia Ann. MCCCLXXIX.

In Dei nomine Amen, Anno a nativitate ejusdem millesimo trecentesimo septuagesimo nono, indictione secunda, mensis Decembris die quarta decima, hora tertia vel quasi, in mei Notarii publici & testium infra scriptorum ad hoc specialiter vocatorum & rogatorum præsentia personaliter constituti Venerabiles viri Dñs Theodericus de Gasparde, Hermannus de Encheren, Fredericus de Maerne, Bernardus de Salario, Johannes van den Zande, Jacobus de Akehorst, Fredericus Veltman, Theodericus de Hasselt, Wilhelmus de Wye, Wilhelmus Mussche, Wilhelmus de Zande, Wenemarus ten Goye, & Nicolaus Scattere *Canonici Capitulares ecclesiæ sancti Iohannis Trajectensis, Capitulum dictæ ecclesiæ pro tunc facientes & repræsentantes, Decano eorum absente, Capituloque ut asseruerunt ad infra scripta indicto ex una parte, nec non* Bartoldus de Lichtenberch *filius Werners clericus Trajectensis ex altera, & in loco Capitulari dictæ ecclesiæ sancti Iohannis existentes. Idem dominus* Hermannus de Encheren *Canonicus præfatus Canonicatum & præbendam ecclesiæ sancti Iohannis ad*

præsens

præsens vacantes per mortem quondam bonæ memoriæ Magistri Ulrici de Diepenhem Canonici præbendati ecclesiæ eorum sancti Iohannis prædictæ dum vixit nomine suo, ac nomine, vice, & mandato Capituli, omniumque & singulorum Canonicorum dictæ ecclesiæ sancti Iohannis prædictorum Bertoldo de Lichtenberch, filio Werneri clerico prædicto ibidem præsenti & recipienti pure & simpliciter propter Deum contulit atque dedit, & per birreti sui traditionem investivit ipsum de eisdem, juxta tenorem cujusdam cedulæ papireæ conscriptæ, quam præfatus Dominus Hermannus in manibus suis tenuit, & eandem domino & magistro Wilhelmo Zuermont Canonico ecclesiæ sancti Iohannis prædictæ ibidem præsenti & recipienti ad legendum tradidit atque dedit, & quam ipse dominus & magister Wilhelmus Zuermont ibidem alta & intelligibili voce perlegit, & recitavit, cujus tenor talis est. Ego Hermannus de Encheren Canonicus ecclesiæ sancti Iohannis Trajectensis nomine meo ac nomine vice & mandato Capituli, nec non omnium & singulorum Canonicorum dictæ ecclesiæ sancti Ioannis hic Capitulariter congregatorum do, & confero Canonicatum & prabendam ecclesiæ sancti Iohannis prædictæ ad præsens vacantes per mortem quondam magistri Ulrici de Diepenhem Bertoldo filio Werneri clerico pure & simpliciter propter deum, in nomine patris & filii, & spiritus sancti, salvis statutis, & consuetudinibus, & jure ecclesiæ nostræ, & alterius cujuscumque, & per birretum meum investio de Canonicatu & præbenda antedictis. Qua quidem cedula sic ut præmittitur lecta præfati domini Canonici Capitulares & singulariter singuli ipsum Bertoldum prædictum per osculum pacis in eorum Concanonicum & fratrem receperunt & admiserunt. Deinde mox statim & in continenti idem Dñs Fredericus de Maerne Canonicus memoratus de mandato Capituli Trajectensis accessit, & ibi ad partem borealem inferius inter scolares ipsum installavit sibi locum assignando ibidem, & in signum veræ possessionis Canonicatus & præbendæ prædictorum ipsi Bertoldo prædicto recipienti quendam denarium argenteum vulgariter dictum plagghe tradidit atque dedit. Super quibus omnibus & singulis idem Bertoldus de Lichtenberch Canonicus memoratus a me notario publico infra scripto sibi fieri petiit unum vel plura publicum seu publica instrumentum vel instrumenta. Acta sunt hæc ubi supra: Sub anno, indictione, mense, die, & hora quibus supra. Præsentibus ibidem honestis viris D. Iohanne de Renesse milite, Roberto de Hoefden Campanario dictæ ecclesiæ sancti Iohannis Trajectensis, Iohanne dicto Wael, Gerardo Vrenke filio Gerardi, Wilhelmo over de Vecht & Rudolpho Pyl, Civibus Trajectensibus, testibus ad præmissa vocatis specialiter & rogatis.

Et ego Gherlacus Johannis clericus Trajectensis dioecesis publicus Imperiali auctoritate notarius hujusmodi collationi, provisioni, ac investituræ, & omnibus aliis & singulis supra scriptis dum sic ut præmittitur fierent & agerentur una cum

præ-

prænominatis testibus præsens fui, eaque sic fieri vidi & audivi, ac in hanc publicam formam redegi, quam per alium fidelem scribi feci, hic me subscribens, signoque meo solito & consueto signavi, in testimonium veritatis omnium præmissorum rogatus & requisitus.

Diu id obtinuit, ut ex eo, quod gestum adhuc Ann. 1579. & quod deinceps adhuc patet:

Anno *Domini* 1579. *die vero Mercurii x.ª mensis Iunii, coram Reverendis, Magnificis, & Venerabilibus viris ac Dñis Vice Decano & Capitulo ecclesiæ metropolitanæ Trajectensis in eorum domo Capitulari Capitulariter congregatis & Capitulum ejusdem ecclesiæ facientibus & repræsentantibus, Capituloque ad hoc specialiter cum expressione causæ indicto, in mei Notarii publici testiumque infra scriptorum ad hoc specialiter vocatorum & rogatorum præsentia personaliter constitutus Dominus* Joannes Mersman *Canonicus ecclesiæ sancti Salvatoris Trajectensis, ac hujus ecclesiæ perpetuus Vicarius, ut & tanquam Venerabilis & nobilis viri Dñi* Wolfardi a Brederode *Canonici præbendati dictæ ecclesiæ Trajectensis Procurator, de cujus procurationis mandato ibidem per quandam constitutionis notulam de data* VIII. *Maji anni præsentis ibidem exhibitam sufficienter docuit, & eo nomine procuratorio ab iisdem Dominis Vice Decano & Capitulo tanquam in hoc mense ordinariis Collatoribus dictorum Canonicatus & Præbendæ licentiam & facultatem resignandi petiit & debita cum instantia postulavit. Qui quidem Venerabiles Domini Vice Decanus & Capitulum audita dicti procuratoris petitione nomine quo supra facta annuerunt & concesserunt eidem hujusmodi resignandi licentiam. Quo facto statim idem Dñs* Ioannes Mersman *insequens dictum consensum ac procuratorium sibi attributum dictos Canonicatum & præbendam cum omnibus suis juribus & pertinentiis pure & simpliciter in manibus eorundem Dñorum vice Decani & Capituli, nomine quo supra, resignavit & dimisit, & nihilominus iisdem Dominis eximium* Conradum *filium* Joannis Strick *clericum Trajectensis diœcesis tanquam habilem & idoneum, prout per literas primæ tonsuræ ibidem sigillatas exhibitas docuit, reverenter commendavit, obnixe rogans & humiliter petens, quatenus dicti Venerabiles Domini eidem* Conrado *de dictis Canonicatu & præbenda cum omnibus suis juribus & pertinentiis providere, ipsumque in & ad realem possessionem eorundem cum solemnitatibus solitis & consuetis admittere, ponere, & inducere vellent & dignarentur, unde iidem Venerabiles Domini Vice Decanus & Capitulum dicto Dño* Joanne Mersman *exire jusso, & habita inter se aliquali deliberatione, dicto* Conrado Strick *ad Capitulum vocato, eidem de eisdem Canonicatu & præbenda sic uti præmittitur vacantibus providerunt, ac eosdem illi contulerunt & assignaverunt cum omnibus juribus & pertinentiis suis, ipsumque in realem, corporalem, & actualem possessionem dictorum Canonicatus & præbendæ receperunt,*

salvis juribus, statutis, & consuetudinibus dictæ ecclesiæ, & præstito per dictum Conradum *corporali juramento per Canonicos in prima eorum receptione præstari solito, traditoque illi per antefatum Dominum vice-Decanum almutio Canonicali ex tunc præfatus Dns Vice-Decanus eundem Dñm* Conradum Strick *ad chorum dictæ ecclesiæ duxit, ibique in sinistro latere ejusdem chori posuit & installavit in signum realis & effectualis possessionis Canonicatus & præbendæ prædictorum in nomine Patris & Filii & Spiritus sancti Amen, & rediens ad Capitulum egit Dominis gratias de dictis provisione & admissione, & præstitit eisdem Dominis osculum pacis, petens instrumentum & instrumenta. Acta sunt & fuerunt hæc tempore & loco superius descriptis, præsentibus ibidem honestis viris Dñis* Adriano Schaick *Nuncio Capituli*, Nicolao Ricoldi *Vicario, &* Joanne Cornelii *Succentore ejusdem ecclesiæ.*

Veneris XIV. *Jan.* 1583.

Capitulo indicto ad instantiam Dni Conradi Strick *Canonici Trajectensis Venerabiles domini Vice-Decanus & Capitulum ecclesiæ Trajectensis approbarunt admissionem ejusdem ad Capitulum & Capitularia, & ad requisitionem ejusdem annuerunt eidem adjungi actui admissionis prædictæ hanc clausulam per eum in scriptis exhibitam & hic insertam, videlicet non obstante, quod ordinem Subdiaconatus non susceperit, neque actum suum solenniter juxta consuetudines & statuta ecclesiæ celebravit, quibus in præsenti casu pronunc temporis derogatum est, Salvo tamen quod quando tempora ea rursum permittent, ac patientur observare, quod tunc iisdem satisfaciet, salvis nihilominus semper dicto Dño* Strick *manentibus omnibus fructibus, emolumentis, & proventibus præbendæ suæ ac Capitularibus, & collatione beneficiorum sibi ratione præbendæ suæ competenti in omnibus & per omnia ac si debito tempore ordinem Subdiaconatus nactus fuisset, ac actus celebrationis juxta consuetudines & statuta ecclesiæ hactenus desuper observata perfecisset.*

Ann. 1583. 5. *August.*

Reverendi & Venerabiles Dñi Decanus & Capitulum ecclesiæ Trajectensis audita resignatione & renuntiatione Dñi Wilhelmi de Cleeff *eorum confratris ad manus Dñi* Theoderici Tilmanni *tanquam Officialis Dñi Archidiaconi Trajectensis factam de supplemento vacante per obitum Dñi* Maximiliani a Waelscapple *Canonici ecclesiæ Trajectensis prædictæ, visisque literis collationis seu provisionis Præpositi & Archidiaconi Trajectensis admiserunt Venerabilem Dominum* Conradum Strick *eorum confratrem ad supplementum præscriptum vacans per mortem Dñi* Maximiliani a Waelscapple *præscripti salvis juribus, statutis, & consuetudinibus ecclesiæ.*

Et

Et sic se habuit res Ultrajecti. Sed non omnes, qui investiti sic, statim etiam eo ipso ad Capitulum admissi. Alii Capitulares. Alii contra non item. Aliud præstitum juramentum, cum Canonicus investitus. Aliud cum ei vox in Capitulo concessa. Diserte in Statutis majoris ecclesiæ *tit. de Electione*: *In Capitulo nostro Canonicus noster vocem non habet, qui in sacris non existens ad prebendam assumptus fuit, donec ad ordinem sacrum promotus fuerit, & in aliquo sacro ordine constitutus aliquod officium in ecclesia nostra ordini sacro deputatum publice & solenniter executus fuerit agens in ordine, & dehinc lapso & non prius vocem in Capitulo habet, si triennium lapsum fuerit a tempore assumptionis sua*, & mox: *Scolaris vero Canonicus postquam emancipatus fuerit post suam emancipationem infra duos annos nec Capitulum intrabit, nec tractatibus Capituli intererit, sed ab his exclusus remanebit nulla contradictione interveniente.* Tit. de Canonicis novis, *quando admittendi sunt ad actus Capitulares*: *Item nullus, cui vox Capitularis competit, potest se Capitulo jungere, sed coram Decano & Capitulo comparebit, & proponet, quia de consuetudine vox in Capitulo sibi debetur, & petet sibi vocem in Capitulo assignari. Et tunc Decanus de consensu Capituli sibi vocem hujusmodi assignabit, & in continenti talis juramentum præstabit in forma, de qua proponitur infra de jurejurando, quo præstito talis est in possessione vocis Capitularia.* Tit. de jurejurando: *Iuramentum quod præstat Canonicus in receptione sua Decano nostro & Capitulo, postquam fuit installatus, &c.* De juramento jam supra.

Capitularis cui vox, cui stallus in choro. Ziegler. *de Diacon. cap.* 4. *in fin. Stallus* (alii dicunt *Stallum*, ut Petrus Vallisarnensis *hist. Albigens. cap.* 16. *ipsa etiam stalla ecclesia, quod execrabilius est, destruxerunt*) alibi statio est equorum, unde & Stallarius, Præfectus stabuli regii. Roger. Hoveden. *Quibus Eadnothus, qui fuit Haroldi regis Stallarius, occurrit cum exercitu.* Alibi statio carnificis, propolæ, lanii &c. *cap. significante ext.* de appell. *Dicebant alibi quam in stallis Decani & Capituli prædictorum carnifices carnes vendere non debere.* Alibi locus in choro *c. pro illorum ext. de præbend.* Robert. de Monte ad Ann. 1180. *Walterius Cluniacensis Abbas Priorem de stallo deposuit.* Cæsarius *de miracul. lib.* 1. *cap.* 6. *Et intrarit chorum uterque stante Priore in stallo suo.* Et inde installatio. Matth. Paris ad Ann. 1237. *Misit autem continuo per omnes fines Angliæ scripta regalia præcipiens omnibus ad regnum Angliæ spectantibus, videlicet Archiepiscopis, episcopis, Abbatibus, & Prioribus installatis &c.* Idem *ibid. Misit igitur literas suas, ut vocati omnes Angliæ Prælati, scilicet Archiepiscopi, Abbates, Priores installati, tam sub Conventus sui vel Capituli quam suo nomine literas provocatorias deferentes &c.* Installatio, inauguratio, *cap. ne Dei ecclesiam ext. de Simon.*

Sed nec omnes quibus stallus, quibus vox in Capitulo ejusdem ordinis, dignitatis. Alii ex his Sacerdotes. Alii contra, qui Diaconi, Subdiaconi &c. Erant & quibus vox, sed tantum affirmativa. Negativa non item. Ex veteri Codice apud Chiffletium in probationibus historiæ monasterii Trenorciensis p. 358. *Statuit quoque, ut septem de Canonicis ipsius loci eligerentur, qui Cardinales vocarentur, qui cum Dalmatica, mitra, sandaliis, chirothecis ad altare illud ordinati Missas ibi facerent, quorum unus loci illius Decanus. Annulo etiam ad Missarum solemnia uterentur.* Ecclesiæ Magdeburgensis diploma apud Ziegler. *tr. de Diacon. cap. 4. n. 47. In nomine Domini Amen. Constitutus in præsentia nostra videlicet Brunonis Decani, Guncelini Scholastici, ac Capituli ecclesiæ nostræ S. Nicolai civitatis Magdeburgensis* Iohannes *dictus* de Dasle *ecclesiæ nostræ jam dictæ Canonicus recognovit ac fideliter promisit conditiones prebendæ suæ Diaconalis, quam in ecclesia nostra obtinet, annexas se deinceps firmiter servaturum, & videlicet habens stallum in choro & vocem in Capitulo, quod voce hac non ad contradicendum, sed ad consentiendum uti possit & debeat, quousque prebendam majorem fuerit assecutus. Insuper quod si rogatus ab aliquo Dominorum Canonicorum nostrorum fuerit, ut vices ejus die noctuque legendo gerere debeat pro eodem, quod id non debeat denegare, salva remuneratione laboris sui sibi pro hoc solita & consueta. Unde ad supplicationem Iohannis præfati fecimus præsentes literas sigillo Capituli nostri muniri ad memoriam futurorum. Actum & datum Magdeb. in Capitulo nostro Ann. Domini* MCCCXXXI. 18. *Kal. Decembr.* Aliud ejusdem apud eundem *ibid. n. 48. Anno Domini* MCCLXXVII. 15. *Kal. Mart.* *Nos* Henricus *Dei gratia Decanus totumque Capitulum ecclesiæ S. Nicolai Magdeb. Canonicorum numerum augmentare volentes reditus & proventus bonæ memoriæ quondam Friderici de Tortim de communi consensu omnium unam statuimus esse prebendam, & ad illam constituimus Sacerdotem, & non alium inferioris ordinis in Canonicum eligendum, qui vices suas tanquam Canonicus faciet, & pleno jure gaudebit, eo duntaxat excepto, quod vocem contentiosam in Capitulo non habebit, hoc est, ut si in electionibus vel assignationibus inter partes fuerit exorta contentio, vox ejus non computabitur, & alicui parti adjicere non valeat. Officiari nihilominus idem Canonicus altare bonæ memoriæ quondam Iohannis de Hildensem alternis hebdomadibus procurabit. Stabit etiam in ea prebenda, ita ut nec ipse nec quicunque alii eligendi post ipsum pueris nunc electis in mediis prebendis præferri debeant sive possint, licet id fieri possit in majoribus prebendis, si Capitulo placuerit juxta consuetudinem hactenus approbatam. Adjectum est etiam, ut si subdiaconorum penuriam fieri casu quocunque contingat, hoc est, si pauciores minus quinque fuerint, unus vel duo pueri medias prebendas adepti in septimana ipsis pertinente juxta arbitrium Capituli legi epistolam procurabunt.*

bunt. In cujus rei testimonium sigillum nostrum his literis duximus apponendum.

De vestitu quod dixi, de tonsura &c. Vestitus † toga talaris. Sed vix alibi usi quam in templis aut cum actus solennis. Statuta ecclesiæ S. Petri: *Habitus vero Canonicorum & Capellanorum & ceterorum ecclesiæ nostræ clericorum, quod dolenter scribo, non differt extra ecclesiam ab habitu laycorum. In ecclesia vero utimur superpelliciis.* Humilitatem hæc præferebant. Ornatu non conspicua. Non picta. Non virgulata. Ad latera etiam non scissa. Statuta jam dicta: *Sine habitu religionis nostræ nullo tempore licet nobis ecclesiam ingredi, & præsertim postquam pulsatum fuerit ad divina. Habitus etiam debet ornate gestari, non inter brachia convolvi &c. Chirothecis & annulis aut fibulis seu monilibus in ecclesia nobis uti non licet tempore quo divina aguntur. Propter frigus wantis utimur, occulte tamen. Vestibus de panno viridi, mero, vel scarlato, vel virgulato, vel taxillato, vel depicto, vel imaginibus ornato, vel caligis de panno hujusmodi, vel panno dissimili, vel partito, vel vestibus ad latera scissis, nobis & ceteris ecclesiæ nostræ clericis uti non licet. Calceis nobis uti non licet laqueatis vel scissis ad pompam. Scindi possunt propter impedimentum pedum. Et de hoc est Statutum, &c.* Tonsura erat ejusmodi, ut Sacerdotum, ut cleri. Barba erat rasa. Corona in capite. Παπαλῆθρα, ut vocant Græci. Concilium Tridentinum: *Ut barbas deponant, nec deinceps nutriant sub pœna Canonica seu arbitraria ab episcopo infligenda. Ut vestitum deferant ordini clericali congruentem, nec solum in tunica talari, sed etiam in reliquo vestitu.* Eadmer. *lib.* I. *hist. Novor. Adunatos pene quadraginta clericos Canonicorum more tonsura ac veste redimitos &c.* Statuta ecclesiæ S. Petri: *Non licet nobis uti barbis non rasis, vel coma longa, sed corona & tonsura decentibus uti tenemur. Siquis etiam sine corona ecclesiam intraverit, non est ad divinum officium admittendus tam in missa quam in horis diurnis. Est etiam de corona statutum Guidonis: Item præcipimus sub pœna excommunicationis clericis quibuscunque Civitatis nostræ & diœcesis, ut tonsuram assidue deferant clericalem, & vestibus non virgulatis, seu partitis, sed clericalibus utantur honestis, ut a laycis discerni possint habitu & tonsura.* Statutum quinque ecclesiarum, quod servatur Ultrajecti in templo S. Iohannis: *Postquam Canonicus electus fuerit, & in perceptione fuerit, ecclesiam parochialem non regat. Canonici tonsuras & coronas habeant congruentes. Quicunque recusaverint per subtractionem sui beneficii ad hoc compellantur.* Sed cum religio reformata invaluisset, id desiit, & tandem cautum expresse Ann. 1580. nequis deinceps quenquam ad tonsuram compelleret. Schoock *de bon. eccles. sect.* 3. *cap.* 9. Ecclesiastica hæc institutio. Non Dei, non Christi, &, ut Glossa alibi ad jus Canonicum, nihil aliud significat, quam opes dese-

† Vid. *supr. cap.* 47.

deferendas & ut rem nihili abjiciendas. Capilli autem, qui remanent, nihil aliud quam relinquendum quid ad vitæ sustentationem, ad necessaria alimenta. Sed & apud Pontificios ita jam comparatum, ut Polydorus Virgilius ait, *gaudent bene multi, ritusque servandi causa late verticem radunt, sed ex magnis opibus quas habent, nihil impertire, nihil deponere, nihil relinquere volunt.* Schobing. ad Vadian. 1. *rer. Alamann. p.* 148.

Addere etiam hic possem de cœlibe ipsorum vita. Vovebant monachi paupertatem, castitatem, & obedientiam. Castitatem & obedientiam Canonici seculares. Ivo *epist.* 218. *Ad hoc enim instituta est clericalis militia, ut psalmodiæ & hymnodiæ cotidianum Deo offerat sacrificium, quod offerre jure non poterit, cui ut plus placeat uxori quam Deo, lenocinante uxore, & fallente carnis voluptate, operam dare necessarium erit. Cum enim secundum apostolum non concedatur laicis orare, nisi eo tempore, quo continent; quanto magis semper debent continere, qui tam pro suis quam pro aliorum delictis jubentur orare? Ad hoc quippe fidelium oblationes in stipendia clericorum deputatæ sunt, ut & continenter vivant, & benefactorum suorum peccata sanctitatis intercessione detergere sufficiant, quatinus hi de quorum eleemosynis vivunt, hoc eorum meritis assequantur, quod suis meritis assequi non merentur.* Sed a Junone eos arcebant Papæ. Non arcebant a Venere. Plenæ ipsorum domus subintroductis, focariis. Genitiarias etiam vocant. Baluz. ad Reginon. *de ecclesiast. discipl. lib.* 1. *cap.* 46. De quodam Prælato Senonensis eccesiæ, qui præter duo scorta pellici etiam fecerat dotalia instrumenta Ivo Carnotensis *epist.* 200. De aliis alii. Nicolaus monachus *lib.* 2. *cap.* 8. *de vita S. Godefridi episcopi Ambianensis: Sanctitatis & pudicitiæ custos adeo præclarus & studiosus ubique extitit, ut infames clericos vel impuro matrimonio copulatos non solum a suo consortio, sed etiam a chori ingressu constanter arceret. Eam ob rem multis convitiis ab illis proscindebatur, multis appetebatur insidiis.* Sed, puto, jam satis est.

Indicem addidissem hic, sed quia alio festinandum, & forsan capitum argumenta vicem Indicis funguntur, ob vacantes pagellas addam id quod reperi in vetusta quadam sceda omissum supra ad *lib.* 2. *cap.* 3. & 4.

Ex-

Excerptum ex antiquo quodam libello Collectaneorum cujusdam Xenodochii S. Barbaræ in Civitate Trajectensis Capellani.

Sunt qui adeo novitati student, ut etiam verorum suorum patronorum non meminerint, Sanctus vir Bonifacius *alter post* Willebrordum *Archiepiscopus Trajectensis collegium cœnobitale erigens titulum indidit* S. Mariæ. *Postea, causa mihi non suppetit, forte pro meritis gloriosi Bonifacii Episcopi & jam Martyris facti eadem ecclesia* ad S. Bonifacium *incœpit nominari. Deinde lapso non modico tempore contigit loca plurima sanctorum, ac ædes sacras cum ingentibus ædificiis Civitatis Trajectensis per mulieris, ut dicitur, inadvertentiam conflagrare, inter quas ecclesiam Trajectensem per Willebrordum antedictum in ruinis primordialis ecclesiolæ* S. Thomæ *(tempore Dagoberti regis constructa) positam flagrasse constat cum sacello S. Crucis juxta posito (salva manente ejusdem sacelli icona quadam Crucifixi miraculose) quæ tum ad ecclesiam S. Bonifacii (ea enim incombusta manserat) per clerum spectante populo honorifice est deportata. Itaque vetulæ matronæ Deicolæ, atque dictæ iconæ Crucifixi devotæ, totis ferme diebus hanc iconam flammis ereptam visitantes, ecclesiam ab icona Salvatoris* ad sanctum Salvatorem *nuncupabant. Post ubi ecclesia Trajectensis est renovata cum aliis ecclesiis non paucis propter ecclesiæ sancti Bonifacii veterem structuram, respectu novitatum aliarum ecclesiarum,* antiquum monasterium *ab opificibus vulgaribus vulgariter est appellatum. Sed ex illis duobus nominibus favente clero piis matronis Latine ad sanctum Bonifacium dici invaluit, contra manente vulgo pertinace, & eandem ecclesiam in vulgari* Oudemunster, *quod antiquum monasterium sonat, vocitante. Certe miseret hanc egregiam ecclesiam sola occasione vel imaginis ustæ vel parietis vetusti rejecisse nomina duorum successive patronorum. Potius sanctum Bonifacium rursum agnoscere consilium est, nam S. Mariæ nomen ab ultima collegiata ecclesia præreptum est, quam sic linis nec sese cohærentibus vulgi ac matronarum fluctuare vocabulis.*

Ex schedis viri illustris Adriani Ploos ab Amstel Dñi de Thienhoven, Equitis S. Michaelis, & membri olim Ordinum Provinciæ Ultrajectinæ.

Anno 1571. prima Augusti, ipso die *Petri ad vincula geweest tot* Catwyck *in Hollant, alwaer gegraven worde met 300. mannen geordineert by den Staten, van* Catwyck *op Zee aen de Oostsyde, ende dat ter plaetse ende in de passagie daer den Rhyn plach te lopen tot in Zee, in meyninge om het binnenlantsche water, so dair nu te vorens een groot inbreuck van wateren geweest hadde, dair door te lossen in de Zee, ende is bevonden, dat de gront van den ouden stroem des Ryns wel belopen was met sant van den Duynen ontrent de hoochte van tien voet, ende onder dat sant van de Duynen worde bevonden schoone blauwe potcley ontrent ses voet hoochte na het oogh te sien, ende int midsen van de Duynen in de potcley worde gevonden een schoone copere medalye met een Keysers hooft van den ouden Romeynen, aen d'een syde met inscriptie van letteren, maer vermits de souticheyt des waters wairen de letteren uytgegeten, datmen die niet wel lesen en konde, ende was groot ontrent de groote van een halven daler.*

Io. de Harn *Secrs.*

Pag. 16. lin. 14. adde. Quod si non satisfaciat, satisfaciet haud dubie Senatus Regii sententia Bruxellis lata Ann. 1564. 20. Octobr. in causa scilicet Præpositi S. Iohannis: *Ende van andere delicten hier nae volgende sal syne Majesteyt competeren alleen die kennisse, te weten van valsche munte, ende t'crimen 't welck heet læsæ majestatis met alle t'geene dat daer aff dependeert, ende daer toe tenderende is, als oproer, commotie met wapenen, oft andere ongeoorloofde versamelinge tegen syne Majesteyt ofte t'Lant, item van het klockgeslach totten selven eynde, van infractie van sauvegarde, ende contraventie van Placaten ende Ordinantien van syne Majesteyt deselve materie concernerende, oft andere gelycke, ofte swaerdere delicten, competerende syne Majesteyt die confiscarie in deselve saken vallende &c.* Vid. *supr. p.* 423.

Libri Primi & Secundi Finis.

